SVMMA CORONA
CONFESSORVM,

MAGNIFICI AC REVERENDI
D. MAVRI ANTONII BERARDVCII
Vigilienſis, Sacræ Theologiæ Doctoris & Magiſtri.

TERTIA PARS.

Tractans de Voto, de Cenſuris, atque pœnis Eccleſiaſticis, de Iuramento, de Adiuratione, ac de Simonia.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M DC III.

Apud Ioan. Antonium, & Iacobum de Franciſcis.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX FIDELISSIMVS HVIVS TERTIAE PARTIS

SVMMÆ CORONÆ CONFESSORVM.

In quo littera a, denotat primam paginam, b, ſecundam.

A

ABſoluere ab excõicatione qui poſſint. 32.a.b
Abſoluere ab omni excõicatione quilibet ſimplex ſacerdos ẽt innodatus, põt in mortis articulo, & quæ ipſe ſacerdos in hoc caſu ſeruare debet. 32.b.33.a
Abſolutio ab excõicatione põt impetrari poſt mortẽ, & in quo caſu. 33.a
Abſolui nemo poteſt ab aliqua cenſura, niſi ſatisfacta parte, quando, & quomodo intelligatur. 33.b
Abſolui non poteſt ab excõicatione, qui non deſiſtit à peccato, propter qđ fuit excommunicatus. ibid.
Abſolutio iuramenti quando non eſt petenda. 62.b
Abſolutio à iuramento à quo liberet, quæ fit multis modis. 64.a
Abſolutio ſollemnis ab excommunicatione. 85.b
Abſolutio ordinaria, & cõiter obſeruãda in ſacramẽto pœnitẽtiæ. 86.b
Abſolutio in caſu repentinæ mortis. ibid.
Abſolutio accommoda in omnibus caſibus. ibid.
Abuſus ſacrorum verborum. 68.b
Adiuratio quid ſit, & eius definitio. 65.b
Adiurandi modus duplex, & quando liceat, & quomodo. ibi.
Adiurare Angelos, & Sanctos. 66.a
Adiurationes ſine inuocatione. 65.a
Adiurare an liceat creaturas irrationales. ibi.
pro Adminiſtratione ſacramentorũ an liceat aliquid exigere. 74.b
pro Adminiſtratione actuum ſpiritualiũ an liceat paciſci à principio. 75.b
Apoſtaſia quid ſit, quæ eſt triplex. 44.a
Aſſaſini qui propriè dicantur. 17.a
Auaritia confeſſariorum. 74.a

B

BAptizatum rebaptizans ſcienter, fit irregularis. 44.a
Bigamia eſt triplex, & quomodo contrahatur. 41.a
Bulla Pij V. contra male promotos, 35.b
Bulla Pij V. ſuper confidentia conditionali ſimoniaca. 82.b

C

CAuſæ diſpenſandi vota quæ ſint. 10.b 11.a
Cenſuræ quid ſint. 13.b
Communio fidelium triplex. 14.a
Commutare iuramentum quid ſit, & quis id poſſit. 65.

Digitized by Google

Confidentia ſimoniaca quot modis fiat. 81.b.82.a
Confidentia beneficialis quid ſit, & quomodo fiat,& non licita. 81.a.b
Cóſanguinitas nõ inducit ſimon. 72.b
pro Conſilio ſpirituali non debet recipi aliquid. 73.a
cupiditas eſt radix oĩum malorũ. 70.a
DAemones adiurare quando liceat. 66.a
Dæmones quãdo ſubdãtur nobis. ibi.
Dęmonum expreſſa inuocatio.
Dęmones quomodo futura prænuncient. 66.b
Dæmones quomodo coeant cum fœminis. 67.a
Dęmones an realiter aſportent homines ad ludos, &c. 67.a
Deliberatio in voto quanta eſſe debeat. 2.a
Detractio formalis, & materialis. 68.a
Deus quomodo flectatur ad noſtras petitiones. 66.a
Diſpẽſare in iuramẽto quid ſit,& quis id poſſit. 64.b
Doctrina, & ſcientia vendi poſſunt. 73.a
Dominica dies quæ ſit, & an in ea liceat ieiunare. 9.a
Dubia quędam circa diſpenſationes votorum. 11.a.b.12.a
ECcleſia quando polluatur. 38.a
Eccleſię effractores à quo poſſint abſolui. 32.b
Excommunicatio eſt duplex, ab homine,& à iure, inter quas magnum eſt diſcrimen. 14.a
Excommunicationis definitio. ibid.
Excõicatio eſt malũ pęnæ,& non fertur niſi pro peccato mortali. 15.a
Excõmunicatio eſt medicina. ibi.
Excommunicationis minoris definitio. 15.b
Excommunicatio minor quo caſu incurratur. ibid.
Excommunicatio minor q̃ũo non incurratur, & an participando cum excomm. maiori. 16.a
Excommunicatio à iure ſemper eſt iuſta, ab homine non ſemper. 17.a
Excõicatio iuſta quæ requirat. ibid.
Excõicatio iniuſta quando liget. 17.b
Excommunicatio iniuſta, quot modis ſit nulla. ibid.
Excõicatio q̃ũo ſit latæ ſententiæ, & quomodo comminatoria. 18.b
Excommunicatio per quas actiones incurratur. ibid.
Excommunicationes reſeruatę Papæ. 18.b.& ſeq.
Excommunicationes reſeruatæ Epiſcopo. 22.b.& ſeq.
Excõicationes contentæ in extrauag. Ro.pot. quæ nõdum ſunt regiſtratæ in corpore iuris. 25.a.& ſeq.
Excõicationes quæ aliq̃ñ ſint Papales aliquando ſunt Epiſcopales. 29.b
Excõicationes contentæ in priuilegiis Eremitarum S. Auguſt. 30.a
Excommunicationes contentæ in priuilegijs Prędicatorum, & ordinis Minorum. 31.a.b
Excommunicari quis poſſit. 32.a
ab Excõmunicatione quis poſſit abſoluere. ibi.
Excommunicatus ſemel, poteſt iterũ excommunicari. 33.b
F
FActuræ veneficæ mulierum. 67.b
Forma abſoluendi excommunicatum, uirtute priuilegij illi conceſſi. 33.b
Fuctoſis nõ eſt dandũ iuramẽtũ. 49.b

Digitized by Google

H

Homicidium eſt duplex, & quando ſit licitum. 41.a
de Homicidio plura. 41.b.42.a.b
Homicidiũ caſuale quod ſit, & eſt triplex. 42.b
Homicidij voluntarij definitio. 44.b
Homines an realiter à dæmonibus aſportentur. 67.a
Hominum magna pars propter auaritiam damnatur. 70.a

I

Ieiunium duplex, exultationis, & afflictionis. 9.a
Ignorare ius quibus permittatur. 52.a
Impotentia excuſat à periurio. 52.b
Intentio iurandi falſum, facit hominẽ periurum. 51.b
Inuocatio dæmonum, grauiſſimum peccatum. 67.b
Inuocatio dæmonum duplex, formalis, & materialis. 68.a
Inuocatio dæmonũ tacita quid ſit. ib.
Ius præſentandi, & eligendi vendi nõ poteſt. 80.b
Incendiarij à quo poſſint abſolui. 33.a
Indulgentiæ qũo lucrentur. 86.b
Interdictum ſecundum ius canonicũ eſt vna de cenſuris, & eſt duplex, locale, & perſonale. 37.a
Interdictum locale & perſonale ſubdiuiduntur, & quæ ſint eorum ſubdiuiſiones. ibid.& b
Interdicti Eccleſiaſtici definitio, & definitionis declaratio. 38.a.b
Interdictum dupliciter põt poni. 38.a
Iracundia quanta eſſe debeat, ut iuramentum annullet. 63.b
Iracundiæ, aut ebrietatis calore factum, pro infecto eſt. 2.a
Irregularitas quid ſit, & vnde dicatur, & eius definitio, ac definitionis examinatio. 40.a.b
Irregularitas proueniens ex facto, eſt duplex. 41.a
Irregularitas ex delicto contingit tripliciter. 43.b
Irregularitas contrahitur in ordinatione. 44.a
Irritare uotum quis poſſit. 9.b
Irritare iuramentum quid ſit, & quis id poſſit. 64.a
Iuramentum dupliciter conſideratur. 46.b
Iuramentum propter quid introductum. ibid.
Iuramenti definitio. ibid.
Iurare per creaturas an ſit iuramentũ 47.a.b
Iuramenti ſpecies quot ſint. 47.b
Iuramentũ ſit ne oĩs pſtatio fidei. ibi.
Iuramentum execratorium, aſſertorium, voluntarium, neceſſarium, iudiciale. 38.a.b
Iurare an liceat. 48.b.49.a
Iuramenta frequentare nõ licet. 49.a
Iuramento dupliciter male vtimur. ib.
Iurare quis poſſit. ibi.
Iuramentum non datur uiris grauib. 49.b
Iurãdũ in cuius manib. & quid. 50.a
Iuramentum ut ſit licitum debet habere tres comites. ibi.
Iuramento tripliciter male uti poſſumus. ibid.
Iurare falſum, aut dubium pro certo, eſt peccatum mortale. 50.b
Iuramentum quando liceat ſubterfugere, aut aliter intelligere. 51.a
Iurare verũ pro falſo, aut falſum pro uero. 51.b
Iuramentum promiſſorum eſt duplex & plura de eo. 52.b.53.a
Iurans facere quod non poteſt, peccat

cat mortaliter. 53.b
de Iuramento plura. 54.a.b.
In iuramento requiritur iuſtitia. 54.b
Iuramentum quando ſit per ſe malũ, & damnoſum. 55.a.b
Iuramentum quomodo ſit inutile, vanum, & ſtultum. 56.a
Iuramentum promiſſorium conditionatum. 56.b
Iuramentum ſuper re ſimulata an valeat. 57.a
Iuramentum cum animo non ſe obligandi, an teneat. 57.b
Iuramento promiſſum, in melius commutari poteſt. 58.a
de Iuramento quædam quæſita. ibid.
Iurare per quas res debeamus. 58.b
Iuramentum ad quem finem dirigendum. 59.a
Iuramentum aſſertorium octo finib⁹ vitiari poſſit. ibid. & b
Iuramentum an inualidetur propter quemcunque finem malum. 60.a
Iuramentũ cur nõ ſit faciendũ. 60.b
Iuramentum quomodo illicitum eſſe poteſt. 60.b.61.a.b
Iurare verbis duplicibus, & ambiguis, quando liceat. 62.b.63.a
de Iuramento ex iracundia. 62.b.63.a
Iuramẽto quo tpe vti debeamus. 63.b

L

LAici poſſunt abſoluere ab excommunicatione. 85.a
Latria Deo debetur. 46.a
Laudabilis conſuetudo quæ ſit. 75.a
Ligatura in actu venereo. 67.b
Ludus quadrupliciter eſt illicit⁹. 43.a

M

MAritus, & vxor non poſſunt vouere continentiam ſine alterius licentia. 5.a
Mendacium de re minima iuramento firmatum, eſt peccatũ mortale. 52.a
Metus etſi non excuſat à toto, excuſat tamen à tanto. 62.a
Moniales, qui, ſe intromittunt, vt habitum inuitè ſuſcipiant, excommunicantur. 3.a
Monialium error in recipiendis puellis. 76.a
in Mortis articulo quilibet ſimplex ſacerdos abſoluere põt ab omni excõicatione, & quæ in hoc à ſimplici ſacerdote ſeruanda ſint. 32.b.33.a
Mortis articulus quis ſit. 33.a
Munus datum pro re ſpirituali poteſt eſſe triplex. 72.a

N

NOtanda quædam de Indulgentijs. 86.b.87.a
Notarius pro ſcribendo ordinandos, & litteras ordinum, an, & quando poſſit aliquid accipere. 77.b

O

per OFficiorum diuinorum nomine quid intelligatur. 38.a

P

PAciſci pro mercede an liceat miniſtris eccleſię. 74.b
Pactum cum dæmone quid ſit. 67.b
Participando cum excommunicato, qũo ſit peccatũ veniale, et qũo mortale, & quando etiam incurretur excommunicatio maior. 16.a.b.17.a
Pater poteſt reuocare iuramentum filij. 49.b
Parochus ſi non vult miniſtrare ſacramenta, niſi ante ſoluatur pecunia, quid agendum. 73.b
Pœnitens ſe habitum religionis ſuſcepiſſe, an peccet. 3.b
pœnæ unde dicantur. 13.b
pœnæ uiolantium interdictum. 39.a
pœna periurij. 52.a

pensio

Digitized by Google

Penſio quanta eſſe debet. 81.a
Penſiones an poſſint redimi. 83.b. 84.a
Periuri repelluntur à iuramento. 59.a
Periurus eſt, qui inducit aliquem ad periurandum. 52.a
Permutationes beneficiorum nõ poſſunt fieri auctoritate propria. 80.b. 81.a
pro Prædicatione non licet paciſci de pretio 75.b
Prælatis in quibus actibus non ſit licitum aliquid exigere. 76.a. & ſeq.
Priuilegiati qui abſolui poſſint ab excommu. canonis, ſi quis ſuadente diabolo. 22.b. 23.a
Priuilegium conceſſum alicui tempore interdicti extenditur etiam ad ſuos familiares. 39.b
Promiſſio ſine deliberatione in uoto non ualet. 2.à
promiſſiones omnes illicitæ, quæ fiunt pro clerico ordinando, condemnãtur tanquam ſimoniacę. 78.a
Propoſitũ qđ in uoto requiratur. 4.a b
Propoſitum & promiſſio in uoto differunt. ibid.
Pueri non poſſunt uouere ante vſum rationis. 5.b
Pueri puberes quę poſſint uouere, & quid de filijsfamilias. 6.a
Pueri & puellę non tenentur iurare. 49.a

R

Redemptio vexationis qđ ſit. 80.a
Religioſi quæ uota facere poſſint. 6.b
per Res ſacras quid intelligatur. 47.a
Relaxare iuramentum quando accidat, & quis poſſit. 65.a

S

Sacramenta quæ poſſint conferri tempore interdicti. 38.b
pro Sacramentis an aliquid exigi poſſit, & pro eorum miniſterio. 73.b
Sancti mediatores quomodo impetrent pro nobis. 66.a
pro Sepultura an liceat aliquid exigere. 75.a
Seruus non poteſt uouere aliquid qđ vertitur in pręiudicium domini. 5.b
Simonia eſt uitium pernitioſum. 70.b
Simonia dupliciter conſideratur, & cur dicatur à Simone. ibid.
Simonia eſt duplex, & utrunque eſt triplex. 71.a.b
Simonia Mentalis, Conuentionalis, Realis. 71.a.b.
Simonia quadrupliciter committi poteſt. 72.a
Simonię definitio, & definitionis declaratio. 72.a. & ſeq.
de Simonia dubia, quædam ac eorum reſolutiones. 72.a & ſeq.
Simonia in ordine eſt magnæ abominationis in eccleſia. 77.b
Simonia pro munere à lingua vel ab obſequio. 78.b
in Simoniæ pœnam quot perſonæ incurrant. ibid. & 79.a
Simonia conditionalis quando ſit. 79.b. 80 a
Simonia non eſt redimere vexationem. ibid.
Simonia quia prohibita, & eius definitio. 80.b
Simoniacorum variæ pœnæ. 84.a.b
Simonia mẽtalis ad quid obliget. 85.a
Spirituale multipliciter dicitur, & unde dictum. 70.b
Spirituale ſupranaturale duplex. 71.a
pro Spirituali triplici ratione poteſt exigi temporale. 74.a
Spiritualibus annexa an poſſint vendi. 78.a

Super-

Digitized by Google

Superſtitiones gentilium quæ apud quaſdã mulierculas remanſerunt. 68.b
Superſtitiones variæ. 68.a.b
Superſtitio an ſit, ferre verba diuina ſuper perſonam. 66.b
Suſpenſio & eius definitio. 34.b
Suſpenſio omnis eſt cenſura eccleſiaſtica, & ob quid feratur, & contra quos. ibid.& b
Suſpendi poteſt quis tripliciter. 34.b
Suſpenſio quædam ad tempus, quædam perpetua. 36.a

T.

Tempus profeſſionis faciendæ quod ſit. 6.a
Tempus adimplendi votum, dupliciter poteſt intelligi. 8.b
Timor omnis an ſufficiat à voto liberare. 3.a
Timor cadens in conſtantem virum quid ſit. ibid.

V

Verba diuina ferre ſuper perſonam an ſit ſuperſtitio. 68.b
Veritas requiritur in iuramento. 50.b
Veritas debet eſſe in iuramento promiſſorio. 52.a
Vigilia Pentecoſtes an ſit ieiunandum. 9.a
Vim vi repellere licet, quomodo intelligendum. 42.a
Violentia eſt duplex. 2.b
Voluntas coacta, voluntas non eſt. 61.a
Votum vnde deriuetur, & quid ſignificet. 1.b
Votum eſt duplex, ſollemne, & ſimplex. ibid.
Votum ſollemne & ſimplex in quo differant. 2.a
Voti definitio, & eius declaratio. ibid.
in Voto uero tria requiruntur, & quæ. ibid.
Votum per iracundiam quando obliget, & quando non. 2.b
Votum per uim factum quando obliget. 2.b
Vota de quo fieri debeant. 4.b.5.a
Vota qui emittere poſſint. 5.a
Vouere non poteſt, qui eſt ſubditus alteri. ibid.
Vouere continentiam non poſſunt vxor & maritus alter ſine alterius licentia. ibid.
de Voti ratificatione. 6.a
Votum factum ob aliquem malum finem, non obligat. 6.b
Votum illicitum non ſemper eſt malum. ibid.& 7.a
Votum cõſideratur quo ad effectum. 7.b
de Voti tranſgreſſione. 7.a.8.b
Votum religionis aufert omnia alia uota. 8.a
Votum religionis qui non poteſt adimplere, an ſit ab eo abſolutus. ibid. & b.
Vouens non nubere, an teneatur continere. 8.b
Votum conditionale. ibid.
Vota incompatibilia. 9.b
Votum poteſt omitti ſed ob cauſſas. ibidem.
Voti irritatio, diſpenſatio, redemptio, ceſſatio, interpretatio & commutatio quid ſint, & eorum differentiæ. 9.b.10.a
Vota diſpenſandi quis habeat poteſtatem. 10.b

SVMMA CORONA CONFESSORVM,

Magnifici & Reuerendi

D. MAVRI ANTONII BERARDVCII Vigilienſis, Sacræ Theologiæ Doctoris, & Magiſtri.

SVMMARIVM MATERIERVM, Quæ continenter in hoc nono capitulo.

2 DEclaratur, hoc nomen votum vnde deriuetur, & quid ſignificet.

1 Votorum aliquod dicitur ſimplex, & aliquod ſolenne, & quæ ſunt illa vota, quæ ſolennizari poſſunt.

3 Exponitur differentia inter votum ſimplex, & ſolenne circa matrimonium.

4 Difinitur votum, eiuſque partes definitionis per ordinem declarantur, & primo cauſa formalis, in qua conſiſtit ratio voti, quod nil aliud eſt, niſi promiſſio.

5 Declaratur quo ad cauſam materialem, de quibus rebus poßit, & debeat fieri votum.

6 Declaratur quo ad cauſam finalē; quo fine votum fieri debeat, & ſi fiat malo ſine, non obligat; vbi declaratur quædam difficultas, ſ. votum factum de quacunque re mala, quando erit inualidum.

7 Declaratur quo ad cauſam efficientem, quis poſſit facere votum, & quis non.

8 Conſideratur votum quo ad virtutem obligatiuam, ſ. votum ſequi naturam præceptorum communium circa obligationem: unde ſequitur quod transgreſſio circa paruam quantitatem, ſit veniale.

9 Docetur triplici de cauſa poſſe ſine peccato mortali votum non adimpleri.

10 Votũ factum relinqui pōt reſpectu rei promiſſæ, vel qñ eſt impeditiuum maioris boni, vel quando efficitur illicitum, uel quando efficitur indifferens, & inutile, vel quando efficitur impoſſibile; quæ omnia vera

Digitized by Google

ſunt in toto, vel in parte, prout erit impedimentum; & tanto tempore excuſabitur vouens ab obſeruantia voti, quanto durabit impedimentum: vbi pulchrum dubium declaratur.

11 *Votum factum relinqui poteſt reſpectu intentionis appoſitę in vouendo multipliciter, Primo, dum fit cõditionaliter. Secundo, dum fit cum temporis electione, & hoc dupliciter.*

12 *Declaratur an ieiunari debeat tẽpore Paſchali, & diebus dominicis: vbi cõdẽnatur opinio dicentis ꝙ vigilia Pẽtecoſtes ieiunare nõ tenemur.*

13 *Declarantur alia dubia circa votorum emiſſionem.*

14 *Votum factũ relinqui põt propter voluntatem, & auctoritatem potentium ſuper vota; vbi declarãtur ſex cauſæ, quibus votũ relinqui põt, ſ. irritatio, diſpenſatio, cõmutatio, redẽptio, interpretatio, & ceſſatio.*

15 *Ponuntur differentię inter iſtas ſex cauſas, & docetur quis poſsit ſuper quemquam illarum, & in quibus diſpenſat Papa, & quibus Archiepiſcopus, & reliqui.*

16 *Tractantur rationes, quibus dicitur cũ homine iuſtè diſpenſari: vbi declaratur diſpenſatum ſine iuſta cauſa, quando non eſt ſecurus in conſcientia; & ſic difficultas adimplendi votũ ſufficit ad diſpenſandum.*

17 *Dum votum redimi debet, debet taxari pretio iuſto.*

18 *Tractatur pulchrũ dubium, ſcilicet an in ſimplici commutatione ſemper requiratur ſuperioris auctoritas. an in aliquo caſu homo per ſeipſum commutare poſſit.*

CAPITVLVM NONVM

De Voto.

1 *Votum unde dicatur.*

VOTVM dicitur à voluntate; nam etſi promiſſio, quam importat votum, ſit actus rationis, quatenus ex deliberatione, & propoſito cõcepto naſcitur, tamen quia ratio dirigitur à voluntate, ideo tamquam à primo mouente, votum dicitur à voluntate.

Votum importat quandam obligationem ad adimplendum promiſſum; unde dilatio voti eſt peccatum mortale, iuxta illud Eccl. Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere, diſplicet enim infidelis, & ſtulta promiſſio. Ideo, cum ad confeſſarios frequenter de his iudicare contingat, quantum ad eorum munus ſpectat, breuiter de voto tractandum dixi.

Votum ſolenne.

Votum prima ſui diuiſione eſt duplex, ſcilicet alterum ſolenne, alterum ſimplex. Votum ſolenne eſt, quando celebratur per ſacri ordinis ſuſceptionem, & per ingreſſum Religionis, ideſt quando fit profeſſio, ſiue tacita, ſiue expreſſa.

Votũ ſimplex.

Votum ſimplex eſt, quocunque alio modo fiat, c. 1. de Voto, in ſexto.

Votum ſimplex eſt etiam duplex, ſcilicet priuatum, quod fit in occulto, ſiue verbis, ſiue ſola cogitatione, ut inferius dicetur, vel publicum, quod fit coram teſtibus, ut ait Scot. in 4. Sent. Inter omnia Vota Deo emiſſa, duo tantum ſolẽ-

nizari

Digitized by Google

nizari poſſunt; votum ſcilicet Clericatus in ſacris,& Religionis. Vnde donec ſumus in promiſſione tantum illorum duorum, ſimplicia Vota uocantur: dum autem Clericus ſacros ſuſceperit ordines,& Religioſus profeſſionem fecerit, tunc ſolẽnizata ſunt. Dico (ſacros ſuſceperit ordines,& profeſſionem fecerit) quamuis enim poſt Votum Religionis,& Clericatus emiſſum, in minoribus ordinibus vel in nouitiatu ſuſceptus fuerit nõ ideo ſolennizatus eſſe intelligendum eſt, ſed poſt, vt dictum eſt.

Differunt, ſimplex, & ſolenne in hoc: quia ſimplex impedit matrimonium faciendum circa materiam de caſtitate, ſed non dirimit factum, ſolenne autem impedit faciendum,& factum dirimit: puta qui facit Votum perpetuæ caſtitatis, non poteſt contrahere matrimonium; verum ſi poſtea contraxerit, licet peccet mortaliter matrimonium tamen tenet: ſed ſi tale Votum fuerit ſolennizatum per profeſſionem in Religione, vel per ſacri ordinis ſuſceptionem, vt dictum eſt, non ſolum prohibet matrimonium, vt non fiat,& cõtrahatur, verùm etiam ſi attentatum fuerit, matrimonium erit nullum. 3 *Differentia.*

Votũ quoque conſideratur dupliciter, ſcilicet quo ad cauſas:& quo ad effectus. Quo ad cauſas, fit quadrupliciter, ſecundum quattuor genera cauſarum, quæ comprehenduntur in eius definitione: vnde prius definiendum eſt, deinde ſingula membra per ordinem ſunt declaranda, prout ex D. Tho. ſecunda, ſecundæ, quæſtio. 88. Magiſtro Sent. in 4. & Nauar. capit. duodecimo, num. 24. colligitur.

Votum eſt promiſſio ſaltem interior deliberatè Deo facta, de bono meliori, à ſuperiore non reuocata, propter aliquod vtile ſpirituale. 4 *Definitio Voti.*

Et pro ſingulorum intelligentia eſt aduertendum.

Et primo quantum ad cauſam formalem, in qua conſiſtit ratio Voti. In vero Voto tria requiruntur, ſcilicet deliberatio, propoſitum, & promiſſio: in hoc ultimo perficitur ratio voti; nam quantumcunque aliquis deliberet facere aliquid, nunquam intelligitur obligari ad illud, niſi poſtea promittat: & propterea dicitur in definitione loco generis, uotum eſt promiſſio. *Quo ad cauſam formalẽ.*

Dixi (ſaltem interior) nam licet quandoque ad confirmationem Voti ſuperadditur pronunciatio oris, iuxta illud Pſal. reddam tibi Vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea: non tamen eſt neceſſarium, ſufficit enim, ut mente ſola interiùs animo ſe obligandi promittat etiam ſi nihil dicat ore, vel ſcripto, nam cũ promiſſio fiat Deo, ut dicetur, & Deus intuetur cor, fit vt per ſolam mentis loquelam perficiatur promiſſio Voti.

Dixi (deliberatè) quia ſicut (ut dictum eſt) deliberatio ſine promiſſione non ſufficit, ita promiſſio ſine deliberatione præuia non valet, ſaltem, vt ſi prior natura (ut dicetur) promiſſio autem ſine deliberatione eſt, quando fit ex ſubreptione, anguſtia, timore, aut furore, ita, vt ſi conſideraretur id, quod Voto promittitur, non fieret. Vnde huiuſmodi Vota ſic facta, non obligant, niſi poſtea firmentur cum pleno iudicio. *Deliberatio. Promiſſio ſine deliberatione, quando eſt.*

Sed poſteaquam in Voto deliberatio neceſſaria eſt; inquirendum eſt, quãta eſſe debeat, ut nos obliget? Quidam, Richardi ſententiã ſequẽtes, in 4. diſt. 38. art. 1. q. 2. diſtinguentes, aiunt; quemadmodum in nobis eſt duplex velle, vnum perfectum,& plenè deliberatiuum; alterum verò imperfectum, & ſemiplenũ; ex iudicij defectu: ita in propoſito, cum Votum ſit voluntatis actus: dũ ex plena,& perfecta deliberatione procedit, tunc neceſſariò obligat. dum aũt ex ſemiplena,& imperfecta, per iudicij ſubtractionẽ oritur, tunc non obligat ſub culpæ mortalis reatu: conueniens tamen eſſet illud adimplere. Angelus in ſumma, Votum ex inconſideratione,& repentinè factum, minime valere inquit. Alij, referente Syluestro, in Verbo, Votum, 2. §. 13. aſſerunt: Iratus, ac ebrius Religionẽ *Deliberatio, in voto quanta eſſe debet, ut obliget. Richardus. Angelus.*

Digitized by Google

ex Voto ingredi promittens, non tenetur: quod.n.iracundię calore, aut ebrieta-
Inſtantia. te fit, pro infecto reputari debet. Omnes iſti loquēdi modi non perfectè nego-
tiū extricant, nā ſi per plenam deliberationem, intelligunt perfectum, & plenū
iudicium, ita ut non ſit relictus cogitandi locus, decipiuntur; tanta enim deli-
beratio neceſſaria non eſt: ac item ſi per imperfectam, & ſemiplenā delibera-
tionē, intelligunt omnes genus inconſiderationis, & iudicij ſubſtractionis, &
omnem Irę motum, error, & imprudentia eſſet: hoc enim ad inualidandum Vo
Sotus. tum non ſufficit, vt ſufficienter oſtendit Sotus lib.7.de iuſt. & iure, q.1.art.2.&
Paludanus. ideo magis ſtudioſè, & ſubtilius diſtinguendum eſt cum Paludano in 4 diſt.
Caietan. 38.q.1.Caietano ſecunda ſecundæ q.88.ar.2.& Soto loco pręallegato, dicenti
bus: ſi deliberatio imperfecta non eſt ſine aliquali conſideratione, & motus
Irę non eſt tantus, vt iudicium rationis penitus ſubuertat, promittens cum
Votū per iracundiam quā do obliget. illa minus plena deliberatione, & animo ita irato, ſufficiēter obligabitur. Et ſi
vlterius inſtiteris, poſtquam illa parua, & imperfecta deliberatio, Votum vali
dum eſſe faciat; quanta porro eſſe debeat, vt Deo ad obligandum ſufficiat? Re
ſpondent præfati Doctores, quanta ſufficeret ad faciendum actionem eſſe pec-
catum mortale, ob quod obligaremur Diabolo.

Vnde infertur, ꝙ quamuis uotum ſit ſubitò factum, tamen cum aliqua cōſi-
Votum ſubitum factum. deratione, quæ ſufficeret ad culpam mortalem, tenet, quia nō requiritur ꝙ de-
liberatio tempore precedat promiſſionem, ſed ſufficit ꝙ ſit prius natura, vt de
peccato dici poteſt, ſed ſi illa promiſſio voti ita eſt ſubitanea, in qua nulla eſt
ratio meriti, vel demeriti, vt ſunt primi motus, qui nō ſunt in poteſtate noſtra
cū huiuſmodi motus non ſint voluntarij non obligant. Et ſi eſſet tantus mo-
Votum ex iracundia. tus, quātus ſufficeret ad culpam venialem tātum, nec obligaret, quia culpa ue
nialis nō frangit Votum, ergo nec ſufficit ad obligandum Sotus lib 7 de Iuſt.
& Iure, q.1.art.2. Item infertur, ꝙ Votum factum ex iracundia, quæ non eſt
Votum per iram quando non obliget. tanta, ut iudicium ſubuertat, obligat, quia quāuis non cuncta conſiderat, tamē
cognoſcit quid facit: ſicut qui hominem ex iracūdia occideret cogitādo quod
facit, peccaret mortaliter; Verum, ſi talis, & tantus eſſet furor, & ira rationem
occupans, quę de peccato homicidij excuſare ualerent: etiam ad auferendam
Voti obligationem ſufficerēt: ut accidere ſolet ijs, qui tali inebriantur furore,
& ira: ꝙ nec cogitant nec cognoſcunt quid faciant, nec etiam poſt factum, ſi
interrogentur, quid fecerint, dicere valent. Idem dicendum, de Voto facto ex
Ratio opinionis Angeli. leuitate animi. Verum quando furor, & leuitas in huiuſmodi, nō ſunt tanta:
ut excuſare poſſent, facile diſpēſatur. Abbas ſuper cap. ueniēs, de Voto, & Vt
ſed Ex hac deciſione ſupra facta, cōprehēditur, quam ſit periculoſa Angeli opi
nio, aſſerentis, Vota facta ex inconſtantia, & iracūda, nō obligare. Signū huius
rei affert: ꝙ ira, ſeu furore, & periculo trāſacto, ſtatim eos Vota emiſiſſe pœni-
tet: ratio hæc falſa eſt: in his enim qui pleno iudicio, & cōſenſu Votū emiſerūt,
etiam idem accidere poſſet, quamuis non ita libenter: & ſic omnes pęniterent.

Votū per vim factum quando non obliget. Quo ad Votum, per uim factum, eſt pro monialibus animaduertendū, quod
dupliciter intelligi poteſt: per uim, ideſt contra liberam uoluntatem, uerè indi
gnatione quadam, aut currenti neceſſitate; ut huius mundi honorem expleat,
uel aliquo alio fine humano, ſine quo nullatenus expleuiſſet: & nō ſpiritu, cha
Aduertant moniales ꝙ duplex eſt violentia. ritate, aut Religionis zelo motus, vouit, uel profeſſionem fecit. Si ad hunc ſen-
ſum intelligas, uanitas eſſet, dicere, hic libera, & ſpontanea uoluntate nō egi,
non ſpiritu, & charitate motus ſum: ergo ad eius obſeruantiam nō teneor, uel
ſaltem ad omnia regulæ præcepta, ſunt enim hæ Diabolicę ſuaſiones, & indo-
ctorū uerba. Vel per uim intelligemus, ideſt per uiolentiam quādā, & hoc mo
do ait Panormitanus. Cap. Ad audientiam, de his, quæ ui aut metus cauſa fiūt:
dupliciter capi poteſt, uel per uiolentiā præciſè: puta, dum quis manibus pedi

buſque

Digitized by Google

buſque ligatus in mare inijceretur, tunc abſolutè mitteretur uiolenter: & ad hunc ſenſum nihil dubitandi remanet locus, quin nõ obligat, uel per uiolentiã conditionatam, ideſt dum minis homo ad faciendum aliquid contra ſuam uoluntatem induceretur, uerbi gratia, niſi te in mare deijcies, hoc tibi faciam, aut dicam, & huiuſmodi, & hoc modo, non eſt aliud quam inducere hominem ad vouendum timore. Ideo hic videndum eſt, quo ad timorem, an omnis timor ſufficiat à Voto liberare? Vbi maior difficultas oritur, pro mentium renitentium ſatisfactione: tamen impulſu Diuino excitatus eis, qui de hac re me conſuluerint ſatisfaciam. Itaque, dico primo, ſi timor eſt ab intrinſeco, puta quando à Deo offertur, uel quando eſt à cauſa, ut in naufragio, incendio, aut ſimili alio periculo, uel quando eſt à natura, vt in graui infirmitate, & huiuſmodi, tunc obligationem non tollit: textus eſt in cap. ſic nobis, de regula. ubi habetur, Clericum, qui graui infirmitate perculſus Votum Monachatus emiſerat religionem ingredi debere: ſi autem timor eſt ab extrinſeco, ad hoc ut excuſet, oportet, ut ſit ab homine, nec hoc ſolum ſufficit, nam qui vouet, vt ab hoſte inuadente, aut vt à uinculis, ſeu carcere, aut ſuſpendio liberetur, licet ab homine hæc patiatur, Votum tenet; ſed requiritur, ut ſit per iniuriam: neque hoc ſatis eſt, nam qui apud Turcas captus iniuriam patiens, Votum facit Deo, ut eum inde eripiat, obligatur. requiritur ergo ut timor fiat ab homine per iniuriam intendente extorquere tale votum, puta quando aliquis tyrannus minaretur mortem ad extorquendum tale Votum, tunc, & eo caſu, Votum taliter emiſſum non tenet. pro hoc eſt textus in cap. relatum, de his, quæ ui aut metus cauſa fiunt, vbi mulier abſoluitur, quę emiſerat Votum religionis metu coniugis: & ratio eſt, quia illud non acceptat ſua ſponte, ideo nõ eſt uoluntarium. Sed quantus timor requiritur ad excuſandum vouentem ab acceptatione, & iudicandum votum inuoluntarium? Dicitur, quòd non omnis minimus, & leuis ſed timor iuſtus cadens in conſtantem virum, verè excuſat ab obligatione Voti. Sed quid eſt timor cadens in conſtantem virum? Vt veritas omni ex parte plana remaneat, reſpondetur.

Timor cadẽs in conſtãtem uirum.

Timor cadens in conſtantem virum, non eſt ille, qui patientem iudicare facit formidoloſum ac ſimilem mulieris, & pueri, aut leuis animi inconſtantem, ſed eſt ille, qui tantus, & talis eſt, quem qui habet non uituperatur alia inconſtantia, quia non repugnat eſſe virum conſtantem, & habere talẽ timorem, immò viri fortis eſt illum habere, ubi, & quando oportet, quia ratio dictat, vt timeamus aliqua, & oppoſitum facere, eſſet virium audaciç uirtuti fortitudinis contrarium, ſecundum D. Thom. 2. 2. quæſt. 126. art. 2. Qui timor non eſt æqualiter iudicandus in omnibus, nam timor, qui fęminam excuſaret, non excuſaret iuuenem, & qui natura formidoloſum, non altum virum ſtrenuum, & ſimiles: non enim omnes ſunt Hercules.

Hinc Monachi, ac Moniales colligant, quando profeſſionem per uim, aut metum ex parentum, & propinquorum impulſu, emittunt, ſi timor talis eſt, qui eos excuſare poſſit ſalua conſcientia, non enim dicere ſufficit, hoc ui metuque feci, ſi uoluntas quodammodo acquieuit, ſin autem id coactè fecerunt, ut dixi, & numquam in eo acquieuerunt, Votum eſt nullum, niſi poſtea ratificaſſent.

Nota.

Excõicantur q̃ui ſe intromittũt ad faciendum moniales inuitè habitum ſuſcipere.

Eſt hic ualde notandum; quod in Sacro Cõcilio Triden. Seſſione 25. c. 8. ſub excommunicationis pœna prohibetur, ne quis ad faciendum emittere profeſſionem mulieres per uim, ſe intromittat. cuius uerba ſunt huius tenoris. Anathemati ſancta Synodus ſubiicit omnes, & ſingulas perſonas cuiuſcunque qualitatis, uel conditionatis fuerit, tam Clericos, quam laicos, ſeculares, uel regulares, atque etiam qualibet dignitate fulgentes, ſi quomodocunque coege-

rint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcunque mulierem, inuitam præterquam in caſibus in iure expreſſis, ac ingrediendum monaſterium, uel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcunque Religionis, vel ad emittendam profeſſionem, quique conſilium, auxilium, uel fauorem dederunt; quique ſcientes eam non ſponte ingredi monaſterium, aut habitum ſuſcipere, aut profeſſionē emittere, quoquomodo eidem actu, uel præſentiam, vel conſenſum, vel auctoritatem interpoſuerint, &c.

Veruntamen cap. 19 eiuſdem ſeſſ. determinat. Quicunque regularis prætendat, ſe per uim, & metum ingreſſum eſſe religionem, aut etiā dicat, ante ætatē debitam profeſſum fuiſſe, aut quid ſimile uelitque habitum dimittere, quacūque de cauſa; aut etiam cum habitu, ſine licentia diſcedere, ſuperiorum, non audiatur niſi intra quinquennium tantum à die profeſſionis, & tunc nō aliter, niſi cauſas, quas prætēderit coram ſuperiore ſuo, & ordinario, deduxerit, quòd ſi ante habitum ſponte dimiſerit, nullatenus ad allegandum quācunque cauſam admittatur, ſed ad monaſterium redire cogatur, & tanquam Apoſtata puniatur, interim uerò nullo priuilegio ſuę Religionis iuuetur. Et ſi, ut ſæpe accidit, emittētes profeſſionē, ad id mouebuntur, uel quia deficit, id quod pro dote debet; uel vt nō diſcedant à ſua nobilitate, uel ut fratribus bona cedant; vel quia contra genitorum uoluntatem contendere non valent, vel denique à monaſterio eas exire non permittunt, quamuis ad profitendū, triſtitia quadam, & non animi hilaritate inducantur, ita ut potius oppoſitum eligere uellent, modo tamen in illo actu profeſsionis, ipſam emittere reſoluuntur, & emittendo uoluntas cōſentit, Votum eſt validiſsimum, nec reuocari poteſt, & deinde pœnitere nil iuuat.

Dubium. Qui pœnitet habitum ſuſcepiſſe, peccet ne?

Pœnitere dupliciter.

Quis dicitur.

Sed antequam ad ulteriora procedamus, dubitatur. ſi quis poſt Votum emiſſum, pœnituerit; peccaret ne ex hoc? & quod peccatum erit? Huic dubio propter intelligentiæ difficultatem, attendendum eſt, & ideo cum diſtinctione reſpondendum. Et primo illud pœnitere dupliciter intelligi poteſt, uel pœnitet operum & bonorum occaſione Voti factorum, & ſi ita eſt, nil dubium quin ſit mortale: ſtante enim Voto, huiuſmodi opera realiter ſunt ſaluti neceſſaria, quòd illis nō ſolutis lethaliter delinquitur. Itaque pęnitētem feciſſe huiuſmodi bona, quibus ex Voto obligatur, idem eſſet, ac ſi de abſolutè neceſſariis ad ſalutem pœnituiſſet, quod pernitioſum eſt. Vel pęniter, nō dictorum bonorum, ſed Votum emiſiſſe, hoc eſt ad id ſe obligaſſe; circa quod liber erat, non habēs rationem ad uoti opera, & bona ſpiritualia, ſed ad obligationem, (nam pœnitere ſe vouiſſe, & pęnitere ad uotum ſe obligaſſe, idem eſt, quamuis aliqui hęc differre dicant) & hic modus pęnitendi adhuc duplex eſſe poteſt, ſcilicet, aut facti pęnitet, cum animo retractandi propoſitum, & non exequendi uoluntatem, ideſt ita diſplicet, ſe obligaſſe, quod nollet votum exequi, & obſeruare, unde quidquid facit ægro ſuffert animo, ac magna operatur cū triſtitia, quapropter Philoſophus ait, neceſsitas coactionis, inquantum eſt contraria voluntati, triſtitiam cauſat. Et hoc modo voti opus, ſic factum, meritū amittit. Hinc Paulus ad Chorinthios 2. c. 19. Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſsitate, hilarem enim datorem diligit Deus. Ideo taliter pęniter, e lethali culpa non caret. Vel pœnitet uotum emiſiſſe, ad alium ſenſum, ideſt pœnitēt ſe obligaſſe, non tamen animo ſe retrahendi ab eius obſeruantia, ſed tantum uellet illud nō emiſiſſe, nil curans de bono ſpirituali ex eius obſeruantia reſultante, & ſi ita eſt, tale pœnitere abſolutè conſideratum, peccatum non eſt, non enim ad huiuſmodi opera, ante obligationem tenemur de neceſsitate ſalutis, unde ſicut non eſt peccatum, nolle ad hæc obligari, ita nolle obligaſſe; nam nolle facere aliquid, & nolle feciſſe, abſolutè, idem eſt. Ve-

rum

Digitized by Google

rum ſi hic modus pęnitendi fuerit circa vota ardua, difficilia, & perpetua, vt ſunt votum Religionis,caſtitatis,& continentiæ perpetuæ,& ſimilia, non trãſiet ſine periculo. Vnde Aug.in Epiſtola ad Armentarium, & Paulinam ait: Non te uouiſſe pœniteat,immò gaude,iam tibi non licere,quod cum tuo detrimento licuiſſet. Quoniam ubi antea in uoti obſeruantia,cum quadam animi hilaritate,lætitia ſpirituali;& amoris ardore perſoluebas,quę omnia onus voti leuius,ac ſuauius reddebant,voluntatem mutando, circa obligationem factam, quamuis animum frangendi non habeas,ab illo tamen ardore deficies; vt ſicut antea amore operabaris,poſtea de omnis opere tædio afficieris, & qđ prius hilaritate,& promptitudine animi faciebas,deinde neceſſitate perſolues; quod non effugiet veniale ſaltem. Et perſeuerans in illa pœnitudine,charitas tepeſcet,amor languebit,& lętitia extinguetur,& quod peius eſt,paulatim voti obſeruantia,diſplicẽtiam quandam tibi generabit, adeo quòd qui in tali ſtatu inuenitur,magno periculo ſe exponit,vel vt votum frangat, vel talem circa illud deteſtationem habeat,vt ſibi ad peccatum mortale imputabitur, quoniã illa moleſtia,& mæſtitia in operando, & diſplicentia in obſeruando, talem ignauiam,& cordis inertiam gignet, vt non ita facilè tentationibus, & ſuggeſtionibus,quę uotum oppugnare poſſunt,reſiſtet. Vnde obſeruantiæ pondus grauius ſibi apparebit,& illa cordis inertia,non ſuſcipiens remedia opportuna in ſuſtinendis regulæ moleſtiis,ſeu difficultate ſe continendi;patienter corpus ſuum caſtigando, & in Chriſti ſeruitutem redigendo, in pericula amittendi labores,ac merita Religionis,ſe offeret,atque in mortalem culpam ſe præcipitabit. Si autem pęnitudo,vt dixi,erit circa vota parua,& temporanea, vt ſunt ieiunare, carnibus abſtinere tali die;talem Eccleſiam viſitare, pſalmos recitare, aut Virginis coronam dicere, & ſimilia; dummodo propoſitum adimplendi non deficiat, non modo non erit peccatum,nec ad aliquod diſcrimen adducet; huiuſmodi enim pœnitudo, quandoque oriri poteſt, dum maiorum bonorum impedimenta gignunt: puta, dum uotum ieiunij,aut ſimile à ſtudio, à concione,à lectura in beneficium publicum, aut ab alio charitatis opere maioris fructus hominem diſtrahit.Sed quomodo in huiuſmodi reparari poſſet, inferius dicetur.

Propoſitum, quod in voto requiritur.

Quo ad propoſitum,quod in Voto requiritur, dicitur, quòd ſicut deliberatio ſola,ita & propoſitum non ſufficit,ad obligandum, ſine promiſſione: quoniam inter propoſitum,& promiſſionem tale diſcrimen eſt,quòd propoſitum nil aliud eſt,quam electio quædam, qua uoluntas approbãs quod per intellectum concluſum fuit,conſentit in illo, & in executionem ponendũ determinat, & ita proponit.

Differentia inter propoſitum, & promiſsionem in voto.

Sed promiſſio eſt confirmatio propoſiti;qua animus redditur debitor adimplendi,quod in mente ſua propoſuerat. Itaque hic eſt ordo operationum iſtarum animæ potentiarum. primo repręſentatur obiectum intellectui; puta opus charitatis,ſub ſpecie boni,& rei Deo gratæ. Secũdo intellectus apprehendẽs illud, diſcurrit ſuper eo, & cognoſcens ita eſſe, illud voluntati repræſentat vt bonum appetibile: deinde uoluntas deliberat illud met Deo offerre, & deliberando, poſtea proponit efficere quod deliberauerat, denique promiſſionẽ exequitur, & perficit,quod deliberatum, & propoſitum fuerat. Igitur donec ſumus in ſolo propoſito obligandi nos Deo, antequam promittamus,ſi ſententiam mutamus circa deliberationem factam:nõ ideo dicimur mentiri, aut fidem frangere; non enim promiſimus adhuc quidquam, qua promiſsione firmatur Votum, & ſolo propoſito, nec affirmauimus,nec aliquid diximus: vnde obligationis ratio minime remanet, ſed ſupraueniente poſtea promiſsione,tunc taliter obligamur,quòd ſine fidei ſciſsione, & iuſtitiæ offenſione ſententiam mutare non poſſumus. Et quoniam operationes intellectuales, quamuis ordinem procedendi requirant, ita vt vna

aliam præſupponat; tamen non opus eſt, vt tempus neceſſario ſemper interue niat; ideo huiuſmodi voti promiſſio cum deliberatione, & propoſito in non tempore, ſed ſubito fieri poteſt, modo ſupradicto, & obligabit. Concludamus igitur, quòd in emiſſione voti neceſſario concurrunt deliberatio, propoſitum, & promiſſio.

Propoſitum adimplendi.

Sed de propoſito, quod requiritur in vouente, dubitatur, an ita ſit neceſſarium, vt ſi promiſsio fiat ſine propoſito adimplendi, teneat? Reſpondetur: duplex fallacia committi poteſt in vouendo. Prima eſt quando aliquis ſimulat ſe vouere, nec intendit in animo ſuo vouere, & eſt quando non habet propoſitũ adimplendi, quod promittit, nec verè promittit, quod ore ſeducendo dicit; & hic modus vouendi, clarum eſt, quòd non obligat apud Deum: veruntamen ſi Votum publicè coram teſtibus factum eſt, vouens debet aſtringi ad Votum implendum ratione ſcandali ſubſequentis. Et ſi emiſit Votum ſolenne iſto modo, debet compelli ad obſeruandum ratione irreuerentiæ diuinæ, quia hoc eſt Eccleſiam decipere, cui fit votum: & Eccleſia, cum de occultis non iudicet, taliter vouenti non credit; aliàs ſi talibus Eccleſia obtemperaret, eſſet religionẽ deſtruere, multi enim facilè dicere poſſent, ſe non eſſe monachos. Poſſet tamẽ taliter vouens citra ſcandalum in aliam ſe conferre prouinciam, vbi non eſt notus, & ibi exemptus viuere, & tunc non teneretur parere mandato Eccleſiæ fundato ſuper falſa præſumptione.

Secunda fallacia eſt, quando vouens verè promittit vouendo, non tamen habet propoſitum adimplendi promiſſum; & tale Votum verum eſt, & debet adimpleri, ac ſi verè cum animo adimplendi vouiſſet: vnde ommittendo peccaret mortaliter. ac etiam omnes ſic cum fallacia vouentes, grauiter delinquunt. Sot. quo ſupra, quæſt. 1. artic. 2. Caiet. in Summa, Verbo, Votum, & ſecunda 2. quæſt. 88. artic. 1.

Dixi (Deo facta) quia quando fiunt Vota, etiam ſanctis, vel prælatis, vel aliis hominibus, ſemper obligatio intelligitur facta Deo, inquantum homo vouet Deo ſe aliquid facturum, quod prælatis, vel ſanctis promittit; vnde promiſſio facta ſolum homini de aliquo obſeruando, non eſt Votum, quia nõ fit Deo, quamuis enim omne votum ſit promiſsio, non tamen omnis promiſsio eſt votum: verbi gratia, promitto tibi amplius non luſurum, aut aliud facturum. hactenus de cauſa formali.

Quo ad cauſam materialem. *De re abſolutè neceſſaria.* *De re impoſſibili.* *1 Io. 1.* *De re illicita* *De re inutili*

5 Dixi (de meliori bono) pro quo eſt aduertendum quantum ad cauſam materialem. Cum votum ſit promiſsio Deo facta, vt dictum eſt, oportet, ut id, quod promittitur Deo, non debeatur ex legis neceſsitate, ſed ex mera noſtra voluntate, & Deo acceptum. Vnde ſequitur facere Votum de re abſolutè neceſſaria, aut impoſsibili vanum eſt; non eſſet ſtultus qui Voueret ſe moriturum, & ſimiliter ſtultum etiam eſſet vouere de non peccando venialiter, cum hoc ſit impoſſibile, dicente Io. in ſua canonica. ſi dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. vnde talia Vota non obligant. Secundo de aliquo illicito, ſeu peccato, etiam veniali non debet fieri Votum, quia huiuſmodi non ſolum non ſunt accepta, ſed ſunt contra Deum, & taliter vouens peccat: Veruntamen ſi emittit Votum venialis culpæ, puta dicere mendacium iocoſum, & ſimilia, eſt veniale, quia illud implere, eſt non plus, quam veniale. Tertio, de aliquo inutili non valet Votum factum; vana eſt enim illa promiſsio Deo facta, quæ illi non placet, verbi gratia nolle filare die Sabbathi ſic abſolutè aut abſtinere ab aliquo ſeruili, & nõ ab aliis, eſt enim ſuperſtitio, ſed ſi vou[illegible]ere ab omnibus, vt melius poſsit uacare Orationibus, & laudibus, ſeu ad honorem B. Mariæ Virg. tunc liceret.

De re indifferenti.

Quarto Votum factum de aliqua re indifferenti, donec manet indifferens,

quæ

quæ de ſe non eſt bona,nec mala,non tenet, puta quis vouet non tranſire per talem uiam,aut non adire talem domum , quia emittere vota eſt actus religionis, & iſta ſic ſimpliciter emiſſa potius ſunt ſuperſtitioſa.Et notanter dixi (ſic ſimpliciter emiſſa,dum manent ſub indifferentia) quia ſi huiuſmodi uota facta ſunt ob aliquam cauſam,& ad bonum finem relata: puta,ſi quis uouet non accedere ad talem domum,quia ibi luditur illicitè, & prouocatur ac ludendum, uel non tranſire per talem uiam, quia ibi eſt quędam mulier quæ eum induceret ad fornicandum,& huiuſmodi,in his caſibus , & ſimilibus uotum tenet, quia tunc religio eſt,talia emittere uota ; Verumtamen ceſſante illa cauſa , & occaſione peccandi, res redit in ſuam indifferentiam , & ex conſequenti ceſſat eſſe congrua materia uoti,unde abſque diſpenſatione ceſſat obligatio.D.Tho. Sylue. Sotus,& Nau.quibus ſupra Quinto,qui uouet Deo,de his,quæ ſunt de conſilio,& ad quæ nullo pręcepto obligatur, optimè facit,& debet,& tenetur apimplere,quia huiuſmodi ſunt propria,& conueniens materia uoti , ſunt.n. Deo gratiſsima,& in noſtra poteſtate,cũ ſint opera ſupererogationis, ita quòd eorum obligatio ex noſtra dependet liberalitate. Sexto ad id,ad quod tenemur ex pręcepto,poſſumus,& uoto obligari, quamuis enim ſint neceſſaria ad ſalutem,eorum tamen obſeruantia ex noſtra dependet uoluntate; nnde ut arctiori uinculo adſtricti magis caueamus peccare ; ſicut etiam licitum eſt iuramento obligari ei, ad quod ex lege tenemur,& quamuis non ſint propria materia uoti,quia alia uia ad ea obligamur,nihilominus laudabile eſt , illa uoti materiã facere; puta ex præcepto Diuino (non męchaberis) tenemur fugere fornicationem, ſed ſi idem uoto promittimus, duplici uinculo tenemur,ex quorum occaſione firmius reſiſtamus;unde Auguſtinus ait: Sunt quędam,quę etiam non uouentes debemus, neque in hoc plus tribuimus noſtrę uoluntati,quam Dei, ſed religamus eadem Diuinę religioni, ut firmius id, quod nobis pręcipit perſoluamus; Vnde poſtea contrafaciendo,puta fornicãdo,dupliciter peccamus, ſcilicet contra pręceptum dictum, & contra uoti promiſsionem,quę ut circũſtantia neceſſaria in confeſsione eſt explicanda. Septimo,qui uouet non facere aliquid, quod eſt de conſilio,puta non ingredi religionem , non dare eleemoſynam,non mutuare ex Charitate,& huiuſmodi, non tenetur adimplere , dicit enim Caiet. ſecunda.2.q.88.art.2. quod etſi non diſpliceat Deo , te non ſequi conſilium,diſplicet tamen ei,quòd tu promittis non ſecuturum conſiliũ ſuum. Vnde regulariter tale uotum emittere eſt ueniale; ſed ſi tali animo pertinaci voueret, ſe non dare eleemoſynam, aut non mutuare, & ſimilia, etiam ſi concurreret caſus neceſſitatis , in quo eſſet præceptum : vel taliter voueret , cum animo diſplicendi Deo, tunc eſſet peccatum mortale, quia eſt cõtra Charitatem Dei,& proximi.D.Tho.quo ſupra.Vnde ſufficit confiteri peccatum, & Votum non obſeruare.

De re ſupererogationis.

De re ad quã ex præcepto tenemur.

De non faciẽdo opera Charitatis.

Dictum eſt etiam (à ſuperiori non reuocata) ideo quantum ad cauſam efficientem eſt conſiderandum,qui ſint qui Vota emittere poſſint ; & qui non:cũ enim Votum debeat eſſe de his,quæ ſunt in libera poteſtate vouentis,ſequitur quòd qui voto promittit ea, ſupra quibus poteſtatem non habet , nihil facit , nec Deo grata ſunt; ſicut enim eleemoſyna facta de rapina Deo non placet,ita promiſſio voti de his, quorum uouens dominus non eſt,Deo accepta non eſt. Tales,quibus facultas vouendi non conceditur, ſunt in triplici differentia, ſcilicet ſubditi,quorum diſpoſitio ab alio dependet. Pueri,qui ætatis defectu nõ ita rationis capaces ſunt,vel quia aliqua poſſident,quæ ex alterius imperio dependent. Et religioſi : de quibus per ordinem dicemus.

Quo ad cauſam efficientem.

Qui non poſſint vouere.

Quicunque eſt ſubditus alteri,de his,per quæ ſubditus eſt ei, nõ poteſt nouere, vt ſunt hi,qui ſequuntur,videlicet. Vxor,vel Maritus non põt uouere cõtinen-

Vxor. Maritus.

Digitized by Google

tinentiam ſine licentia alterius,& ſi vouet,alter alterius votum irritare poteſt, nam in toro maritali Vxor & Vir pares ſunt circa irritationem . poſſunt tamen ambo vouere de non petendo debitum.

Dubium.

Sed quæritur,an poſſit alter alteri Votum de non petendo debitum,irritare? Dicitur,quo ad poteſtatem Viri non eſt dubium,nam cum vxor ſit ſubdita viro ſuo,vir poteſt omnia vota ab vxore facta irritare,immò etiam quæ fecerat ante quam erat vxor, & hoc quantum ad perſonalia,quantum verò ad realia,poteſt tantum uouere dare, ſeu eleemoſynam facere de bonis,quæ habet vltra dotem, vel de acquiſitis ſuo labore,& induſtria, quando non tenetur ad res domeſticas . Sed de vxore an poſſit irritare votum Mariti dubium eſt:nam ex una parte uidetur,quod non,quia in hoc maritus non eſt ſubditus vxori , ex alia parte videtur quod ſic , alias namque hoc verteret in præiudicium tori, eo quod uxor propter verecundiam , quaſi nunquam petit , & vir eſſet prohibitus petere, quod eſſet in fraudem :

Tutior via.

Sot. tamen quo ſupra,quæſt.3.artic.1. ait tutius eſſe in hoc caſu diſpenſationem ab Epiſcopo petere .

Et ſi ambo fecerint Votum caſtitatis ex conſenſu utriuſque,an poſtea ſi pęnituerint , poſſint ambo votũ irritare ? Sotus declinat ad partem negatiuam . Quòd enim ſemel placuit,amplius diſplicere non debet, & votum eſt quidam contractus cum Deo factus. Vir omnia uota perſonalia vxoris irritare poteſt ; vt ſunt ieiunia,peregrinationes,& ſimilia,ne dum facta in ſua poteſtate, uerũ etiam emiſſa antequam eſſet eius vxor. Textus eſt in cap. 33. quæſt. 5. mulier. namque, propter transgreſſionem præcepti vetiti pomi,homini ſubiecta remãſit: ſed vxor non poteſt huiuſmodi uota ſui uiri irritare ; eo quòd ſuper eum circa talia poteſtatem non habet , præterquam circa torum maritalem, vt dictum eſt. Nec uxor uota realia emittere poteſt de bonis mariti,ut ſunt,eleemoſynas facere, ueſtiri tali colore,& ſimilia,ſine ſua licentia,immò nec de ſua dote.Huius ratio eſt , quòd uiuente uiro , eam alienare non poteſt,nec de fructibus eius diſponere,uir namque pondus domus,familiam alendo,ferens,ſuper ipſis utile dominium obtinet . Bene autem de ſibi relictis ultra dotem, aut per donationem, legatum , & ſimilia ad ſe pertinẽtia,eleemoſinas facere poteſt . Poteſt etiam de ſua induſtria, & labore acquiſitis , ſuo modo diſponere , dum tamen domeſticis ſeruitiis ſubiecta non ſit .

Seruus.

Seruus non poteſt uouere aliquid quod uertit in præiudicium domini, puta uotum religionis, peregrinationis , ieiunia, & earum rerum,quibus ab obſequiis domini ſe ſubduceret,quia quo ad perſonales operationes,eſt in eius poteſtate , unde talia faciens,relinqueret ſeruitiũ,quod domino debetur . Secus autem de his,quę non præiudicãt dño, ut dicere orationes,ſeruare continentiam, & huiuſmodi .

Dubium.

Sed hic quæritur an uotum ſemel irritatum a ſuperiore, redeat poſtquam exierit ab illa ſeruitute ? puta vxor fecit uotum continentiæ , uel ſeruus fecit uotum peregrinationis , quę uota fuerunt irritata: an mortuo marito, uxor teneatur redire ad uotum ? & ſeruus habita libertate,an teneatur poſtea ad uoti impletionem?Sylu.uerbo uotum,3.quem ſequitur Sotus loco citato,aiunt cuiuſcunq; ſubditi uotum ſemel irritum,amplius non obligare,niſi de nouo confirmetur, cap. quidam,de conuerſione coniugali .

Pueri ante vſum rationis vouere nequeunt.

Quantum ad pueros dicuntur multa.Primo,puer,ſeu puella impuberes maſculus ante quartum decimum annum,& fęmina ante duodecimum, qui non habent vſum rationis,nullo uoto ſe obligare poſſunt ; ſi autem ante pręDictũ tempus uſum rationis attigerint,ut accidit aliquibus, qui ante pubertatem ingenio præualent , quantum eſt ex parte eorum , ſe poſſunt obligare ad omnia uota perſonalia ; tamen eorum obſeruatio ex parentum , ſeu tutorum,aut eorũ, quorũ curę ſubſunt, arbitrio dependet,ita ut ſi nolunt,ut obſeruentur,irri-

tare

Digitized by Google

tare poſſunt, quia tales perſonæ non habent propriam uoluntatem, uerum ſi pater, aut tutor non irritauerit antequam pręſcribatur tempus impubertatis, & illi de nouo nõ ratificauerint poſtquam peruenerint ad ætatem legitimam, poſſunt adhuc irritare, ſed ſi ingreſſo anno pubertatis de nouo approbauerint, tunc irritare non poſſunt. Nota hic, vt bene etiam notat Nauarrus, c.12.nu.71. quod ut aliquis approbet, & ratificet uotum antea factum propter ętatem inualidum, non ſufficit talem opinionem de eo habere, ſcilicet credere tale Votũ ſic emiſsum valere, uel habere propoſitum exequendi, & animum tantummodo adimplendi, quæ promiſerat, ſed opus eſt, aut ut de nouo promittat, aut ſaltem in animo velit, uotum primo factum de nouo ualere, etiam ſi ante non ualuit. & hoc modo dicetur ratificare, ideſt, id quod ante factum eſt, conſenſu uoluntatis de nouo approbare.

Nota.

Votum ratificare.

Quantum autem ad votum ſolenne caſtitatis, ſeu Religionis, impuber quantumcunque fuerit doli capax, & uſum rationis acceleratum habuerit, nullo pacto poteſt ſe obligare, ita quòd ſi profeſsionem fecerit ante quatuordecim annos, & puella ante duodecim, poſſunt redire ad ſeculum, nec alia ratio aſsignari poteſt, ait Caiet. quam, quod ſic ſtatuit Eccleſia, ut habetur cap. non ſolum, de regu. iur. lib. 6.

Verum hic etiam nota, quod S. Concilium Trid. Seſſ. 28. cap. 15. quo ad tempus profeſsionis aliter determinauit; cuius uerba ſunt hæc: In quacunque Religione, tam virorum, quam mulierum, profeſsio non fiat ante decimum ſextũ annum expletum, nec qui minore tempore, quam per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, ad profeſsionẽ admittatur. Profeſsio autem antea facta ſit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicuius regulæ, vel religionis, uel ordinis obſeruationem, aut ad alios quoſcunque effectus. Verũ ſi antequam puer, aut puella tranſierit ad ætatem legitimam, à parentibus, aut tutoribus irritatum non fuerit, & illi non reclamauerint, ſed perſeuerauerint in religione, amplius irritari non poteſt, quia Eccleſia ad quam pertinet iudicare de Voto ſolenni, præſumit in caſu ratum habere, cap. puella. Caiet ſecunda, 2. q. 189. artic. 5. Nauar. cap. 12. nu. 17. Secundo puer, & puella ſi fuerunt puberes, ideſt, attigerint quartumdecimum, & duodecimum annos, omnia vota perſonalia emittere poſſunt, ut ſunt ieiunare, orationes dicere, continentiam obſeruare, religionem intrare, ac etiam matrimonium contrahere, etiam inuitis parentibus, & eorum curam gerentibus, quia quo ad hæc ſunt ſui iuris, cum attineant ad ſuam perſonam, niſi aliquid nocumenti parẽtibus, aut domus regimini afferrent, ait Nauar. quo ſupra num. 70. ut forte eſſet vouere longam peregrinationem. Sed quantum ad Vota realia, & ea, quæ attinent ad regimen domus, emittere non poſſunt, quia circa bonorum diſpoſitionẽ ſunt ſub cura parentum, & curatorum, qui talia eorum Vota irritare poſſunt uſque ad decimum quintum annum, ubi autẽ tale tempus attigerint, pupillus liber à curatore, & filius emancipatus à patre, liberè vouere poſſunt, & uota ante facta ſi non fuerunt irritata, adimplere tenentur. S. Ant. 2. parte, tit. 11. c. 2. cui ſubſcribit Nauar. quo ſupra. Filius donec manet ſub poteſtate patris, non poteſt vouere de his, quę pertinent ad patrem, puta dare eleemoſynam de his quæ ſunt patris, & huiuſmodi, quæ præiudicant regimini domus, ſine eius licentia, & conſenſu expreſſo, uel ſaltem tacito, ſcilicet non contradicendo, ſed bene poteſt de his quę pertinent ad ipſum, vt eſt peculium caſtrenſe, ideſt omne illud quod acquirit in bello, uel quaſi caſtrẽſe, ideſt omne illud, quod acquirit aliquo officio publico, ut eſt, legendo, docendo, aduocãdo, medicando, & exercendo omnes artes liberales, aut ſeruiendo ſeruitiis Regiis, propter quæ accipit ſtipendia publica, quia de his pater non poteſt diſponere, l. fin. C. de inoffic. teſt. Idem dicendum

Nota tempus profeſsionis.

Pueri puberes.

Filius familias.

de Cle-

Digitized by Google

de Clericis circa ea, quæ lucrantur ſuo officio Clericali, aut ſuis beneficijs, ſiue fuerit curati, ſiue non, Auth. Presbyteros. C. de Epiſcop. & Cleric.

Religioſi quæ vota facere poſſint.

Quantum ad Religioſos conſiderandum eſt, quadruplicia eſſe opera, quibus ſe obligare poſſent, non tamen ęqualiter ad omnia tenerentur. Prima ſunt illa quę comprehenduntur in tribus Votis eſſentialibus, & ſolennibus Religionis, ut ſunt conſtitutiones, & ſtatuta cuiuſcunque regulæ ita diuerſa ſecundum diuerſitatem regulæ in quacunque religione, & contra huiuſmodi non poſſunt uouere ſine licentia prælati particulariter, & de nouo, ultra ſolennem regulæ obligationem, & ſi de his votum fecerint abſque conditione, ſcilicet, ſi Prælato placauerit, peccarẽt, nec poſt factum, illud adimplere tenentur niſi Prælatus ratum habuerit, quia in his ſubduntur pręlatis, unde ipſo facto irrita ſunt, cum ſint de materia prohibita. ſunt enim omnes Religioſi ſubiecti Pręlatis ſuis in omnibus operationibus ſecundum profeſſionem regulæ, & quandoque ſuper eis diſpenſate poſsunt, imò ea prohibere ne fiant ex cauſa legitima, ideo, &c. ait Sotus lib. 7. quæſt. 3. artic. 1. Secundo ſunt quædam opera libera, ſecundum quæ non ſubduntur his uotis, aut alio pręcepto, nec Pręlato prudicant, ut ſunt orare, diſciplinam facere, & huiuſmodi, & de his uouere poſſunt, quia ualida ſunt, & tenentur adimplere, donec à prælato irritentur, & prohibeantur, & ſi huiuſmodi uota facta libenter perſoluere poſſunt, licebit ea cęlare Pręlatis, ne ab eis irritentur, ſed ſi eos aggrauant, poſſunt eidem pręlato patefacere, ut ea irritent, nec peccant ſic faciendo. Tertio loco, ſunt quædã opera, ad quæ ex præcepto legis tenemur, quibus de nouo obligari poſſumus, ut eſt non mentiri, nõ furari, non blaſphemarè, & huiuſmodi, & de his ſi uotum faciunt, adimplere tenentur, nec irritare poſſunt, quia talia pręlatis ſubiecta non ſunt, ait Caie. licèt Sotus non conſentiat. Quarto modo ſunt quædam opera, quæ omnino poteſtatem Prælati exuperant, ut eſt trãſitus ad arctiorem Religionem, & huiuſmodi etiam non poſſunt à prælatis irritari, ſed bene diſpenſari Sot. Caiet. locis citatis, & Sylu. Ver. Votum.

Nota.

Quæ differentia ſit inter diſpenſare, & annullare inferius dicetur. Dixi (tranſitus ad arctiorem Religionem) nam tranſitus ad laxiorem eſt abſolutè prohibitus per S. Conc. Trid. Seſſ. 25. cap. 19.

Notandum tamen, quod ſi fiat uotum de licentia ſuperioris, uel ſi uotum factum ſuperior confirmauerit, & poſtea reuocauerit ſine cauſa rationabili, ſubditus non peccat, non adimplendo, ſed tantum ſuperior Nauar. cap. 12. à num. 65. uſque ad 68.

Quo ad cauſam finalem.

Dictum eſt etiam in definitione (propter aliquod utile ſpirituale) quæ particula colligitur ex Richardo in 4. ideo quantũ ad cauſam finalem eſt aduertendum, quãdo Votum factum ob aliquem malum finem, non obligat, etiam ſi ſit de aliquo bono ſupererogationis, ideſt de his bonis, ad quæ non tenemur ex pręcepto, ſed de conſilio. Pro cuius rei difficilis intelligentia eſt primo notandũ, Tria, quantũ ad hæc ſpectant, conſiderari debere in uouendo, ſcilicet promiſſionem materiam voti, ideſt id, quod promittitur, & intentionem Vouentis.

Votum illicitum non ſemper eſt malũ, ſed de re illicita.

Secundo eſt notandum, quod non omne Votum illicitum, & malum, eſt irritum, & nullum, ſed votum illud, quod eſt de materia mala, ideſt quando id quod voto promittitur eſt malum, & Deo odibile. His ſtantibus tripliciter poteſt homo vouere propter malum finem. Primo quando illud bonum quod promittitur in Voto, refertur ad malum finem, ideſt ordinatur ad malum finẽ, & quia actio moralis ſumit ſpeciem à fine, ideo quamuis illud, quod Voto promittitur ſit bonum in ſe, tamen quia habet annexum finem malum, ideo ratione finis malum eſt, exemplum: qui vouet dare eleemoſinam propter vanam gloriam, ut ieiunare tali die, ut appareat bonus, & huiuſmodi, peccat, & nihil

facit,

Digitized by Google

facit, quamuis enim dare eleemoſinam, & i eiunare materialiter ſumpta, hoc eſt ſic abſolutè conſiderata, ſint bona in ſe, quia tamen habent adiunctam vanam gloriam,& peccatum hypocriſis,ideo ſunt mala,quod eſt dicere, quando vouetur non uouetur dare elemoſinam abſolutè, & ieiunare abſolutè, ſed hoc totum ſimul,ſcilicet dare eleemoſynam propter vanam gloriam, quod eſt peccatum,& ieiunare,vt uideatur ab hominibus,quod eſt hypocritā eſſe: quoniam dictum eſt,votum factum de re mala,eſſe nullū, ideo facere tale Votum cum tali fine annexo, eſt opus Deo odibile.Secundo,homo poteſt vouere propter malum finem ad hunc ſenſum,ſ.vt finis non ſit annexus ei,quod uoto promittitur,ut dictum eſt in primo caſu,ſed ſit finis intētionibus animi & uolūtatis uouentis, i.id propter quod facit votum, non ſit cauſa finalis determinans rem uoto promiſſam; ſed terminans intentionem vouentis, ideſt ſit finis propter quem mouetur ad promittendum Deo tale bonum. Exemplum: in quodā monaſterio eſt quædā Monialis pulchra,ad quod monaſterium non poſſunt accedere,niſi monachi illius ordinis,Titius uouet ingredi talem Religionem hoc fine,ut poſſit habere facilè acceſſum ad tale monaſterium,& ſic commodè cōfabulari cum illa moniali,corrupta intentione. In hoc caſu confabulatio non eſt finis annexus,& adiunctus profeſſioni monachatus,& ſeruiēdi tali Religioni;ſed finis,quo motus eſt ad profitendum talem Religionem. Ex quo fit,ut,dū applicat animum ſuum ad emittendum tale Votum,peccet mortaliter,quia habet intentionem corruptam,& deprauatam,ſed Votum tenet,quia eſt de re in ſe bona,ſcilicet ſeruire Religioni,quod ſeruitium nō uitiatur à fine corrupto, vt in primo caſu dicebatur;ſignum huius eſt,quod quando ſeruit Religioni, & facit omnia,quæ ad monachatum ſpectant,non facit ea propter confabulationem Monialis,referendo ſeruitia prędicta ad eam,ſed propter obſeruantiam regulæ,in qua profeſſus eſt, ſed illa confabulatio intenta,fuit finis, propter quē ad hæc oīa ſe obligauit. Aliud exemplum, qui uouet ſe futurū ſacerdotem hoc fine tantum,vt habeat pingue beneficium,tunc beneficium vt finis non modificat,& determinat ſacerdotium,quia dum facit officia ſpectātia ad ſacerdotem orando, celebrando,& pſallendo, non faciet ea propter auaritiam beneficij, ſed propter Deum: Veruntamē beneficium fuit cauſa finalis,qua motus eſt ad ſe obligandū Deo. Et quia finis, quo ſe Deo mancipauit, non fuit Charitas iuxta illud Dauid. Voluntariè ſacrificabo tibi, ſed Auaritia,ideo peccauit hoc fine,& intētione vouēdo,ſed Votum tenet,& debet exequi,quia res Deo promiſſa,eſt de ſe bona, & Deo grata, nec aliquo fine malo uitiata,ſicut eſt dare eleemoſinam propter vanam gloriam, ut dictum eſt in primo caſu, qui valde differt ab hoc, ut patet ſtudioſè aſpicienti.

Tertio modo,homo poteſt vouere propter malum finem,ſcilicet quando ipſum Votum ordinat ad malum finem: & eſt,quando emittit Votum rogando Deum,ut faciat hoc,vel illud,puta,aliquis deſcendit in duellum ſingulare,promittit Deo dare alicui hoſpitali centum aureos, vt victoriā habeat de inimico ſuo:in hoc caſu promittitur executio Voti ſ.præſtatio centū aureorū pro malo fine obtinendo,& hoc modo vouere eſt maius ſcelus, quàm vouere de re mala, quia cum illa Deo non placeat,non acceptatur,ſed in hoc caſu facit Deum auctorem mali,cum petat ab eo rem iniuſtam,ſcilicet mortem inimici ſui. Item ſi quis voueret ſe dicere facturum tot miſſas, vt habeat concubitum cum ſua Amaſia:quid ſceleſtius,quàm Deum facere lænonem? cū inuocetur ad fauendum fornicationi,unde huiuſmodi potius ſunt blaſphemiæ quam Vota. Et ſi fieret Votum conditionale,ſcilicet ſi habuero victoriam de inimico meo,dabo centum aureos pro amore Dei,hoc pacto,vt executio Voti fiat per finem obtētum,videtur quod poſſit fieri, quia illa traditio centum aureorum eſt gratiarū *Replica.*

Reſponſio.

actio pro victoria obtenta, quæ eſt bonum à Deo. Dicitur quod Votum tale eſt ſimile priori, nam parum refert, an executio Voti promittatur ante finem obtentum, an poſt obtento fine pro gratiarum actione, nam utroque modo inuocatur Deus, vt auctor iniquitatis, quia bellũ priuatum eſt prohibitum, ideo victoria iniqua, neque tales gratiarum actiones, exaudiuntur à Deo. Quid ſi

Alia replica.

Votum emitteretur ſimpliciter ſine inuocatione diuina, ſed conditionaliter habens reſpectum ad euentum futurum, & non ad patrocinium diuinum, dicendo faciam hoc ſi victoria euenerit? Reſpondetur, quòd idem reddit, & ideo

Reſponſio.

hoc modum etiam malum eſt, nam vt dictũ eſt ſupra, quomodocunque Votũ fiat, ſemper intelligitur Deo factum; vnde ſub quacunque forma verborum emittatur, Deus ſceleris fautor inuocatur. Caiet. ſecunda ſecun. quæſt. 88 artic. ſecun. Sot. lib. 7. de Iu. & iure, quæſt 7 art. 3. verum ſi in emittendo votum intenderet id, quod eſt in ſe bonum, licet quandoque dependeat ex cauſa mala, tunc valeret, & deberet impleri: puta, deſcendendo ad certamen duelli, uouet facere hoc, vel illud, ſi incolumis euaſerit, non intendens in animo ſuo malum inimici, ſed tantum euaſionem ſuæ mortis, quæ eſt quoddam bonum, & à Deo, quamuis accidit media morte inimici. Item ſi uoueret, ſic, promitto dare Eccleſiæ tantum, ſi habuero filium ex concubina, licet cauſa, ex qua dependet, ſit mala, quia tamen intendit ſolummodo filium, quod eſt donum Dei, ideo hoc modo votum tenet. Et multo magis valet votum emiſſum in pœnam peccati dicendo, ſi fornicatus fuero, tot dies ieiunabo, quia illa promiſſio ieiunij eſt facta, vt cautius contineat, & attentius caueat, quòd ſi lapſus fuerit in peccatum fornicationis, tenetur ieiunare; ſecus ſi dixiſſet ieiunabo, ſi fornicatus fuero, accipiendo fornicationẽ pro fine Voti, quia eſſet, vt dictum eſt ſupra in tertio caſu. Auctores qui ſupra, & Nau loco quo ſupra, num. 30. hæc quo ad cauſas eius, & Voti ſubſtantiam.

Votum conſideratur quo ad effectus.

Secundo principaliter Votum conſideratus quo ad effectum, ideſt, quo ad virtutem obligatiuam. Vbi eſt aduertendum, quod quotieſcunque Votum emittitur à perſona ualente vouere, de materia licita, & conuenienti, ad finem bonum, & Deo gratum, & cum tali deliberatione, quæ ſufficit ad obligandum Deo, prout colligitur diſcurrendo per omnes quattuor prædictas cauſas, obligat ſub pœna peccati mortalis omittentem, nam, etſi emittere Vota, ſit opus conſilij, ratione Religionis, reddere tamen eſt actus Iuſtitiæ, & Religione inſignitur.

Dubium.

Sed hic quæritur an ratione paruæ materiæ tranſgreſſio Voti poſſit eſſe peccatum veniale? Reſpondetur, dubium hoc poteſt habere duplicem ſenſum, ſcilicet, aut tranſgreſſio poteſt eſſe, quo ad unam particulam rei Voto promiſſæ, puta uouit dare decem, & dedit nouem, aut uouit dicere decem coronas beatæ Mariæ, & dixit octo, & ſimilia: & de hoc non eſt difficultas, quòd ſit veniale, & ratio eſt, nam Votum non obligat plus, quàm præcepta diuina ſed præcepta diuina, etſi genere ſuo obligent ad mortale, ratio tamen paruæ materiæ, tranſgreſſio eſt venialis: ut patet in eo, qui furâtur duos tornenſes, aut ſimile: ita dicendum eſt de Voto. Secundo, poteſt intelligi dubiũ, vt id, quod vouetur, ſi parum, & totum dimittatur, puta uouet dicere ſingulis diebus vnum pater noſter, an illa die, in qua non ſoluit, peccet mortaliter? Sotus tenet quòd non: nam dum, quod dimittitur, ſit res leuis, nihil refert, an ſit tota materia Voti, an pars: nec eſt in poteſtate vouentis, ſe obligare ſub reatu mortalis culpæ; nam qualitas culpæ, ex quantitate obiecti conſiderâda eſt. Verum ſi quis promiſerit dare pauperibus vnum granum ſingulis diebus, tranſgreſſio vnius, aut duorum dierum veniale erit, dummodo quod hodie non ſoluit, cras multiplicet: ſed ſi omiſſio erit multa, vnde obligatio creuerit

Digitized by Google

nerit rei notabilis, culpa efficitur mortalis. hæc ille, quæſt. 1. art. 1.

Dixi, omiſſionem Votorum, regulariter loquendo, eſſe peccatum mortale, exceptis caſibus, in quibus eſt licitum ea omittere. Pro quorum intelligentia eſt notandum quòd omiſſio Votorum eſt licita ex triplici capite, ita quòd talibus concurrentibus, non erit peccatum illa omittere. Et primo ex parte materiæ Voti. Secundo ex parte intentionis perſonæ vouentis. Tertio ex parte auctoritatis diſpenſantis. *Votorum omiſſio in triplici caſu licet.*

Ex parte materiæ eſt, quando id quod Voto promiſſum eſt, ſit impeditiuum maioris boni, vel illicitũ, vel indifferens, vel impoſſibile: pro quibus omnibus dantur exempla. Quantum ad primum; ſcilicet impedimentum maioris boni. Si quis uouiſſet ſe fore Clericum, ſi poſtea vult ingredi Religionem, nõ debet curare de priori Voto, imò per Votum Religionis omnia alia ceſſant, quia eſt ſtatus perfectionis. Quantum ad ſecundum. Aliquis vouit ieiunare ſexta feria ſingulis hebdomadibus, effectus infirmus, excuſatur, quia quod prius erat licitum, per ſequentem infirmitatem, Votum factum eſt illicitum. Quantum ad tertium, de Voto indifferenti dictum eſt ſupra. *Votum religionis omnia alia aufert.*

Quantum ad quartum, factum impoſſibile. Aliquis diues vouit ędificare Capellam, aut ſingulis annis pro eleemoſyna diſpenſare pauperibus triginta aureos, poſtea effectus eſt pauper, Votum redditur impoſſibile.

Et nota, quod iſta impedimenta tollunt obligationem in ſecundo, & quarto caſu, donec durant, aut ad tempus, aut in perpetuum, aut in totum, aut in partem, prout ſunt; ſi autem impedimenta trãſeunt, obligatio redit. Exemplum, qui propter infirmitatem effectus eſt impotens ad ieiunandũ, tranſacta infirmitate, debet ieiunare, & ſi infirmitas eſt incurabilis, & perpetua, abſolutus eſt pro ſemper. Si pauper venerit ad meliorem fortunam debet proſequi eleemoſinas, & ſi non in totum, ſaltem in partem, quantum poteſt. Aliud exemplum, Mulier fecit Votum caſtitatis, poſtea coniugata eſt. Votum effectum eſt impoſſibile; tenetur quantum poteſt ad uotum ſuum ex parte, ſcilicet nõ petere debitum, donec vixerit vir eius, & eo mortuo tenetur ad totum, ſcilicet ad continentiam, ſecundum Caiet. & Nauarrum quibus ſupra, quamuis Sotus non conſentiat. *Nota.*

Quæritur hic, an qui fecit Votum Religionis, & illam profiteri non poteſt, ſit abſolutus ab obligatione, ac ſi Votum factum ſit impoſſibile? Reſpondetur, aut Votum factum eſt impoſſibile culpa vouentis, aut quia non fuit admiſſus in Religionẽ; quantum ad ſecundum membrum, aut iſte vouit Religionem in genere, & nullam determinauit, quamuis poſtea inclinauit animum ad aliquam particularem, & tũc tenetur procurare cum diligentia ingreſſum illius, quòd ſi non admittitur, debet tentare aliam, & aliam Religionem, donec inueniat, qui eum admittant, ut per ſe non ſtet quo minus habitũ induat. Sed dubitatur ſi per quinque vel ſex ann. non admittitur, ad habitũ, an teneatur oẽs Religiones Italię, & omnes conuentus circumire? Rñdetur, in his caſibus conſcientia iudicare debet ſecundum intentionẽ vouentis, ſcilicet ſi in animo ſuo fuit vouere in his tantum quas nouit; & ſi nõ nouit niſi quattuor mẽdicantiũ, vt accidit forenſibus, ſufficit illas quattuor tentare; & ſi erat (verbi gratia) Neapoli, & omnes, quę ibi ſunt nouerat, tenetur omnes peragrare; & ſi intentio ſua non ſe reſtrinxit ad ſibi notas, ſed vouit abſolutè, ſufficit tentare per omnes, quæ ſunt in Regno ſecundum linguam noſtram: alias teneretur per totam Italiam, Franciam, & Greciam diſcurrere: quod eſſet moleſtiſſimũ onus imponere. Neque omnes cõuentus vnius Religionis tenetur viſitare, ſed ſufficit octo vel decem, quòd ſi ab illis repulſam patitur, ſimile iudicabitur de reliquis: ſed melius eſt adire prius ſi poteſt, Generalem, aut alium principalem Prælatum, *Dubium.*

quòd

quòd ſi ab eo non acceptatur, liber remanet ab omni obligatione. Si autem no uit unam religionem ſignatã, puta, S. Dominici, vel S. Franciſci, tenetur adire ſuperiorem, aut aliquos conuentus vt dixi: & ſi inde repellitur, abſolutus eſt à Voto. Si vero vouendo vnam Religionem, illius elegit vnum conuentum ſignatum propter aliquem finem, puta quia ibi ſtudium viget, uel aliquid aliud, & inde reperitur, non tenetur adire alium conuentum, etiam ſi ibi reciperetur.

Quantum ad primum membrum, ſcilicet ſi Votum effectum eſt impoſſibile culpa uouentis, aut impedimentum erat tempore, quo emiſit Votum, & nõ aduertit, aut poſt aduenit, quomodocunque ſit, ſi eſt perpetuum, obligationem tollit, nec indiget diſpenſatione. Si verò eſt ad tempus, puta, habet morbum contagioſum, propter quod expellitur, excuſatur, donec impedimentum durat, quo tranſacto, tenetur redire. Et nota, quòd ſi poſt emiſſum Votũ experitur aliquam difficultatem tantum adimplendi onera Religionis, aut aliquam inde centiam ſtatus ſuis; propter quæ Votũ videtur difficile, ita quòd ſi pręnouiſſet, non vouiſſet: non per hoc ceſſat obligatio, quia hæc non ſufficiunt ad reddendum Votum impoſſibile. Caie. & Sotus locis citatis. Quęritur, an hi ſupradicti, qui bona fide procurauerunt ingredi Religionem, nec potuerunt, eo quod repulſi ſunt, vt dictum eſt, in ſeculo poſtea teneantur ad aliquid? Reſpondetur, ſi ſimpliciter vouit, nec aliud habuit in animo, quàm ingredi Religionem, poſtquam excluſus eſt, ad nihil tenetur. Si aũt dum votum emiſit habuit ẽtiã in animo ſuo ſeruare continentiam, ac illam vouendo expreſſit, tenetur illam in ſeculo ſeruare, quamuis à Religione ſit excluſus. Sot. quo ſuprà.

Nota.

Dubium.

Dubium.

An qui uouet non nubere, teneatur cõtinere? Dicitur, ſi nil aliud expreſſit in Voto, aut intelligit, niſi torum excludere, non tenetur continere lege Voti, niſi præcepto decalogi, vnde ſi poſtea fornicatur, maculatur vna deformitate.

Ex parte intentionis perſonæ vouentis, conſiderandum eſt Votum emiſſum quando debeat expleri. Pro quo eſt aduertẽdum, quòd tripliciter, quantum ad hoc, poteſt Votum emitti: uel aliquam conditionem apponẽdo, vel tempus determinando, vel ſimpliciter nullã limitationẽ apponendo. Votum conditionale eſt, quando apponitur aliqua limitatio, cum qua intendit ſe obligare, & nõ aliter, aut ſine qua non exequi Votum. exemplum primi: ſi filius meus liberabitur ab hac infirmitate, tantum Eccleſiæ donabo. exemplum ſecũdi: Voueo viſitare limina S. Petri, poſt mortem patris mei, quia aliter nummos neceſſarios habere non poſſum, & ſimilia: quę conditiones ſi non adimplentur, non teneor Votũ ſoluere: niſi quando conditio non adimpletur culpa vouentis, tunc enim tenetur, ne malitia ſibi ſuffragetur. Exemplum, Quis uouit ſe aliquid facturum, ſi præſeruetur ab aliquo peccato, & poſtea in illud ſe uoluntariè pręcipitauit, ne remaneret obligatur ad obſeruandum Votum.

Votum conditionale.

Et ſi uotum ſit factum ſub pluribus conditionibus, & vouẽs intendebat ſe non obligare, donec omnia implerentur: non tenetur donec omnes impleantur: ſin autem de hoc non cogitauit, una conditione expleta, melius eſt, vt Voto ſatisfaciat, ait Sylu. verbo, Votum. 11. §. 2.

Voti tempus adimplendi.

Quantum autem ad tempus determinatum, dupliciter poteſt intelligi; aut elegit tempus præfixum propter eius affectionem, & deuotionem, puta uouit uiſitare S. Mariam montis virginei die ſuæ feſtiuitatis, quando gentes confluunt ad eam; vel uiſitare ſeptem Eccleſias Romæ tempore hebdomadę ſanctæ, & tunc ſi aliquo iuſto impedimento non potuit, debet expectare vſque ad annum futurum, tempus præfixum: & ſi tẽpus viſitandi tranſijt culpa ſua, peccauit, & tenetur expectare aliud tempus, donec ſatisfaciat. Vel elegit diem ſignatum, puta promiſit ieiunare die S. Luciæ, & in animo ſuo non intẽdebat ſe obligare niſi pro illo die tantum primo futuro, & tunc tranſacto ille die, non

amplius

Digitized by Google

amplius tenetur in die Vigiliarum Apoſtolorum & ſimilium. Aut tempus fuit prę̨finitum, non ob deuotionem, ſed vt terminum poneret, exemplum, vouit talem Eccleſiam viſitare infra vnum annum, quo tranſactu culpa ſua, & non expleuit, peccauit, tenetur quam primum potuerit adire, & ſemper eſt in peccato, donec eſt in mora culpa ſua. Si verò tempus, & modus non eſt appoſitus, ſed ſimpliciter vouit nihil limitationis apponendo, tunc piè ſunt vota interpretanda (ait D. Thom.) ſecundum intentionem Canonum. Verbi gratia, qui fecit votum peregrinationis ad S. Petrum, & non determinauit tempus, tenetur ſtatim quam primum commodè poteſt iuxta illud Deut. 23. cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus, & ſi moratus fueris reputabitur tibi in peccatum, & multo magis, ut ait in 4. Sent. tenetur vlterius non differre, ſi rationabiliter timet futurũ aliquod impedimentum perpetuum implendi. Et quam maximè debet ſtatim, ſi quamuis non determinauerit tempus tamen poteſt commodè implere, & procraſtinat ſua notabili negligentia.

Dubium.

Dubitatur, qui uouit ieiunare ſingulis annis die Sancti Donati, quando uenerit die Dominico, an illo die teneatur? Reſpondetur diſtinguendo. Ieiunium quo ad cauſam finalem, ob quam fit, duplex nomen ſortitur ſecundum D. Thom. ſecunda, ſecundę, quæſtio. 147. aliud vocatur Ieiunium exultationis, aliud afflictionis, ieiunium exultationis dicitur quando ieiunatur pro quadam deuotione, & lætitia feſtum illius ſancti ſolennizando, vt mens ad diuina, & cęleſtia rapiatur, gratias & beneficia illi præſtita contemplando, vt eadem pro nobis impetret, & ſimilia: & tunc poteſt ieiunare die Dominico. Ieiunium afflictionis vocatur, dum ieiunatur pro ſatisfactione peccatorum, talem ſanctũ precando, vt pro nobis illorum veniam, ſuis meritis impetret, vel dum ieiunatur, ut carnem macerando, facilius tentationibus reſiſtamus, & uitia in futurum euitemus: & tunc non poteſt die Dominico ieiunari. cap. quadrageſimali, de conſecratio. diſtinct. 5. vbi ordinatur quod tempore quadrageſimali non ieiunetur diebus Dominicis, & conſequenter intelligitur de totius anni Dominicis. vnde D. Thom. eodem loco ait, qui die Dominico ad hunc finem ieiunaret, vt ſuperſtitioſus, peccaret contra communem Eccleſiæ legem, & cõſuetudinẽ, dies enim Dominicus eſt dies exultationis, & lætitiæ, qui celebratur in commemorationem reſurrectionis Ieſu Chriſti Domini noſtri, per quem mundus recreatus eſt in melius; ideo dicitur dies Dominicus à Domino, id eſt dies Domini. Hinc ſequitur illud diuulgatum. ſ à Paſcha, vſque ad Paſcha, non debet ieiunari, quod intelligitur de ieiunio afflictionis, tempore. n. Paſchali, Eccleſia ſancta exultat; ſignificans nobis tempus futurę glorię, quod erit poſt uniuerſalem reſurrectionem, non ideo aſſerendum eſt, tali tempore non poſſe ieiunari ieiunio exultationis, ut huiuſmodi Dei magnalia contemplentur, vt dictum eſt. Hinc colligimus falſam eſſe opinionem illã aſſerentem, nõ debere ieiunari in vigilia Pentecoſtes, illo namque die Eccleſia ieiunium ordinat ob deuotionem, & lętitiam, eo quod S. Apoſtoli, tpe illo Spiritum S. acceperunt, & in gratia cõfirmati fuerunt, ut & nos interius eundẽ recipiamus, & in gratia cõfirmemur; nec rõ pro illa opinione aliquid valet, dicens Paſcha ad Paſcha nõ debere ieiunari: intelligitur enim de ieiunio afflictionis, vt dixi; & quod hęc ſit Eccleſiæ uoluntas, ex hoc apparet, quod infra octauam Pentecoſtes ordinat ieiuniũ quattuor temporum: nec dicendum, quod tempus illud non ſit Paſchale, cum duret per totam octauam, uſque ad Sabbathum incluſiuè, vt ex eius officio, ſolẽnitatibus, cæremonijs, & halleluia, quib. in illa vtitur Eccleſia, oſtenditur. Reſpondẽs igitur dubio, dico: ſi vouens, illud emiſit ex deuotione in ſignũ lætitię pro illo ſancto, tenetur ieiunare die Dominico, ſin autẽ in pœnam, & ſatisfa-

Ieiunium duplex.

Ieiuniũ exultationis.

Ieiunium afflictionis vocatur.

Dies dominicus.

Vigilia Pentecoſtes ieiunandum eſt.

ctionem ſuorum peccatorum, vt ſanctus ille pro ſe remiſſionem impetret, tenetur die ſabbathi præcedentis, & ſi de neutro cogitauit, ſed ſimpliciter vouit, tenetur die ſabbatho, ut dictum eſt.

Vota incompatibilia ſimul concurrentia.

Qui fecit duo vota diuerſa, & aliquãdo concurrunt una die, ſi ſunt compatibilia, utraq; debet explere, ſi autẽ ſunt incompatibilia, explebit, quod eſt perfectius, & de altero ſatisfaciet per alia opera, ſi uerò ſunt æqualia, explebit quod prius fecit. Sylueſt. quo ſupra.

Qui vouet aliquid, quod non poteſt adimplere, ſi dum fecit votum, non aduertebat impotentiam, excuſatur, & ſi aduertit impedimentum, ſed putabat eſſe tranſiturũ, pariter excuſatur: ſed ſi aduertit eſſe perpetuũ, & non curauit, tenetur per aliud opus ſatisfacere, ne promiſſio ſit deluſoria. Panor. cap. licet, de iureiurando, quam ſequitur Sylu. quo ſupra.

Dubium.

An aliquis ſuo voto poſsit alium obligare? Dicitur, quòd nõ: exemplum, Mater vouit, ꝙ filius intraret Religionem, aut ieiunaret, ſi filius non conſentit, nõ tenetur. Nec pater poteſt obligare hæredes ad vota perſonalia à ſe facta, poteſt tamen eos obligare ad Vota realia, quæ ipſe in vita nõ ſoluit, puta facere eleemoſynas, dotare pauperem, & ſimilia. Syl. & Sotus vbi ſupra.

Votum poteſt omitti ſex de cauſis.

Quantum ad tertium principale, ſcilicet ex parte auctoritatis abſoluẽtis à voti obligatione, eſt aduertẽdum, quòd ſex de cauſis votum poteſt omitti ſine peccato. I. Irritatione, Diſpenſatione, Commutatione, Redemptione, & præter hæc Interpretatione, & Ceſſatione, de quibus per ordinem.

Irritatio quid.

Irritatio eſt annullatio voti ſine cauſa, ſed ex ſola libera uoluntate eius, qui habet poteſtatem, & dominium ſuper his rebus, de quibus fiunt vota, unde irritare uota non eſt aliud, niſi votum caſſare, ut amplius robur non obtineat obligandi eos, qui uouere non poſſunt.

Diſpenſatio quid.

Diſpenſatio eſt annullatio voti, per quã diſpenſans determinat, & declarat votum non eſſe obſeruandum propter talem, & talem cauſam, nihil pro eo in compenſationem iniungendo; vnde diſpenſare nõ eſt aliud, niſi vouentem à lege voti excipere, relaxando in totum eius vinculum, & licentiam dãdo, vt eius obligationi non ſit obnoxius.

Commutatio quid.

Cõmutatio eſt ꝑmutatio rei votiuę in aliud bonũ maius, vel ſaltẽ æquale.

Redemptio quid.

Redemptio eſt quando res votiua, aliquo pretio abſoluitur, vnde redimere eſt media ſolutione à vinculo Voti liberare.

Interpretatio quid.

Interpretatio eſt, quando ratio dictat, & declarat in cõmuni ob inſtantẽ cauſam uotũ nõ eſſe obſeruandũ, & in hoc nõ exigitur auctoritas prælati, vt dicetᷣ.

Ceſſatio quid.

Ceſſatio à voto nõ indiget diſpenſatione, nec aliquo alio, niſi ut cauſa uoti ceſſet; exemplum, vouiſti nũ trãſire per talem vicum, eò quod ibi habitat quædam mulier impudica excitans te ad libidinem; illa poſtea diſceſſit hinc, & ſic ipſo facto ceſſat voti obligatio.

Quis irritare uota poſſit.

Differunt hæc ad inuicem, nam irritatio eſt ſublatio materiæ Voti, & obligationis illius, quod nondum erat firmum, & validum, quia erat emiſſum ab eo, qui vouere non poteſt; & dependebat à uoluntate illius, qui poteſtatem habet ſuper materiam uoti: & ideo poteſtas hæc irritandi pertinet non ſolum ad ſpirituales perſonas, vt ſunt prælati Religioſorum, reſpectu ſubditorum ſuorum, ſed etiam ad ſeculares, vt ſunt maritus reſpectu vxoris, & uxor reſpectu mariti, dominus reſpectu ſerui, pater reſpectu filii, & tutor reſpectu pupilli. Et poteſt fieri ſine cauſa ab libitum irritare ualentis, & uolentis. Sed diſpẽſatio tollit omnem obligationem Voti, quod iam firmũ erat, & validum, abſoluẽdo tamen ab eo cum cauſa iuſta & rationabili, ut dicetur, quod fieri non poteſt, niſi ab habente poteſtatem in Eccleſia, vt infra.

Differũt irritatio, & diſpenſatio, à commutatione, & redemptione, nam irritatio,

tatio,& diſpenſatio,tollunt oēm obligationem, omneq; vinculū,abſoluendo vouentem penitus ſine aliqua compenſatione. Sed commutatio,& redemptio, etſi tollant obligationem quantum ad materiam,non tamen vinculum . i.non penitus abſoluunt,ſed permutant materiam Voto obligatam in aliud bonum, remanente eodem vinculo,quo tenebatur: verbi gratia, vouit conſtruere capellam,commutatum eſt votum in tot eleemoſynas;vouit peregrinationem,commutatum eſt in tot ieiunia, vnde non eſt dicendum, ꝙ ad eleemoſynas,& ieiunia,tenetur præcepto cōmutantis,aut nouo Voto,ſed eodem primo, ſola permutatione facta in materia,taliter,quòd virtute primæ obligationis tenetur ad ſecundam, & non aliter.

Differt quoq; diſpenſatio ab interpretatione,nam ſi diſpenſatio declarat,votum hoc non eſſe obſeruandum,ſicut & interpretatio;tamen differentia ſtat in hoc;per interpretationem.n.declaratur ſicut lex, ita & votum non eſſe obſeruandum,quando rationi naturali eſt contrarium.Exemplum , vouiſti nunquā comedere carnes,dum infirmaris,non teneris, quia ratio naturalis cōmuniter dictat neminem talium eſſe obligatum ad tale votum,niſi enim comederes ſtāte neceſſitate,perires; vnde vnuſquiſque ſua auctoritate in tali caſu pōt comedere,ſi ad ſuperiorem expeditè acceſſum non habet, ſua conſcientia dictante, & interpretante,aliàs moriturum. In diſpenſatione non eſt ſic,ſed in particulari ratio tali perſonæ ſuffragatur,ob materiam illicitam effectam,vel ob impeditionem maioris boni ſibi fore à prælato diſpenſandum . Exemplum, vouiſti ieiunare; & te oportet prædicare,& ſtudere, & non potes utrunque perficere , ratio declarat,vt propter hanc cauſam obſtantem,Prælatus tecum diſpenſet.

Dixi (Prælatus tecum diſpenſet)homo enim à ſe ipſo hoc facere non pōt , vt in caſu ſuperiori de Interpretatione. Sed dices , ſi voti materia illicita effecta eſt,puta qui votum ieiunandi emiſit, imbecillis effectus eſt,vel perigrinari pedeſter , effectus eſt claudus, & ſimilia,quid opus eſt prælati diſpenſatione ? ſatis eſt , ut interpretetur , ex impotentia tale votum obſeruari non debere; vnde in hoc non differre videtur ab interpretatione,vt dixiſti.Reſpondetur, quando impedimentum perpetuum eſſe iudicatur,tunc opus eſt diſpenſatione;in tali.n.caſu abſoluitur pro ſemper: & ideo dixi,diſpenſationem attendi circa caſus particulares,dum ratio iudicat,in tali,& tali caſu diſpenſari debere : ſed quando impedimentum eſſet breue , vt eſſet infirmitas, circa ieiunium; inopia nummorum,circa peregrinaturum pro illo tunc, & ſimilia ; non opus eſt diſpenſatione,ſed ſufficit, ꝙ ratio naturalis in cōi interpretans impedimenta, iudicet,in ſimilibus caſibus, hominem non teneri donec huiuſmodi impedimenta permanſerint;quoniam interpretatio voti obligationem non auferꝛ; ſed tantum interpretatur,pro illo tunc votum non debere obſeruari; vnde impedimento ſublato,obligatio adeſt : & quamuis diſpenſatio quandoque ad tempus fiat,tñ exercetur circa illa quæ difficilia ad obſeruandū effecta ſunt, vt peregrinatio claudo,aut aliquantulū nociua,vt ieiunium imbecilli,aut inutilia,vt lampadem nutrire in capella diruta,aut maioris boni impeditiua, vt ieiunium cōcionatori,aut denique impoſſibilia, vt eleemoſyna pauperi effecto. Itaque hæc non ſufficiunt,vt vouens,propria auctoritate votū relinquere poſſit,donec huiuſmodi impedimenta adfuerint,non.n.ſunt contra naturalem rationem, ſed faciunt , vt Prælatus poſſit legitimè ſuper eis diſpenſare , aut pro ſemper,aut ad tempus, prout impedimenta erūt,aut perpetua,aut ad tempus: cum autem homo inciderit in caſum talem,quòd ſi non comederit carnes tempore,quo opus eſt,deficeret: ratio naturalis dictat,vt ieiunium poſtponatur , ſine alterius decreto, quouſq; neceſsitas perdurauerit:& dum nummis exhauſtus & egenus pro aliquo breui tēpore inuenitur, vt nō poſsit quaſdam eleemoſynas

moſynas egenti porrigere, vel carceratus, aut pedib. malè diſpoſitus, vel arduis negotiis intricatus, ut non poſsit illo tpe peregrinationē implere; non oportet, vt illud breue tempus expectet, diſpenſationem quærere ratio enim naturalis ita eum excuſat, vt non imputetur ad peccatum, dummodo tranſactis talibus impedimentis, ſtatim debito ſatisfaciat.

Differt commutatio a redemptione, nam commutare poſſumus in quodcumque bonum, dummodo illud, in quod commutamus, ſit vtile, & Deo gratum; ſed redemptio, & ſi quædam permutatio eſt, tamen non niſi in pecunia, aut alio pecuniæ ęſtimabili efficitur.

In Irritatione requiritur ſola poteſtas ſuper materia Voti, vt poſsit annullari, abſque cauſa aliqua, vt dictum eſt ſupra: nemo enim poteſt promittere alij quod eſt in poſſe meo, me inuito, ideo, dum promittitur, ad me attinet conſentire, aut diſſentire, hoc eſt votum confirmare, aut annullare.

In diſpenſatione autem requiritur poteſtas, & cauſa rationabilis, iuxta illud Pauli 2. Corin. 2. nam & ego quod donaui, ſi quid donaui propter vos in perſona Chriſti, vbi ait, propter vos, cauſam deſignauit, vbi autē ſubdit in perſona Chriſti, auctoritatem diſpenſandi demonſtrauit, & hoc rationabiliter: nam dum homo fidem ſuam Deo donauit, non debet eius Vicarius promiſſum ſine cauſa, & Eccleſiæ vtilitate relaxare.

Quis habeat poteſtatē diſpēſandi.

Vnde ait Syluester, non omne Votum eſſe diſpenſabile, prout omne Votum eſt commutabile in aliquod pium, non enim omnes vouentes habēt ſufficientem cauſſam Voto repugnantem, vt requiritur in diſpenſatione.

Sequitur qui ſint qui hanc poteſtatem diſpenſandi, & commutandi habeāt in Eccleſia? Dicitur Papa in toto orbe poteſtatem habet ſuper omnia Vota, Epiſcopus in ſua Diœceſi habet poteſtatem ſuper omnia vota ſimplicia ſuorū ſubditorum, pręter ea quæ reſeruantur à Papa, quę de iure ſunt quinque, videlicet, uotum Religionis, Votum caſtitatis perpetuæ; ex quo infertur, Votum caſtitatis, ad tempus, non eſſe reſeruatum, vt ait Sot. Votum peregrinationis Hieroſolymitanę, Romanę, & Compoſtellę. Hęc facultas in Archiepiſcopo, non extenditur ad Suffraganeos. Prælati monachorum, vt Generales, Prouinciales,

Nota.

Miniſtri, ac etiam Abbates, & Præfecti conuentuales, eandem poteſtatem habent circa ſuos ſubditos. Sed inferiores ſacerdotes nullatenus ſuper voto diſpenſare poſſunt, nec etiam Parochi curati, quia non habent iuriſdictionem, niſi quatenus huiuſmodi à ſuo prælato habeant, vel virtute alicuius iubilei detur poteſtas omnibus confeſſariis approbatis à ſuis ordinariis, vel virtute alicuius priuilegij, ſeu diplomatis concesſi alicui priuatę perſonę. Et in his caſibus aduertendum eſt, vt tam ipſi quam Prælati ſint fideles, & prudentes diſpēſatores miniſteriorum Dei; vnde D. T. vbi ſupra ait, ꝙ prælati, & confeſſarij in diſpenſando, commutando, & redimendo gerunt vicem Dei, cuius cauſam agunt inter eum, & perſonam vouentem; & ideo contractus debent eſſe fideles & reales Et primo in diſpenſando ſint parci; diſpenſare enim ſine magna neceſſitate culpa non caret. Neceſſitas in diſpenſatione, ait ipſe, debet eſſe cauſa obſtans. Vbi notandum ꝙ cauſa obſtans tripliciter eſſe poteſt, vel ex parte materiæ Voti, quando, ſ. illud, quod Voto promiſſum eſt, redditur illicitum, vel inutile, & ſi redditur illicitum, tunc eius malitia obſtat, ne votum obſeruetur, nā melius eſt illud non obſeruare, & tunc rationabilis eſt diſpenſatio.

Nota.

Cauſa diſpenſandi quæ obſtat ex parte materiæ.

Exemplum, quidam vxore orbatus vouit non amplius vxorem ducere, vnde ex complexione ſanguinea, & libidini expoſita, non ſolum patiebatur difficultatem, ſed & impoſſibilitatem patiendi continentiam, ac etiam propter retentionem ſeminis iudicio medici, dubitatur de ſalute, quæ inconuenientia reddunt votum illicitum: Et ſi redditur inutile, illa inutilitas quodammodo obſtat, nam

opus

opus uanum,& inutile non eſt Deo gratum,tamen non eſt ſufficiens cauſa diſpenſandi,quia non eſt maius bonum illud non obſeruare,vt requiritur ad diſpenſationem; & tunc poteſt commutari in aliquod opus remiſſius, vt ſit partim diſpenſatio propter obſtaculum inutilitatis, & partim commutatio propter minus bonum in quod commutatur. Exemplum, quidam uouit nutrire lampadem accenſum ante imaginem virginis in quadam capella,poſtea illa diruta votum iam factum eſt inutile,propter quam inutilitatem vouens abſoluitur ab obligatione,iniungendo ei aliquam eleemoſynam. Vel cauſa obſtans poteſt eſſe ex parte vouentis,quando ſcilicet ob debilitatem, aut infirmitatem, non poteſt illud implere:puta uouerat pedeſter peregrinari, effectus eſt podagricus,vel pede debilitatus,ex quo non poteſt uotum implere,tunc licitè cum eo diſpēſari poteſt:aut uouerat certis diebus hebdomadæ ieiunare, aut carnes non edere:effectus eſt imbecillis,& nō poteſt votum obſeruare, & ſi infirmitas non eſt tanta, poteſt partim cōmutari in minus,& partim diſpenſari,ut dictū eſt ſuprà;& tanta pōt eſſe infirmitas & adeo incurabilis,vt iuſtè cum eo diſpēſetur, abſoluendo eum ab omni vinculo.Vel cauſa obſtans poteſt eſſe impedimentum maioris boni:puta,uouit ieiunare, & poſtea occurrit occaſio, & neceſſitas prędicandi, aut legendi, ex quibus maius bonū oritur in Eccleſia, tūc quia hoc bonum, quod eſt maius,obſtat voto, iuſtè, & rationabiliter cum eo diſpenſari poteſt. Si autem bonum aliquod obſtans voto, cederet in utilitatem propriam,& non communem,non eſſet maius bonum,& per conſequens non eſſet cauſa ſufficiens ad diſpenſandum,ſed partim diſpenſandum, & partim commutandum eſt.

Cauſa obſtās ex parte venientis.

Cauſa obſtās impedimentum maioris boni.

In pura commutatione requiritur Eccleſię auctoritas,non tamen cauſa repugnās,ſed ſufficit,vt aliquo charitatis zelo fiat,ideſt,vt illud in quod fit cōmutatio,ſit maius bonū,& materia iuuās magis animā,vel eccleſię magis vtilis,aliàs ait Richardus in 3.diſt.38.eſſet potius contra charitatem. Et ſi fortè cōmutatio fieret in minus bonū,non uocaretur pura cōmutatio,ſed partim cōmutatio, & partim diſpenſatio,hoc.n.modo,aliquid relaxatur de prima obligatione,quod fieri non poteſt ſine aliqua cauſa voto repugnare,quæ cum non ſit ſufficiens, ad diſpenſandum,ideſt in totum relaxandum,ſit vt partim diſpenſetur,aliquid relaxando,& partim commutetur,aliquid aliud loco primi iniungendo.

In Redemptione ſemper requiritur aliqualis cauſſa,& non ſufficit dicere,votum feci viſitandi ędes Diuę Marię de Loreto, nunc autem propter laborem adire diſplicet,vt liberarer,aliquid ſoluere vellem.

Primo quæritur,an ille,cum quo ſine cauſſa diſpenſatur, remaneat tutus in conſcientia?Ad hoc dicitur in omni lege,circa ea,quæ ſunt iuris poſitui,ſuperior, diſpenſare pōt etſi peccet,ſine cauſſa diſpēſando,tamē diſpenſatio tenet. Sed in his,quę ſunt iuris Diuini,vt eſt votū,& iuramentum,non ſolum peccat diſpenſans ſine cauſſa,ſaltem apparenti,ſed etiam qui diſpenſationē procurat, & diſpenſatus non remanet tutus in conſcientia, ait D.T. 2 2.q 88.art.12. ad ſecundum argumentum; Sotus lib.1.de iuſt.& iure,q.7.art.3 & lib.7 q.4.ar.3. *1. Dubium.*

Primo quęritur,an difficultas implendi votū ſit cauſa ſufficiens diſpenſandi & cōmutandi?Reſpondet,ſi difficultas eſt in re ipſa voto promiſſa, puta aliqs vouit imprudenter longū ieiuniū in pane, & aqua,vel peregrinationem longā pedeſtrem, & ſimilia,quæ debilitate complexionis, vel tēporis indiſpoſitione, vel alio incidenti ſupraueniente,implere nō poteſt,tunc cauſa hæc idonea,& ſufficiens eſt,aut difficultas prouenit ex prauo habitu, & iniqua conſuetudine abſtinēdi,& hoc modo non eſt legitima cauſa diſpēſandi,& maximè ſi illa difficultas fuit cauſa vouendi, puta aliquis videns ſe eſſe pronum ad crapulam, & ebrietatem, propter quæ vouit ieiunare, & aliquando abſtinere à vino, *2. Dubium.*

Digitized by Google

dum poſtea hæc facit cum magna difficultate, difficultas iſta non poteſt eſſe cauſa diſpenſandi. poſſet tamen in melius commutari. Circa redemptionem eſt etiam aduertendum, quod quando fit redemptio, redimatur pretio iuſto, ſecundum æqualitatem iuſtitiæ ad iudicium boni viri, nam commutatio, & redemptio ſunt quidam contractus, in quibus prælatus, vel confeſſarius ſe habet vice Dei, uel œconomi, ideo quando tranſigunt, ait D. Tho. quo ſupra, debet fideliter Dei cauſam agere, puta: obligatus ex uoto adire S. Mariam de Loreto, impeditus ire propter incommoditatem, quia habet familiam onerosam, & eam relinquere non poteſt ſine notabili nocumento, vel propter aliud ſimile, præcipitur, ut ſoluat tantum pro Deo, quantum expenſurus erat in itinere, & pro labore ieiunet, aut aliud ſimile faciat, vt habetur in cap. Magnæ, de uoto, & uoti redempt.

Redemptio quomodo fieri debeat.

3. Dubium. Richardus.

Quęritur denique, pro complemento huius cap. an in ſimplici, & mera commutatione, ſemper requiratur ſuperioris auctoritas? Ad hoc dicuntur multa Richardus in 4. diſt. 38. art. 8. q. 1 reſpondet indiſtinctè; ſcilicet non dari caſum, in quo quis auctoritate propria poſſit uotum commutare; etiam ſi fiat in melius, quia nemo debet eſſe iudex in ſua cauſſa; & ſi uideatur, uotũ temporale cõmutari in perpetuam obſeruantiam Religionis ſiue ſuperioris auctoritate, hoc fit auctoritate iuris, & non vouentis: ut notatur in cap. ſcripturæ, de uoto. Syluest. Verbo votũ, 4. § 6. eãdem ſequitur ſententiam, niſi quod limitat in caſu ingreſſus Religionis, & pro ſua opinione allegat textum in c. primo, de uoto, & uoti redemptione. l. 2. ff. ſi cer. peta: Inſtitut. quibus modis tollitur obligatio; ubi nõ liberatur ſoluens rẽ meliorem, niſi ſoluat, quod debet. Io. Andreas & Goffred. aiunt, ſi primum votum fuerit noxium, & ſecũdum utile, licebit illud cõmutare propria auctoritate, & quamuis hoc ſit verum, imò neceſſarium, ſi non vult de eo petere diſpenſationem, quia ratione noxæ eſt de ſe diſpenſabile; tamen ſi primum votum eſſet bonum nũquid in melius commutari poſſit, propria auctoritate, nõ dicũt, quod eſt neruus queſtionis D. Anania (referente Panormitano in c. peruenit, de iureiurãdo) diſtinguendo, dicit; ſi id, in quod mutatur uotum, dubitatur, an ſit maius bonum, non poteſt ſine facultate ſuperioris cõmutari, ſi autem conſtat eſſe maius bonum, & vtrumque operari poteſt promittẽdo ſecundum, utrunque adimpleat, & ſi non eſt promiſſum, non poteſt in illud cõmutari primũ propria auctoritate: ſi uerò ambo ſunt incompatibilia, uolens permutare, tutius eſſet licentiam petere, & non petendo, poteſt adhuc ſua ſpõte illud facere: quam ſententiam, et ſi Panormitanus, ut pulchram laudat; dicit tamen, Ananiam non ſufficienter illam probare; nam textus, quos pro ſe adducit, non probant intentum. Summa Angelica adiungit, ſi uotum erit in melius cõmutandũ, petatur licentia, qua nõ obtenta, faciat ſua auctoritate. Sotus lib. 7. de iuſt. & iure, q. 4. art. 3. ſic diſtinguit; ſi id, in quod vult mutare materiam uoti, erit ęquale, aut dubitatur, ſit ne melius, an non; neceſſario requiritur auctoritas ſuperioris, ſin autem manifeſtè apparet eſſe melius, & Deo acceptius, non eſſe neceſſariã ſuperioris auctoritatẽ, ait, ſed ſua ſpõtè illud mutare poteſt: pro hoc allegat textum in c. peruenit, il ſecundo, extra de iure iuran. ubi dicitur propoſitum, aut promiſſum non infringere, qui in melius illud commutat. Itẽ in c. ſcripturæ de uoto dicitur, quod omne votũ ſimplex in ſeculo factũ, põt cõmutari in votum Religionis ſine auctoritate ſuperioris: probat hãc opinionẽ, et ratione, cum n. obligatio voti non ſit aliud, quam reddere, quod promiſſum eſt: dũ aut perſoluitur per id, quod eſt melius, & creditori acceptius, & gratius, cumulatior ſit ſolutio; cũ ergo Deus ſuo ineffabili iudicio omnia ponderet; cõſtat, ut quo res ſint meliores, & utiliores, eo gratiores habeat, & cũ hoc mõ ſolutio cumulatior fiat, nõ opus eſt licẽtia ſuperioris; nã ſuperior pro Deo, ad hoc interue-

Syluester.

Ioan. Andr. & Goffr.

Anania.

Angelus. Sotus.

Digitized by Google

interuenit,eius cauſſam agens,ait D.Tho.ut non fiat deceptio in ſoluendo,aut fraus in cõmutando, quod in hoc caſu non opus eſt. Accipe exemplũ ad confirmãdum rẽ:qui uouit dare ouẽ,& dedit bouẽ,aut calicem argentũ,dando aureũ non ne cumulatius ſatisfecit?imò ſi procuratores Eccleſiæ hoc contẽpſerit,infideliter,& imprudenter agerẽt,ait Sotus;Abbas loco citatio,credit hoc nõ poſſe fieri ſic indiſtinctè,ſed tantum in caſu,quo tẽporale obſequium permutaretur in ſeruitiũ perpetuæ Religionis,quod cum fiat,potius fauore Religionis,& iuris decreto,ut ait Richardus,quam auctoritate vouentis;ideo omnes allegãtes hũc tex.in c.ſcripturę;ubi hoc inſinuatur,nihil concludunt,pro parte affirmatiua dubij. Et quia opinio Soti uidetur aliquantulum periculoſa,concludẽs affirmatiuè indiſtinctè;propterea ſubtilius,& cautius inſiſtendum eſt,circa reſolutionem dubij moti. Vbi aduertendũ eſt, quòd & liceat uouenti mutare materiã uoti in melius,vt ratio Soti probat,non tamen ſic indiſtinctè intelligendũ puto,ut ipſe uult,ſed in aliquibus caſibus.Pro cuius rei dilucidatione plura ſunt obſeruanda,& primo,quod materia,in quam mutatur uotum,non ſit alterius generis à prima. Secũdo,aut fiat aliquo fine fauente primo voto. Vel tertio ob aliquam occurrentem utilitatem Eccleſiæ,& neceſſarium augmentum Religionis,& cultus Dei,& non ſufficit,quòd ſit abſolutè melius,nã,etſi inter opera meritoria oratio primũ locum obtineat, qui mutaſſet uotũ ieiunij in orationẽ,non per hoc,quia oratio eſt melior materia uoti,ſua auctoritate hoc facere poſſet,eſt.n.materia à prima diuerſa,nec habet finem cõuenientẽ primo uoto, nec utilitatem neceſſariam ad id faciendum mouentem ; niſi ſolum auctionẽ cultus Diuini,quod nõ ſufficit, & qui pro oue,uel paramento altaris calicẽ donaſſet argenteum,(ut ait Sotus)quia calix plus ualet, nõ propterea hoc facere poſſet ſua ſpontè,primo uoto ſatisfaciẽdo ſine alia neceſſitate urgenti,aut aliqua alia cauſa ad hoc mouẽte;quod.n.eſt abſolutè melius,nõ eſt abſolutè Deo acceptius;cum bonorum noſtrorum non indigeat,ſed quod ad aliquẽ meliorẽ finem,aut utilitatem refertur.Nec procurator Dei,ſcilicet Eccleſiæ rector,diceretur infideliter agere talia non acceptando,hoc.n.accidit ſolũ hominibus,qui auiditate auaritię,ut plurimum quod abſolutè melius eſt,capiunt.Caſus autẽ, in quibus hoc liceret,ſunt iſti,qui feciſſet uotũ ieiunandi ſingulis hebdomadibus feria ſexta, ut carnem maceraret, loquendo de ieiunio ordinario, ſcilicet una refectione,uidens ob hoc carnem non reprimi, illud mutaſſet in panis, & aquæ, ut caro mortificaretur, non eſſet neceſſe pro hac mutatione licentiam petere,quia materia in quam mutatur prima,eſt eiuſdem generis, & ad eundem finem relata, remanente eadem obligatione, ut prius. Item,qui uouiſſet ſeruire uni hoſpitali paruo,qui parum,aut nihil indigeret ſuo ſeruitio,mutando propoſitum, de inſeruiendo alij hoſpitali maiori, & magis populoſo, ob maiorem neceſſitatem ſeruitij,& augmentum charitatis,ſtante materia eiuſdẽ generis, & cauſa utiliori, & magis neceſſaria, quis diceret, hoc Deum gratiſſimum non habere? qui uouiſſet dicere miſſam legẽdam, & poſtea illam caneret, quis dubitaret non potuiſſe facere hoc, cum augeatur cultus Dei, in eadem materia?qui uouiſſet faceret pannum altaris in capella, quæ parum eo indigeret,& ueſtimẽto pro miſſa celebrãda,valde opus haberet,mutãdo pãnũ in veſtimentum maioris ualoris,& neceſſitatis in illa capella, cum ſint res ad idem ſeruitiũ pertinentes, nõne faceret rem Deo magis acceptam? Nec ſequitur per hoc, ut qui uouiſſet viſitare vnam Eccleſiam, poſſet de ſe pro ea aliam viſitare longioris itineris:quia, etſi materia, in quam mutatur ſit eiuſdem generis,non tamen remanet eadem intentio; aut mouet aliqua neceſſitas,aut ſequitur aliqua cõis utilitas, quãuis ſit maior labor.Qui promiſiſſet facere caput de cera,& poſtea illud feciſſet de argento,nõ opus eſſet licentia Pręlati, cũ ſit

Abbas.

Auctor.

Digitized by Google

eadem materia voti, & ſi non eadem rei, de qua fit votum, non tamen poſſet fieri econtra; quia eſſet peccatum auaritiæ; qui enim promiſiſſet caput argenteum, non ſolum cogitaret de materia Voti, ſed de valore; quod mutare in minus non poſſet. Qui voueret diſpenſare pauperibus triginta aureos, & poſtea occurreret occaſio dandi eos in dotem puellæ cuidam, cuius honor aliàs periclitaretur, hęc vrgens neceſſitas, & maior charitas faceret mutationem, de eadem materia in finem eiuſdem generis eſſe licitam ob maius obſequium Deo prędtitum; & ſic de ſimilibus iudicarem. Nec iura in contrarium adducta, faciunt contra nos: quod enim dicit Richardus, nemo debet eſſe iudex in ſua cauſa, ratio eſt, quia affectio poſſet eum decipere; ſed quando ſumus in claris, vt in noſtro propoſito, non militat. Ad illa, quę allegat Sylueſter, dicitur, quod leges illę intelliguntur, mutationem fieri non poſſe inuito creditore; quamuis enim ſoluatur quandoque melius abſolutè; non tamen erit melius creditori, vel propter commoditatē, vel propter affectionem in illa re, vel denique propter aliquid aliud; quæ rationes in Deo locum non habent: Deus enim illud magis acceptat, quod eſt maius bonum, eo modo, quo dictum eſt. Ad illud Soti, quod facit pro alio extremo, dicitur; quòd illa mutatio in melius, licita erit ex iuſta cauſa, vt dictum eſt; ſicut etiam periurare non dicitur, qui ex iuſta cauſa iuramentum deſerit, vt notat ibi Gloſſa, & ſic non concluditur, quòd fieri poſſit indiſtinctè mutatio in melius, vt ipſe intelligit. Et cum noſtra ſententia ſit magis tuta, quàm illa Ananiæ, Soti, & Panormitani, magiſque rationabilis, quàm illa Sylueſtri, & Richardi, ideo eſt magis amplectenda.

SVM-

SVMMARIVM MATERIERVM.

Quæ continentur in hoc decimo capitulo circa Excommunicationem.

1 *OStenditur, quæ, & quantę ſunt cenſuræ, & pœnæ canonicę, & à quo inſtitutę ſint.*

2 *Ponitur differentia inter cenſuram, & pęnam, declarando quod eſt cenſura eccleſiaſtica.*

3 *Proponitur intentio eorum, quæ in hoc capitulo tractanda ſunt circa excommunicationem.*

4 *Ponitur quotuplex ſit excommunicatio, & differentia inter excommunicationem à iure, & ab homine.*

5 *Declaratur definitio excommunicationis maioris, cum quadam ſimilitudine corporis naturalis applicata corpori myſtico eccleſiæ, & quos effectus ipſa producat excommunicato.*

6 *Definitur excommunicatio minor: recitantur differentiæ inter minorē, & maiorem, & quis à minore abſoluere poſſit.*

7 *Declaratur quibus caſibus minor incurratur, cum determinatione Concil. Conſtantienſis.*

8 *Narratur quibus actibus teneamur excommunicatos euitare, vt in minorem non incidamus.*

9 *Declaratur qui non incurrant minorem practicando cum excommunicatis.*

10 *Dicitur quando practicando cum excommunicato peccetur mortaliter.*

11 *Quando practicando cum excommunicato incurratur etiam maior excommunicatio.*

12 *Docetur quomodo excommunicatio ab homine poſſit eſſe triplex, ſcilicet iuſta, & valida: iniuſta, & valida: iniuſta, & inualida, & omnium ponuntur caſus.*

13 *Declaratur quando excommunicatio eſt ſententia lata, & quando eſt comminatoria.*

14 *Manifeſtatur auctoris intentio.*

15 *Ponuntur caſus, in quibus incurritur excommunicatio Papæ reſeruata; primo declaratur per ſingula verba Canon ille, Si quis ſuadente Diabolo.* 17.q.4.

16 *Ponuntur excommunicationes à quibus Epiſcopi abſoluere poſſint.*

17 *Ponuntur excommunicationes ex Sacro Conc. Trid. collectæ.*

Ponun-

18 *Ponuntur excommunicationes Extrauagantium multorum ſummorũ Pontificum, quæ non ſunt in corpore iuris Canonici.*

19 *Docetur ꝙ pro veniali peccato non incurritur maior excõmunicatio.*

20 *Docetur qui poſſint excommunicari.*

21 *Docetur quis poſſit ab excommunicatione abſoluere, & quando ſit reſeruata, quando non.*

22 *Notatur vnum excommunicatum non poſſe alium abſoluere.*

23 *Quæ obſeruare debeat ſimplex ſacerdos dum abſoluit aliquem in mortis articulo.*

24 *Si quis moriatur antequam abſoluatur, quid faciendum ſit.*

25 *Declaratur quando ſit articulus mortis.*

26 *Notatur quando aliquis excommunicatus eſt propter damnum datũ, non poſſe abſolui, etiam virtute cuiuſcunque iubilei, niſi prius ſatisfaciat parti læſæ.*

27 *Et illos, qui per antea ſe abſoluere fecerunt ab excommunicatione incurſa ob damnum datum, ſi non ſatisfecerunt, non eſſe abſolutos virtute iubilei, declarant Pius V. & Greg. XIII.*

28 *Declaratur quæ dicatur pars læſa in hoc caſu.*

29 *Declaratur ꝙ excommunicatus à iudice pro aliquo graui delicto, non intelligatur abſolutus ab excommunicatione, ſi peccatum non reliquit omnino.*

30 *Docetur ꝙ excommunicatus propter unam cauſam poſſit de nouo excommunicari propter aliam cauſam, vel eandem, reiterando illam, & ſi abſoluitur ab vna, non intelligitur abſolutus ab alijs, niſi abſoluens intendat ab omnibus abſoluere.*

CAPITVLVM DECIMVM

De Cenſuris: 1

Pœna unde dicatur.

POENAE Canonicæ ſunt ſex, ſcilicet Excommunicatio, Suſpẽſio, Interdictum, Irregularitas, Depoſitio, & Degradatio & hæ quantum attinet ad noſtrum propoſitum, cum ſint multo plures pœnæ iure Canonico inuentæ, ut notat Hoſtienſis in Summa de pœnis. §. quot ſunt ſpecies, nũ 3. Dicuntur pœnæ, quia infliguntur ab eccleſia in pœnam certorum peccatorum, ideo enim fuerunt inuentæ, vt formidine pœnæ ſaltem homines à malo abſtineant. cap. fœlicis, de pœnis in 6. Dicuntur eccleſiaſticæ, ſeu canonicæ, eo quod ab eccleſia ſunt repertæ, vt per multos canones patet, præter excommunicationem, quæ quantum ad poteſtatem utendi illa, tradita eſt eccleſiæ à Chriſto Domino Matth. 18. vbi ait ſi eccleſiam non audiuerit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus, & ſubdit, tamen dico vobis, quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo, qua auctoritate vſus eſt Paulus 1. Corin. 5. quamuis quantum

ad for-

Digitized by Google

ad formam,& effectus eius,ſcilicet ſeparationem ſacramentorum,& ſuffragiorum,vt dicetur infrà,non inueniatur expreſsè poſita in Euangelio.Sed eccleſia hanc poteſtatem ſibi diuinitus conceſſam,ſic eſt interpretata, vnde eſt de iure Diuino,vt bene ait Sotus in 4.Sent.diſt.22 q.1.ar.1. Differunt cenſura, & pœna, nam omnis cenſura eſt correctio eccleſiaſtica, quatenus per eam corriguntur quædam peccata. Appellatione cenſuræ eccleſiaſticæ veniunt tria tantum, ſcilicet,Excommunicatio,Suſpenſio,& Interdictum.tex eſt in c.quærenti, de verb.ſign.Vnde aberrant,qui dum legunt in iubileis plenariis (poſſint abſolui ab omnibus cenſuris)intelligunt etiam ab irregularitate,nam Irregularitas nō eſt cenſura,ſed pœna canonica,vt dicetur infrà, nec abſoluitur, ſed diſpenſatur, per argum.d.cap.quærenti,de verb.ſign De quibus dicemus per ordinem, quantum requi it munus confeſſarij. *Cēſura quid.*

De Excommunicatione.

QVamuis tractatus de excommunicatione magnum ſtudium, & longam narrationem requirat, tamen quantum ad confeſſarios ſpectat, notitia neceſſaria,& ſufficiens in quattuor breuiter conſiſtit,ſcilicet ſcire in quibus caſibus excommunicatus peccet ſe ingerendo propter excommunicationem incurſam. Vbi dicetur de eius ſubſtantia, & quidditate,& de eius effectibus,ideſt quos effectus operetur in excommunicato.Secundo quibus caſibus contingat alios peccare ex occaſione participandi cum excommunicatis,& quando mortaliter, & quando venialiter peccant, ac denique quam excommunicationem incurrant participando. Tertio in quibus caſibus, ſeu per quas actiones excommunicatio incurratur, & ad quas perſonas extendatur. Quarto, & vltimo quando reſeruetur, & quando non, & cui reſeruetur, ut poſſint diſcerni, qui ab hoc, qui ab illo ſint abſoluendi.

4 Quantum ad primum eſt notandum,quòd excommunicatio eſt duplex,ſcilicet maior, & minor. & maior quoque duplex eſt, ſ. generalis, & ſpecialis, & generalis duplex, ſcilicet lata à iure, & lata ab homine. *Excommunicatio duplex.*

Excommunicatio a iure lata eſt, quando Canon generaliter ſtatuit excommunicationem in illum, qui hoc, vel illud fecerit. *Excōicatio à iure.*

Excommunicatio ab homine lata eſt, quam iudex generaliter fert in eum, qui hoc,vel illud fecerit,vel non præcipiendo aliquid, vel prohibendo. *Excōicatio ab homine.*

Inter hęc duo eſt magnum diſcrimen, nam excommunicatio lata ab homine,eo mortuo,vel ab officio ceſſante,expirat,hoc eſt,non ligat eos,qui contra faciunt poſt mortem iudicis,aut ceſſationem ab officio: ſed lata à iure ſemper ligat contrauenientes. Exemplum;Caſus reſeruati in Bulla cęnæ Domini,temporibus præteritis erant excommunicationes latę ab homine,quia ſede vacante,non ligabant contrauenientes,quia expirabant tunc temporis,ſed nunc dicuntur eſſe latæ à iure, quia per nouam conſtitutionem Greg XIII. Pontificis Maximi,etiam Sede vacante non expirāt,vt eſt videre in fine litterarū proceſſus ſui lectarū in die cœnæ Domini ſub anno Domini 1576.Præterea,eſt aliud diſcrimen. Excommunicatum ab homine ipſe ſolus qui eam tulit poteſt abſoluere,aut eius ſucceſſor,aut ſuperior,aut delegatus,(niſi excommunicatio pronunciata ab inferiori ſit poſtea à Papa confirmata, tunc inferior qui eam tulit, non poteſt abſoluere)excommunicatum à iure non reſeruato Papæ,vel alteri, poteſt abſoluere ſuus ordinarius. Exemplum, Clericus forenſis reſidens Neapoli faciens contra ſtatutum Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Neapolitani, in quo *Diſcrimen.*

eſt

Digitized by Google

eſt annexa excommunicatio,non poteſt adire patriam ſuam, vt abſolnatur à ſuo ordinario, quia nullus alius poteſt eum abſoluere,niſi idem Archiepiſcopus,vel eius ſuperior, ſed ſi deliquit ibidem contra Canonem, rediens domũ, poteſt abſolui à ſuo prælato.

5 *Definitio.* Excommunicatio maior eſt cenſura ſeparans à qualibet communione licita fidelium, & actu legitimo, 11.q.3. §.euidenter.

Fidelium communio triplex. Et pro eius declaratione,& intelligentia eſt aduertendum ſecundum D.Th. in 4.Sent triplicem eſſe fidelium communionem. Prima eſt in participatione ſacramentorum actiua, & paſſiua. Secunda eſt in bonorum ſpiritualium, & Eccleſiæ ſuffragiorum participatione. Tertia eſt in conuerſatione hominum, & actibus legitimis corporalibus. Ab omnibus iſtis ſeparat excommunicatio maior.

Sed quantum malum ſit hoc oppoſita iuxta ſe ponendo, cognoſcetur; pro qua re notandum eſt,quod omnes fideles efficiunt vnum corpus myſticum cuius caput Chriſtus eſt, ut ait Paulus: Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam. Et ſicut omnia membra recipiunt influentiam à ſuo capite, ita omnes fideles,qui ſunt in corpore Eccleſiæ,recipiunt influentiam gratiarum,& donorum à Chriſto capite: de quo dicitur Ioan.1.de plenitudine eius omnes accepimus, & ſicut membra habent quandam colligantiam ad inuicem,vt vnum adiuuetur per aliud,cum ſint multa & diuerſa,& non eundem actum habeant,ita fideles per quandam communicantiam, & vinculum Charitatis ſe adiuuant quibuſdam auxilijs ſpiritualibus,cum ſint diuerſi gradus in eccleſia,& diuerſa gratiarum dona,donata diuerſis, vnde ſicut membra communicant in capite à quo recipiunt,& ad inuicem prout alterum alteri confert,ita omnes Chriſti fideles in unitate ſpiritus communicant non ſolum in donis & gratijs gratum facientibus,quibus efficiuntur Deiformes, & gratis datis, quæ principaliter datæ ſunt ad utilitatem communem in ædificationem eccleſiæ, à Chriſto Domino, ſed etiam in bonis ſpiritualibus, quæ fiunt ab ipſis fidelibus in Caritate formatis, quibus unus ab alio iuuatur, iuxta Pſal. particeps ſum ego omnium timentium te,ita ut quicquid Sanctarum operationum in eccleſia fit,intelligatur eſſe factum commune timentibus Deum per vinculum Charitatis, quæ nõ quærit quę ſua ſunt, deſpectis aliis. Vnde Ambroſius ſuper illud, paulò ante citatum, dicebat, ideo Chriſtus docens nos orare propoſuit, vt tali forma oremus,ſcilicet,panem noſtrum,& non meum,da nobis,& non mihi: quia in noſtris orationibus non debemus excludere eos, qui ſunt nobis charitate coniuncti. In hanc communionem admittimur,dum per ſanctum baptiſmum efficimur eccleſiæ membra, in qua nutrimur, & fouemur. Hæc dona quibus in eccleſia participamus, ſunt in multiplici differentia. Quędam ſunt in quibus per ſe ſpiritualis vita conſiſtit,vt gratia, Fides, Spes, Charitas, & aliæ virtutes, quæ gratia,& Charitate informantur: & hęc ſolum pendent ex Deo, & ipſo homine: ex Deo in quantum ipſe ſolus illa confert, ex homine inquantum ipſis utitur dum vult,quocirca non indigent eccleſiæ applicatione,neque eccleſia poteſt illa ab homine auferre,ſed ipſe homo per ſe ſolum peccando perdere poteſt. Quædam alia ſunt accidentalia,quibus homo ad ipſam gratiam, & Charitatem adipiſcendam,& conſeruandam,vel augendam adiuuatur, & hæc multiplicia ſunt,inter quę primo ſunt participatio ſacramentorum, deinde meritorum communio,quibus adiuuantur fideles,dum vnus meretur pro alio,nõ ſolum diſpenſatione eccleſiæ,dum ſuperabundantia merita unius alteri applicat,aut dum unus ſatisfacit pro alio, ſed etiam dũ Deus per merita unius iuſti audit libentius orationes aliorum,aut ob gratiã unius, grati efficiuntur & alii iuxta illud Gene.18.dum Deus Abrahæ dicebat, ſi fuiſſent ſaltem decem iuſti

Epiſt.1.

Digitized by Google

in Sodoma,toti ciuitati peperciſſet,& denique ſunt orationes, & ſuffragia cō munia eccleſię,quibus ipſa pia mater filios adiuuat. Et quamuis hæc dona ſpiritualia non guſtent niſi homines Charitate formati,& Deo cari,qui ſunt mēbra viua huius corporis myſtici,tamen ſcelerati homines in peccato exiſtentes tanquam membra huius corporis myſtici,licet mortua,adhuc opitulantur ſuffragiis,& orationibus eccleſię, vt gratiam per ipſam recuperent, & à peccato exeant,quamuis non guſtent dulcedinem fructuum meritorum,quibus fruuntur iuſti,& piè viuentes. Sed excommunicati excommunicatione maiori, tanquam membra præciſa, & inutilia,nullam influentiam à capite habent, nullū iuuamentum à cæteris membris participant, priuanturque omnibus ſupradictis. Et primò,tali cenſura ligatus non poteſt ſuſcipere quodcunque ſacramentum ſine peccato mortali, nec effectum vltimatum ſuſcipit,licet aliqua ſuſcepta teneant, vt matrimonium,& ea, quæ infigunt caracterem, & hæc intellige quoad participationem paſſiuam: ſed dubium eſt de ſacramento pœnitentiæ, ſcilicet an excommunicatus antequam abſoluatur ab Excommunicatione, ſi abſoluitur à peccatis, abſolutio teneat? De hoc vide ſupra in cap. quibus cauſis ſit reiteranda confeſſio. Quantum autem ad participationem actiuam, ideſt adminiſtrationem ſacramentorum, clerici priuantur adminiſtratione eorumdem, ita vt non ſolum peccent mortaliter adminiſtrando, ſed in aliquibus incurrunt irregularitatem, vt miſſam celebrare, ſolenniter baptizare, ac etiam exercendo actum alicuius ordinis, vt infrà cap. de Irregularitate,& de confeſſario excommunicato,qui audit confeſſiones, vide in capite, quibus cauſis ſit reiter. confeſ. Secundo priuatur fructu orationum,& ſuffragiorum, quæ fiunt in Eccleſia,& meritorum,quę per eam diſpenſantur,nec vllus poteſt orare pro excommunicato in forma Eccleſiæ, cum illa in nullo intendit eis ſubuenire, & ideo excludit eos à ſua oratione: quamuis priuatim in particulari poſsit, ſecundum omnes, vt reſipiſcant, & ad gremium reuertantur. Nec poteſt cum aliis intereſſe diuinis officiis,aut miſſam audire, aut cum aliis orare in Eccleſia,vel extra,ſine peccato mortali: poteſt tamen prædicationem audire,eaq; finita ſtatim exire.

Dubium neceſſarium.

Et ideo Excommunicatio dicitur malum pœnæ, ideſt priuatio vtiliſsimę cōmunionis Eccleſiæ, quia eſt effectus peccati, ideſt fertur ab Eccleſia in pęnam peccati mortalis,nunquam enim fulminatur niſi pro peccato mortali; vnde nō eſt dicendum cum Magiſtro Sent. quod priuat gratia Dei, ſed quòd oſtendit eū priuatum per peccatum mortale,per quod incurritur,vt ait Nau. cap. 27. Et ſi quandoque dicatur cauſa peccati,hoc eſt per accidens, inquantum in excommunicatum præſidiis Eccleſiæ deſtitutū,Diabolus maiorem poteſtatem habet ſæuiendi,& eum præcipitandi,iuxta illud Pauli 1. Cor. 5. Iudicaui.n. illum, qui ſic operatus eſt in nomine Dñi Ieſu Chriſti, tradere huiuſmodi hoīem Satanæ in interitum carnis: vnde in magno verſatur periculo, vt iterum Dæmonū incurſu,in peccatorum barathrum præcipitetur. Sed non eſt malum culpæ de ſe,niſi in quantum excōicatus nō reſipuerit;quia per inobedientiam,& obſtinationem vertitur in perniciem; quod Eccleſia non intendit,& propterea ſubiunxit Paulus,vt ſpiritus eius ſaluus fiat in die Domini;nam Eccleſia ea vtitur in medicinam,& bonum excommunicati, in quantum per eam excommunicatus erubeſcens de ſua eiectione,& excluſione à conſortio fidelium, reuertatur ad Eccleſiæ gremium: & dolens de priuatione ſacramentorum,bonorum ſpiritualium,& ſuffragiorum,& timens magis de ſæuitia Diaboli, in cuius manib. derelictus, acrioribus tentationibus vexatur,cognoſcat ſuam miſeriam,& inopiam;& cū filio prodigo in ſe reuerſus,dicat, quāti mercenarij in domo patris mei abūdant panibus,i.bonis ſpiritualib. ego aūt hic, ideſt in poteſtate Diabo

Gratian. 11.q.

Excōicatio nō fertur pro peccato mortali.

Io. 13.

Excommunicatio eſt medicina.

c. videlicet medicina, de ſent. excom.

li fame

Luc. 16. li fame per eo, quia omnibus auxiliis ſum deſtitutus; ſurgam, & ibo ad patrē meum, ideſt ad obedientiam Eccleſię, & corrigam me dicendo, pater peccaui in cęlum, & coram te. Eſt alio modo medicina, inquantum ſtante adhuc eius malitia, peius eſſet communicare in ſacramentis.

Nota. Sed hic notandum eſt, quod hæc omnia ſunt vera de excommunicato iuſtè, & in impœnitenti. Dico (iuſtè) quia ſi iniuſtè excommunicatus eſſet, non priuaretur orationibus, & ſuffragiis Eccleſiæ, quia quo ad Deum non eſſet excō municatus, nec Eccleſia intendit tales ab orationibus, & ſuffragiis excludere, quamuis debeat patienter ſufferre, ne propter contemptum efficiatur iuſta, vt infrà dicetur, & patienter ſufferendo meretur, ait D. Tho. & cum hoc tenetur à ſacramentis abſtinere. Dico etiam (in pœnitenti) quia iuſte excommunicatus, ſi pœnituit, & contritus procurat quantum poteſt faciendo quod in ſe eſt, vt abſoluatur, tunc valent pro ſe ſuffragia, & orationes in Eccleſia factæ, quia communicat in Charitate, debet tamen ab aliis abſtinere donec abſoluatur.

Tertio, excommunicatus priuatur omnibus actibus legitimis, quibus membra communicant ad inuicem, vt eſt eligi, & eligere, Iudicem eſſe, in iudicio aliū conuenire, beneficia conferre, & tali collata nō tenent, poſſe accuſare, niſi eſſet crimen hæreſis 3. q. 4. conſpiratores, & excluditur à conuerſatione fideliū in loquendo, ſalutando, comedendo, & aliis multis, ita quòd alios vitare tenetur in conuerſando ſub pœna peccati mortalis, & ratio huius eſt præceptum Eccleſiæ, vt eum ad mentem reuocet, ſicut dictum eſt. Sunt autē ea, in quibus excommunicati vitari tenentur, quæ continentur in hoc verſu.

Os, Orare, Vale, Communio, Menſa negatur.

Per Os, intelligitur oſculum, amplexus, ſub hoc etiam comprehenduntur litteræ, & receptæ, nuncij, & munera.

Per Orare, intelligitur participatio ſacramentorum, diuinorum officiorum, ſuffragiorum, preces, orationes, audire diuina, & miſſam, vt dictum eſt.

Per uale, intelligitur ſalutatio, & reſalutatio, tam verbo, quam ſigno, & nutu; ſi quis ab excommunicato ſalutaretur poſſet dicere reſpondendo, Deus te conuertat.

Per Communionem intelligitur cooperatio in aliquo exercitio, cohabitatio domus, & conuerſatio in aliis actibus legitimis, licet aliqui contractus teneant vt Sylueſt. Verbo, excommunicatio, 3.

Per Menſam, intelligitur commeſtio in eadem menſa, aut in eadem domo, etiam aliena, ſi ambo ad idem conuiuium fuerint inuitati, & quies in eodem lecto. Nau. cap. 27. num. 20.

6 *Definitio excommunicationis.* Excōmunicatio minor eſt cenſura eccleſiaſtica ſeparans, & excludens à participatione paſsiua tantum ſacramentorum, & ex conſequenti ab electione paſſiua, & non actiua. Secundum Caiet. Sot. & Nauar. cap. 27. numero. 24. & ideò taliter excommunicatus poteſt vti iuriſdictione ſine peccato, quia per eam nō priuatur illa, cap. ſi celebrat, de Clerico excommunicato mino. excommu. & in hoc inter alia, differt ab Excommunicatione maiori: differt quoque nam excōmunicatio maior non poteſt incurri, niſi pro peccato mortali, ſed minor, vt plurimum pro veniali contrahitur, vt dicetur: differt etiam, nam maior contrahitur à iure, & ab homine, minor autem non niſi à iure, differt item, nam minor poteſt abſolui à quocumque habente iuriſdictionem abſoluendi à mortalibus, vt Sotus in 4. diſtinct. 22. queſt. 2. artic. 3. & alij, præter Nauar. dicentem, quòd poſsit abſolui à potente abſoluere à venialibus, qui in hoc non auditur. maior verò nō, ſed à potente excommunicare. differt tandem, excommunicatus enim minori excommunicatione, ſi celebrat, peccat quidem mortaliter, ſed non incurrit

Digitized by Google

currit irregulſiratem, ſed Excommunicatus maiori, ultra peccatum incurrit illam; & denique ſi confert ſacramenta, peccat item, veruntamen illa ſortiuntur ſuum effectum, verum Andr. & Sylu. intelligunt de peccato mortali, Sotus quo ſupra de veniali, vt colligitur ex dicto cap. ſi celebrat: ſed de maiori, ſequitur, quod dictum eſt ſupra.

Hæc Excõmunicatio quamuis ferri poſſit à Iudice, vt dicit Abbas, hodie tamen non eſt in vſu: Vnde quoties de Excõmunicatione ſimpliciter loquimur intelligitur de maiori: igitur communiter nõ fertur, niſi per Ius, & hoc in octo caſibus, quo refert Inno. cap. ſi quem, de ſent. exc. & Sylu. verbo, excom. 4. quorum vnus eſt tantum hodie in vſu: in alijs verò non eſſe verã excommunicationem minorem, affirmat Nau. quo ſupra, ideo relinquuntur. *c. ſi quem, de ſent. exc.*

Quantũ ad ſecundum principale, ſcilicet, quibus caſibus cõtingat alios peccare ex occaſione participandi cum excommunicatis, eſt aduertendum, quòd caſus vſitatus, in quo incurritur excommunicatio minor, eſt participatio cũ excommunicatio maiori excommunicatione in caſibus prohibitis. Dixi (maiori) quia participando cum excommunicatio minori excommunicatione, non incurritur. Dixi (in caſibus prohibitis) quia, etſi de iure communi incurrebatur participando cum excommunicato maiori excommunicatione ex quacunque cauſa: hodie tamen per determinationem factam in Concilio Conſtantienſi, & vltimo Lateranenſi, in duobus caſibus tantum incurritur, ſcilicet, participando cum excommunicatio nominatim, & cum excommunicatio non ſolum ex manifeſta manuũ iniectione ſacrilega in clericum, ſed etiam ex omni notorio facto, ita ut non poſſit aliqua tergiuerſatione celari, alios autem excommunicatos vitare non tenemur. Verum iſta determinatio ſupradictorum Conſiliorum, non intendit reuelare, ſeu iuuare ipſos excommunicatos, quia licet nõ poſſimus cum ipſis conſeruari ſine pœna excommunicationis in alijs caſibus præter illos recitatos, ipſi tamen nõ poſſunt ſine pœna peccati mortalis, Sylu. verbo, excommunicatio, V. § 7. 8. 9. *Excommunicatio minor, quo caſu incurratur.* 8

Eſt autem aduertendum, quod à tali excommunicatione excipiuntur quidam, qui participando etiam in prædictis caſibus, non incurrunt eam, contenti in hoc verſu. 9

Vtile, Lex, Humile, Res ignorata, Neceſſe.

Per vtile, intellige ex parte participantis, illum, qui petit aliquid, quod ſibi debetur: vel illum, qui petit conſilium, ſiue ſpirituale pro ſe, aut pro alijs, ſiue corporale, quando alium habere non poteſt.

Ex parte verò excommunicati (vtile) intellige illum, qui utiliter ei pro ſalute, & eius correctione loquitur, quamuis interponat multa alia uerba, ut melius perſuadeat, Nau. quo ſupra.

Per Lex, intellige Vxorem, quę regulariter participans cum marito excuſatur, niſi ſententia eſſet lata in alterum propter matrimonium illicitè contractum, tunc enim participat in crimine danato, & incurrit maiorem, non abſtinendo. Maritus verò non excuſatur participando cum Vxore excommunicata, niſi in copula, & ordinandis de regmine domus, & non in comedendo, cõfabulando, & huiuſmodi alijs, quia tenetur eam corrigere, & conſulere, ut abſoluatur. Sylu. & Nauar. quibus ſupra.

Per Humile, intellige filios, qui manent ~~ſub poteſt~~ate patris, vel ſi ſunt emãcipati, intellige illos tantum, qui recipiunt à patre neceſſaria vitę, alios uerò, nõ per humile intelligas, quoque ſeruos & famulos quotidie ſeruientes, & omnes qui erant de familia antequam Dominus erat excommunicatus. ipſe uerò pater non poteſt participare cum filio excommunicatio, niſi in his quæ pertinent ad regimen domus, & ad neceſſara uitę, in reliquis uerò minimè. Idem

ſentien-

ntiendum de domino reſpectu ſerui excommunicati, Sylu. verbo, excommunicatio. V. §. 17.

Per, res ignorata, intellige illos, qui ignorant ignorantia facti probabilis, uel iuris dubij, eum, cum quo participant, eſſe excommunicatum, aut denunciatũ. Verum ſi a fide dignis tantummodo audiretur, talis eſt excõicatus, aut denunciatus, euitari debet, ſecus ſi tantum eſſet dubium. Nauar. quo ſup. num. 27.

Per, neceſſe, intellige omnem neceſſitatem, tam ex parte excommunicatio puta quia petit eleemoſynam, uel ſuum laborem, aut neceſſaria uitæ, quam, ex parte participantis, cui damnum aliqua ex parte eſſet excommunicatum euitare.

Eſt etiam notãdũ, quòd participatio cum excommunicatio in caſibus prohibitis, ut dictum eſt, regulariter eſt peccatum veniale, ſed in aliquibus caſibus eſt mortale, & in aliquibus alijs incurritur etiam excommunicatio maior. De quibus dicemus.

10 *Participare cũ excommunicato quandoque eſt mortale.*

Primo, quando participans cum excommunicatio participat in ſacramentis, uel diuinis officijs, & orationibus publicis, vt ſunt miſſæ, horæ Canonicæ, proceſſiones, benedictio ſolennis Epiſcopi, & aquæ benedictæ, ac officia defunctorum, quia huiuſmodi ſunt ei principaliter vetita, ideo eſt mortale, tam ipſi excommunicatio, quam participanti, vel admittenti eum in diuinis, ſiue participans ſit laicus, ſiue clericus.

Et ſi excommunicatio eſt occulta, non tenetur vitare, ut declaratũ eſt ſuprà, & ſi aliquis textus dicit, quòd excommunicatus occultus, debet occultè vitari, intelligitur de iure antiquo ante determinationẽ Concil. Conſtantienſis: nunc autem non eſt in vſu, ut ſuprà dictum eſt, Sylueſt. Verbo, excom. V. § 22 & Nauar. cap. 27 num. 27. vſque ad 35. Secundo, quando participat nimis frequẽter; quod intellige de frequentia, quæ habet annexam malitiam mortalem animandi ad faciendum contra præceptum Eccleſiæ. Tertio, quando participat cum excommunicato in contemptum clauium, quando ſcilicet ipſam cẽſuram par ui pendit, & ludibrio habet. quia malitiam inobedientiæ annexam habet. Quarto, quando participat in crimine mortali, quia miſcetur ei malitia mortalis ipſius peccati. Nauar. quo ſuprà.

Quandoque incurritur etiam maior. Participare cum hæreticis, quãdo incurritur eadem cenſura.

In aliquibus alijs caſibus incurritur cum peccato mortali etiam excommunicatio maior: & eſt. Primo, quando participatur in crimine, pro quo eſt excõicatus. Sed nota ſecundum Richar. in 4 c. 19 ar. 9. 2. ꝙ hęc participatio nõ ſufficit, vt ſit in perſona tantum, & non in crimine, ſed oportet ut faueat crimini perſonæ, ac item per ſe, & non per accidens, ſcilicet cooperando ad perpetrationem criminis. Puta participans cum hęretico domeſticè, inquantum homo eſt, ſubueniens, & iuuans eum in uitæ neceſſarijs, quamuis ſciret eum eſſe hæreticum, non incurrit eandem cenſuram, id enim facit ei, quatenus hõ eſt, & non quatenus hæreticus, ſubueniens perſonæ tantum, & non hæreſi. Arg. cap. duo iſta nomina, 23. q. 4. ibi, quia peccator eſt, corripe, qa homo, miſerere. Alias Germani qui miſcentur eis in negotiis domeſticis, & vitæ neceſſariis, ut amici, & parentes, omnes eſſent excommunicati, quod nũquam fuit auditum. Qui autem cum hęreticis participat, fauens, defendens, receptans, & occultans eos, ut magis perſiſtant in ſuis falſis dogmatibus, & opinionibus, quamuis eis non credat, incurrit in eandẽ Papalem, vt in Bulla cœnæ Domini. Item iuuans, aut ducatum præſtans furi, ut oſtium Eccleſiæ frangendo, illã ſpoliet; quamuis ipſe propriis manibus nihil operetur, vel furtum occultans, uel quomodocũque auxilium præſtans, ut ſecurè furtũ fiat, incidit in eandem Papalem, ut principalis, cap Conqueſti, extra de ſententia excommunicationis: ueruntamẽ opus eſt ut hoc fiat propria intentione iuuandi, ut furtum perpetretur, ſi enim poſt factum;

Digitized by Google

factum;furem,vel prędam occultaret, ne à miniſtris iuſtitię caperetur,tũc pro priè,& per ſe participare in furto non diceretur:ſed per accidens,& cõſequen ter non incurret cenſuram: peccaret tamen, & ad reſtitutionem teneretur, quãdo talis occultatio cauſa eſſet,ut rei ſurreptæ reſtitutio Eccleſiæ nõ fieret, aliàs de ſolo peccato teneretur.

Secundò quando participatur in crimine damnato cap. concubinæ,de ſent. excommunic.ſed nota,quòd hi duo caſus intelliguntur cõcurrẽtibus tribus ait Nauar.c.27.num.112.ſcilicet quod aliquis participet in crimine,cui annexa eſt Excommunicatio,& quod participet poſt commiſſum peccatũ,per quod incidit in ſententiam excommunicationis, & quòd non ignoret ipſum eſſe excommunicatum ob tale delictum aliàs ignorantia excuſaret.Exẽplum, Epiſcopus excommunicat concubinarium,vt deſerat concubinam, & ille perſeuerans in peccato,punitur cum concubina, tunc illa incurrit eandem cenſuram.

Tertiò,quãdo participat aliquis cum excõicato, dando conſilium,auxiliũ, aut fauorem,aut mandans fieri.Sed nota hic,quòd tunc incidũt hi tales in maiorem,quando in canone,uel ſententia,ſeu mandato exprimitur,mandans, & conſulens ſint excommunicati, aut ex alio Iure comprehenditur.Nota etiam, quòd mandans,& conſulens,& huiuſmodi,non incurrunt antequam ſequatur mandatum,aut conſilium, puta qui mandat verberari Clericum, non incurrit pœnam excommunicationis,antequã ſequatur effectus verberationis. Syluest. Verbo excommunicatio.7.§.24.& excõmunicatio 10.dubio 4.Nauar. cap. 27. num.51.& 54.niſi in aliquibus caſibus.ſ.quando mandatum, conſiliũ,& huiuſmodi eſt contra Cardinales eos hoſtiliter inſequentes,ac uerberantes,ut habetur,ca.Felicius,de pęnis,in ſexto,& in proceſſu Bullæ Cęnæ domini,& quãdo mandat aliquis per aſſaſſinum aliquẽ interfici,tunc.n.incurrunt ſtatim cũ mandant,aut conſulunt fieri,etiam ſi poſtea effectus non ſequatur.c.1. de homicid. lib.6.Verum hic notandum eſt,quod aſſaſſinus dupliciter intelligi poteſt; aut communiter,& vulgariter, & hoc modo aſſaſſini uocantur, qui ad inſtantiam alterius,ꝑ pecunia, homines occidũt aut propriè,& hoc modo intelliguntur quidam infideles,cuiuſdam Baronis Saraceni uaſſalli,ex quadam falſa opinione credentes,ſaluos fieri,occidendo aliquẽ Chriſtianorum,non curantes, ſi ob hoc occiderentur & ipſi,& de iſtis loquitur textus in cap.1.de homicid.(quidã enim Chriſtiani utebantur eis ad occidendos inimicos,cum eſſent ita prompti ad occidẽdum Chriſtianos,quòd non timebant mortem.Vnde Innoc.IIII. in dicto cap.ſtatuit,ut nemo Chriſtianorum eis uteretur ad occidendum Chriſtianos)& nõ de primis dictis,qui ad inſtar uerorũ aſſaſſinorũ,ꝑ pecunia hoc faciunt, nam ſi dicta conſtitutio de ijs loqueretur,ferè totus mundus eſſet laqueatus hac cẽſura;cum ſint multi Chriſtiani, qui eis vtuntur,fauẽt,ac in ſuis receptant domibus;quod conſuetudo non obſeruat,nec ratio patitur,nam dictum cap.loquens de aſſaſſinis,intelligit de quodam genere hominum particularium,referens ſe ad nominatos in principio: nec extat alius textus,qui ad illos,quos aſſaſſinos uocamus,textum citatum extendat. *Aſſaſſinus qui propriè dicatur.*

Et etiã, quando aliqui conſpirarent in perſonam Papę;omnes quomodolibet per ſe in hoc participantes,etiam effectu non ſecuto,incidunt in cenſuram Papalem,ut in proceſſu Bullæ Cœnæ Domini.

Nota denique,quòd per mandantem intelligitur quoque ratũ habens, ſi ratihabitio eſt cauſa efficax,ut dictum eſt ſuprà,exponendo illas nouẽ conditiones participantium,in aliquo delicto per auxilium,& conſilium intelliguntur cætera prædicta ibi,eo modo quo ibi exponuntur, ut notãt hic Sylu. q. ſuprà dubio 5.& Nauar.cap.27. num.69.

Quarto,quando participatur in contemptum Iudicis contra eius mandatũ,

Digitized by Google

ſed hic quoque nota, quòd neceſſe eſt vt prçcedat monitio à Iudice de non participando ſub pœna excommunicationis, vt incidat participans in maiorem, aliàs non incurrit niſi minorem, ſecundum omnes.

Quinto, quando Clericus participat in diuinis cum excommunicato à Papa nominatim, vel iudicialiter, ſcienter, ca. ſignificauit, extra de ſent. excom. Eſt autem aduertendum, quòd toties incurrit excommunicationem participans, quoties participat, puta, qui pluries percutit clericū, pluries incurrit, quia ſunt plures percuſſiones; ita qui pluries participat. Amplius, hæc Excōmunicatio eſt reſeruata ei, cui reſeruatur prima, itaque qui poteſt abſoluere à prima, poteſt etiā ab hac, in quam incidit paticipando, aut ſuperior, & non alius.

Excommunicatio à iure ſemper eſt iuſta, ab homine non ſemper.

Dictum fuit ſuprà, duplicem eſſe excommunicationem; quādam à iure, quā dam ab homine, excommunicatio à iure ſemper eſt iuſta, quia fertur pro peccatis mortalibus futuris; ſed excommunicatio ab homine poteſt eſſe triplex, ſcilicet iuſta, iniuſta valida, & iniuſta inualida, ideſt nulla: de quibus per ordinem.

Ad iuſtam excommunicationem tria requiruntur, ſcilicet, Cauſa, Animus Iudicis, & Ordo iuridicus.

Excommunicatio iuſta q̄ requirat.

Quantum ad cauſam, opus eſt, vt ſententia feratur ex cauſa iuſta, vera, ſufficienti, & rationabili. Quātum ad animum Iudicis, ut non ſit ex Odio, Indignatione, Inuidia, & huiuſmodi. Quantum ad ordinem Iuris, oportet ut præcedāt tres debitæ monitiones, uel vna pro tribus; his tribus concurrentibus, Excōmunicatio ſemper ligat, & quo ad Deum, & quo ad Eccleſiam: quod eſt dicere, ſortiri omnes effectus prænarratos.

Excommunicatio iniuſta quando liget.

Excommunicatio iniuſta valida eſt, quando deficiunt hæc, quod ſit contra Ius ſcriptum. Sed hæc iniuſta ualida eſt duplex: quędam eſt iniuſta per accidens, & eſt quādo iniuſtitia prouenit ex defectu rectitudinis animi Iudicis, ſcilicet ex Ira, vel Odio, vel quando non præcedit trina Monitio, vel vna pro tribus: habet tamen iuſtam cauſam, & tunc ligat in foro Dei, & Eccleſię, quia iſti defectus nō ſunt de eſſentia. Quędam eſt iniuſta per ſe, & eſt quādo deficit cauſa iuſta, & tunc ligat ſolum quo ad Eccleſiam in foro exteriori, non autem quo ad Deum in foro interiori: quod eſt dicere, priuat à communione Sacramentorum, & ſeparat à communione & conuerſatione hominum, nō autem à participatione bonorum ſpiritualium, ut ſunt orationes, & ſuffragia cōmunia Eccleſiæ, de quibus dictum eſt ſuprà: Et cum liget quo ad Eccleſiā, ideo timēda eſt, & ſeruāda in publico rōe ſcādali, licet in occulto non teneat illa innodatus ſeruare illā, quo ad orandū in Eccleſia, & cōuerſandū, & huiuſmodi, quia vt dictū eſt, quo ad Deum non tenet. Et hoc modo intelligitur ſentētia paſtoris, ſcilicet ſiue iuſta, ſiue iniuſta, timenda eſt, & non contemnenda, quādo de iniuſtitia nō conſtat, c. 1. & 3. 11. q. 3. ſecus ſi publicè conſtaret de iniuſtitia, vt nunc dicetur. Et caueat ne contemnat illam, mandato non ſolum obedire non curādo, ſed etiam ex contemptu iudicis contrarium faciendo, quia tunc peccaret mortaliter, & iuſtè excommunicari poſſet, & ſi taliter excommunicatus eſſet Clericus, celebrando efficeretur irregularis. Et multo magis ſi cauſa eſt dubia, quamuis à ſuo aduocato iudicaretur iniuſta, debet parere mandato, & ſe gerere in foro exteriori tanquam iuſtè excommunicatus. Sotus in 4. diſt. 22. q. 1. art. 3. Sylu. Verbo, Excomm. 2. §. 3. Nau. cap. 27. num. 3.

Excommunicatio iniuſta inualida, ideſt quæ nulla eſt, multis modis dicitur: & ſecundum Syluestrum quo ſuprà enumerātur quindecim: ſed ſecundū omnes reducuntur ad quinque.

Primus caſus eſt ex parte excommunicantis, quando ſcilicet nō eſt proprius Iudex, ſaltem excommunicati, vel ſi eſt proprius Iudex, tamen eſt publicè excommu-

communicatus, ſuſpenſus, aut interdictus à iuriſdictione. Dixi (publicè) quia ſi eſt occultus, debet timeri.

Secundus caſus eſt ex parte excommunicati: quando eſt contra tenorem ſuorum priuilegiorum, puta excommunicatur quis à ſuo parocho, quia confeſſus eſt mendicantibus, & non ipſi, neganti illi communionem, ac ſi non eſſet cõfeſſus, cum ſit verè confeſſus. Vel excommunicatur quis poſt legitimam appellationem, c. quanto, de priuil. & c. per tuas, de ſent. excomm.

Tertius caſus eſt ex parte excommunicationis, & eſt, quando excommunicatio continet intolerabilem errorẽ; intolerabilis aũt error eſt, quando pręcipitur alicui aliquid, quod eſt illicitum, contra ius diuinum, & pontificium, vel pręcipitur aliquod impoſſibile, vel ſaltẽ ꝙ eſt impoſſibile illi, cui pręcipitur, quia eſt impotens; vel quando excommunicatur pro actu virtutis, puta, quia dedit eleemoſynam, aut aliud ſimile fecit. capitulo ſolet, de ſentent. excommunic. libro 6.

Quartus caſus eſt, quando prætermittitur ordo iuris, qui eſt de eſſentia ſententiæ excommunicationis, puta, Iudex excommunicat eos, qui participauerunt cum excommunicato ab eo antequam de hoc monuerit eos, tunc non ligat, ſed ſolum poſt monitionem, c. conſtitutionem, eodem titulo libro 6. Vel qñ excõicatur pro culpa, quam eum non habere, manifeſtum eſt. Vel pro delicto, quod eſſe ſolutum, omnibus eſt euidens, & huiuſmodi. Et omnia iſta, & ſimilia intellige, quando publicè conſtat de veritate: ſecus autem ſi non conſtaret, quia tunc timenda eſt, vt dictum eſt.

Quintus caſus eſt, quando præcipitur ſub pœna excommunicationis latę ſententiæ, vt aliquid in certo termino, ſeu tempore ſoluatur, & poſtea terminus prolongatur ab eo, in cuius fauorem fertur ſententia: puta Iudex præcipit Marcello, vt ſoluat Petro decem in Paſchate ſub pœna excõmunicationis latę ſententiæ: ſi poſtea Petrus dat Marcello dilationem, ut ſoluat in Aſcenſione Dñi: Marcellus non incidit aduenienté termino, quia ſententia facta eſt nulla: & ratio eſt: nam Iudex fert ſententiam in fauorem partis, vnde ſi pars vult terminũ prolongare, excluditur contumacia, quia uidetur & Iudicem etiam prolongare velle. Sed hoc intellige, ſi aſſenſus detur à parte, antequam terminus adueniat, nam ſi tranſacto termino, per contumaciam incidit in pęnam excommunicationis: pars non poteſt illam poſtea auferre. Nota etiam, ſi pactum prorogationis factum eſt inter dantes tantùm, adueniente ſecundo termino, ſi Marcellus non ſolueret, non incidit in pœnam: ſed ſi facta eſt prorogatio cũ conſenſu Iudicis cum pacto pęnali, tunc non ſoluendo in ſecundo termino, incideret quia, vt ait Baldus, l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pactis, ex contractu inter partes non poteſt naſci excommunicatio, ſed ex ſententia appoſita per ipſum Iudicem. Item, quando ſententia eſt conditionata, non ligat, ſi conditio non expletur. Vel quando reſeruatur in pectore Iudicis. De his uide Syluest. Verbo excomm. 2 §. 2.

13 *Excõicatio quando ſit sẽtentia lata, & quando cõminatoria.*

Eſt denique obſeruandum in hac ſecunda principali parte, ut ſciamus quando excommunicatio eſt latę ſententię, & quando eſt comminatoria. Et primò ſciendum eſt, quòd quando eſt à Iudice, ſi dicit ſub pœna excommunicationis latę ſententię, ne fiat hoc, uel illud, aut excõmunico eũ, qui fecerit hoc uel illud, tunc contra faciendo ſtatim incidit, quia eſt ſententia lata. Si autem dicit ſub pœna excommunicationis ne fiat hoc, aut præcipio ſub interminatione, uel pręcipitio ſub pœna excommunicationis, ne facias hoc, uel illud, non eſt ipſo facto excommunicatus contrafaciendo, quia non apponuntur illa uerba (latę ſententiæ) ſed eſt commutatio tantùm, unde poteſt excommunicari propter peccatum inobedientię. ſecundum Glo. in cap. unico de ſagit. & com-

Digitized by Google

muniter. Niſi ex coniectura aliud appareat, aut Iudex manifeſtet, & declaret ſuam intentionem, ſe ferre ſententiam: vbi autem de intentione non conſtat, ſemper intelligitur eſſe comminatoriam.

Secundò, quando Excommunicatio eſt à Canone, dantur multæ regulę. Si fertur ſententia per participium temporis pręteriti, dicendo ſit excommunicatus, vel ſi metatus, vel ſit anathema, tunc ipſo Iure ſtatim ligat, glo. in verbo, ſu ſpenſos, c. cupientes. §. cęterum, de elect. l. 6. & in c. quicunque, de hęre. lib. 6. Si ſunt verba declaratoria per tempus pręſens dicendo: dicernimus excommunicationi ſubiacere, declaramus excommunicatum eſſe, & huiuſmodi, etiam ipſo iure, ideſt ſtatim ligat contrauenientes Canoni. Vt in capitulo nouit, de his quę fiunt à Pręlatis, iuncta Glo. Si fertur ſententia per verbum temporis futuri, quandoq; eſt lata ſententia, vt cōmuniter tenent Doctores de reſcr. de iſtis verbis (ſubiaceat, vel habeatur) vt habetur in cap. ſi quis ſuadente, 17. q. 4. Si fertur per verba temporis futuri, tamen diſpoſitiua, reſpicientia actum iudicis dicendo (excommunicetur, vel priuetur, & huiuſmodi) tunc eſt comminatio, dum contrauenit mandato, per Iudicem excommunicari poteſt, niſi addatur aliquod verbum, per quod oſtendetur eſſe latam ſententiam: puta ſi ad illud verbum (excommunicetur, ſeu priuetur) addatur ipſo facto, vel (eo ipſo) vel (omnino) vel (omnibus modis) vel ſimile, tunc ſignificat eſſe latam ſententiam. Idem dicendum de hac dictione (Mox) quia ſignificat ipſo Iure. Sylu. Verbo, Excom. 2. §. 22.

14 Quantum ad tertium principale, ſ. per quas actiones incurritur, in prima editione, quia breuitati ſtuduimus, remiſimus vos ad alios auctores, qui de his exactè tractant; nunc autem iudicauimus eas hic per longum inſerere pro lectorum commoditate.

In primis occurrunt caſus reſeruati in bulla cœnę Domini, qui quotannis feria quinta maioris hebdomadæ inter ſolennia ſummi Pontificis coram recitantur; Qui caſus cum varientur ad libitum ſummi Pontificis pro tempore regnantis in omni noua creatione; & pręſertim tempore Pontificatus felicisſimi Gregorij XIII. bis alterati ſunt; ideo illos hic miſcere nolui. Admoneo tamen omnes confeſſores, vt illam apud ſe habeant, ne incidant in pœnam peccati mortalis, & ſub eadem pœna tenentur omnes animarum curati illam quotannis publicari facere in ſuis diœceſibus, ut in fine eiuſdem Bullę aſſeritur.

Primo ponuntur excōicationes Papæ reſeruatę ex corpore iuris communis deſumptę per ordinem, cū annotationibus in ſuis locis, ut facilius inueniantur.

Ex Decreto.

15 PRima deſumitur ex cap. 19. 17. q. 4. quæ ſic incipit: Siquis ſuadēte Diabolo huius ſacrilegij reatum incurrerit, qui in clericū uel monachum uiolentas manus iniecerit, anathematis uinculo ſubiaceat, & nullus Epiſcoporū illū pręſumat abſoluere niſi mortis urgēte periculo, donec Apoſtolico conſpectui pręſentetur, & eius mandatū ſuſcipiat. pro cuius primę ſnię difficili intelligentia nota primo illud uerbum (ſi quis) intelligitur tā uir, quàm mulier, ut ait Gl. ibi & hr etiam c. mulieres, eodem tit. excipiuntur ab hac ſentētia primo mulier qū ſolicitaretur à clerico, ut ei turpiter conſentiret, uim tactu inferendo; tunc pōt ſe moderatè defendere, & eum percutere, donec euadat; nō tamen occidere ait Syluester. Dico (uim inferendo) nam ſi ſpontè conſentiret, uel iuſſu mariti, nec ſibi, nec marito liceret. Dico etiam (tactu) nam ſi ſolicitaret eam uerbis tantū, non liceret, quidquid dicat Summa Angelica, poteſt enim declinare, ſi uult.

Excipitur

Excipitur etiam vir,dum reperit clericum cum ſua vxore,matre,ſorore , uel filia,c.ſi verò,il primo,quod extenditur non ſolum ad coitum,ſed ad oſculo,& amplexus in loco ſuſpecto , quæ ſunt via , & pręparatoria ad coitum , etiam ſi mutilaret, aut occideret,quod intellige in eodem conflictu,& ſubita paſſione , dicēte Gloſſa , quādo iuſtum dolorem compeſcere non potuit,ſecus ſi ex interuallo temporis , eum apoſtando . tunc enim non liceret occidere , aut mutilare ſine pęna : excipitur etiam inuaſus à clerico,qui niſi percuteret,percuteretur, quod intellige dum incontinenti vim vi repellit in eodem conflictu , non tamen liceret eum pręuenire, aut prouocare;iſta defenſio extenditur etiam ad perſonas propinquas,quarū iniuria propria reputatur,ut ſunt filij , fratres, ſerui,pater,& uxor.& ſecundum Innoc. Io.de Lig.in tractatu de particulari bello. & Archid.extenditur etiam ab bona non ſolum ſua , ſed depoſita apud eum , quando ſcilicet aliter ea defendere non ualet,non tamen propter hęc licet occidere uel mutilare .

Nota ſecundo illud verbum (ſuadente Diabolo) hoc eſt animo offendendi aut iniuriandi , ex quo excipiuntur qui iocosè ſe percutiunt , ludentes ſe adinuicem impugnantes , ut cum quis percuteretur à clerico ludente,ſtatim ſine deliberatione repercuteret etiam grauiter , eſt enim hæc conditio ludi , ut nemo cedat,ne inferior videatur,donec ſunt inter limites ludi,nam poſtea extra ludum non liceret , & ſecundum Richardum in 4.diſt.15.etiam percutiens ſine deliberatione,quamuis fortiter & turbatus .

Nota etiam illud verbum (uiolentas)per quod intelligitur,ꝙ percuſſio debet eſſe grauis,vt incidat, quæ iudicabitur peccatum mortale , nam qui tam leuiter percuteret clericum,quod in Lacio veniale putaretur, nō incideret, vel ſi percuſſio leuis,oportet vt ſit iniurioſa,& ignominioſa tantum, quantum iudicaretur pro mortali, eſt enim regula generalis,quòd ſententia canonis non infertur niſi pro mortali .

Nota etiam illud verbum (manus) per manus intelligitur quodcunque mēbrū perſonę tangit,& offendit,dico(tangit)nam ſi eleuat manū , aut baculum eum ſignando,ſi non tangit,non incidit,per manus intelligitur etiam ſi lapide, aut ligno percutit,iacendo , aut ſpuat , aut aqua eum perfundat, aut puluere , & ſimilibus aſpergat animo iniuriandi , dummodo hæc omnia eum tangat gloſ.ibid.per manus intelligitur etiam ſi retinet clericum carceratum,aut tenet vinculatum contra ſui Antiſtitis uoluntatem , niſi retineret eum modico tempore etiam inuitum pro aliquo flagitio remouendo,tunc enim non fit pro eius iniuria,poteſt tum quilibet eum capere,& ligare citra tamē iniuriam percuſſionis,& cito ſuo Antiſtiti reſtituere , dum in aliquo flagitio inuenitur,aut noctu incedens . Abbas in dicto c.ſi uerò . per manus intelligitur etiam quando quis clericum incluſum in aliqua domo , aut alio loco detinet pro inferenda ei aliqua uerecundia,ſeu erubeſcentia graui,uel iniuria,uel uiolanda perſona.Io.de Lig.niſi hæc eſſent leuia,uel iocoſa.per manus intelligitur etiam,dum quis mādat ut capiatur,ut prædictum eſt,aut cædatur , ſi ſequitur effectus , tunc enim incidit mandans & mandatarius,cap.pērpendimus, & capitulo mulieres, extra eodem titulo , & breuiter omnis , qui participat in aliqua clerici percuſſione, aut iniuria ſecundum illos nouem modos in ſecunda parte recitatos efficaciter,aut dum ex officio tenetur eum defendere,ut non percutiatur , aut iniurietur,& ſine ſuo damno non defendit eum doloſè dimittendo, incidit in pęnam excomm.Io.de Ligna.Abbas.& Hoſt.

(Per manus)etiam intelligitur dum quis perſequitur clericum adeo acriter, ut clericus ſit coactus ſe in aquam proijcere , aut in aliquod periculum exponere euadendi cauſſa. Vuetuen.

Digitized by Google

(Per manus) etiam intelligitur dum quis animo irato iniuriandi arripiens clericum per capillos, vel ſimile, dicat, niſi eſſes clericus te cæderem, tunc enim incidit ſecundum Vueru. ſecus ſi ſine tali animo, uel cum non tangendo id faceret, licet enim non inferat tantam iniuriam, quantam in animo tenet, infert tamen aliquam.

(Per manus) etiam intelligitur dum quis animo irato arripit frenum clerici equitantis illum impediens, aut cingulum ſellæ frangit, uel iniuriam equo facit, quo inſidet, quamuis eum propriè nõ tangat ſecundum Io de Lig & Card. incidit ſecundum communiter Doctores, & Sylue. uerbo excommun. 6. §. 11. non enim differt inferre manum perſonę, & rei ſibi taliter adhęrenti, eſt enim ſententia clericis fauorabilis attento ordine clericali: ideo oppoſitum dicentes non ſunt audiendi.

(Per manus) etiam intelligitur, dum quis aufert aliquid violenter de manu clerici, aut illud frangit in eius manibus deſpectu aliquo, & animo offendendi, vel rapit indumentum de dorſo eius, aut eius veſtes lacerat ſuper eum. Card. ſuper Clement. 1. de pœnitent. Ioan. de Ligna. etiam ſi quod rapit, aut violenter aufert, eſſet ſuum, quia commodatum, dummodo clericus tunc illud reddere non tenebatur; quia tunc tempus nondum reddendi venerat; tunc enim incidit, etiam ſi dum hęc fiunt clericus dormiret, quia ſibi iniuria hoc modo infertur, ſecundum Archidiac. Ioan. de Lign. & Sylueſt. quo ſuprà; ſecus ſi id facere poterat propria auctoritate, puta quia Clericus id rapuerat, uel in illo dominium nec de iure, nec de facto habebat. Archid. & Card. in Clemen. prima, de pœn.

(Per manus) & intelligitur dum quis cogit Clericum, ut faciat aliquid contra eius voluntatem, & libertatem aliquo iuſto timore, & non aliter ſecundum Raimun.

(Per manus) etiam intelligitur, dum quis Clericum de equo præcipitat, ut ipſe eum equitet, tum incidit, ſecus ſi id faceret vt fugiat aliquod imminẽs periculum ſibi, quidquid alii dicant; nam in tali caſu nõ peccat mortaliter, per quęſtio Canon infertur immò ex charitate Clericus tenetur in tali caſu eum iuuare, & vniuerſalis.

Nota etiã illud verbum (Clericum) ꝙ per Clericum intelligitur non ſolũ habens ordines, ſed etiam primam tonſuram tantum; eſt enim per eam Deo emãcipatus, ut habetur cap. cum contingat, de ætate, & qualitate, & etiam notat Petrus Anchar. in c. 1. de Clerico coniugato in 6. & per monachum non ſolum intelligitur profeſſus, ſed etiam nouitius, & conuerſi in religione approbata tamen, ac etiam nouitiæ monialium, & conuerſæ, ut in c. ſi religioſo, eodem tit. in 6. gaudent hoc priuilegio conuerſi Eccleſiarum ſecularium, dum tamen incedunt habitu clericali, tonſurati, honeſtè uiuentes, & diuinas horas audientes, cum ſe, & ſua tali ſeruitio dedicarunt. Hoſtien. in cap. ut priuileg. de priuileg. verſiculo hoc autem. Glo. in c. vt lex. 27. quæſt. 1. ſecus ſi in domibus ſuis viuerent. Gaudent etiam Fratres, & ſorores tertij ordinis Beati Dominici, & Beati Franciſci dummodo viuant in monaſteriis, dedicando ſe, & ſua Deo, & hoc de iure communi; De iure autem particulari omnes huiuſmodi ſiue uiuant in monaſterio, ſiue domibus ſuis gaudent hoc priuilegio per bullam auream Siſti. & per quoddam aliud priuilegium incipiens ſacroſanctam, ut notat Syl ueſt. verb. excomm. 6. § 3. eremitæ ſecundum Summam Angelicam non gaudent, ſed ſecundum Glo. ib. quæſt. 1 & alii dicunt quod gaudent, dum tamen, verè, & purè ſolitariam eligunt vitam viuentes ſub aliqua regula, & ſuperiore. ſecus ſi eſſent vagi, & profugi nulli regulæ, & ſuperiori aſtricti Geſuati: ſecundum Panor. non gaudent, ſed melius dicitur, quod gaudent hodie, quia

tole-

Digitized by Google

tolerantur à Papa ſciente eorum vitam, vnde Martinus Papa Quintus conceſſit eis licitè in ſuo ſtatu permanere poſſe vſque ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ:quo ſigno pro perſonis Eccleſiaſticis haberi debent, Cum etiam de eis iudex ſecularis, non cognoſcit. Clericus, qui dimiſit habitum, & tonſuram, non gaudet, niſi illum reaſſumat: & ſi eſſet coniugatus una ſola virgine, non bigamus incedens cũ habitu, & tonſura, gaudet. Cap. vnico, de Clerico coniugato. Depoſitus actualiter hoc priuilegio non gaudet, ſecus ſi eſſet tantum verbaliter.

Nota illud uerbum (ſubiaceat) quia denotat ſententiam eſſe latam, hoc eſt ſtatim incidit.

Nota illa verba (& nullus Epiſcoporum) vt ſciatur qui ab hac cenſura abſoluere poſſit: ꝙ percuſſio, de qua loquimur, poteſt fieri tripliciter, vt notat Abbas in cap. peruenit, de ſententia excommunic. & conſequenter tria ſortitur nomina, quædam vocatur leuis; non eo ſenſu ut dicitur quod uenialis eſt; ſed reſpectu aliarum magis grauium intra limites peccatorum mortalium. quędam uocatur grauis, & enormis. quædam alia eſt media inter iſta, ideoque uocatur modiocris. ſi igitur percuſſio erit leuis ad ſenſum prædictum, Epiſcopus eam abſoluere ualet, ſi autem grauis, ſolus Papa: ſi uerò mediocris, priuilegiatus abſoluere poteſt.

Sed difficultas eſt in iudicando quæ percuſſio dicetur leuis, quæue grauis, & quæ mediocris; ne In abſoluendo error committatur. deinde ſciendum eſt, qui in hac parte priuilegiati ſint.

Pro quib. nota, & primo, ꝙ percuſſio leuis dicitur hic, non illa quę fit ex animi leuitate, quæ uenialis iudicaretur, ut ſuprà dictum eſt, per illam namque non incidimus: ſed dicitur leuis reſpectu grauis, quando ſcilicet aliquis percutit Clericum animo offendendi, & iniquo, tantum pugno, baculo, ſeu dum lapidem iacit, & eum tangit ſine uulneratione, aut trahit per ueſtem, aut aufert aliquid uiolenter de manu eius, aut eum aqua, uel puluere aſpergit iniuriandi cauſa, & ſimilia infert; tunc regulariter dicetur percuſſio leuis, & ab ea abſoluit Epiſcopus, & ordinarius loci, & religioſos ſuus Prælatus. Dixi (regulariter) nam ex aliqua circunſtantia adiuncta, puta loci, temporis, uel perſonæ, illa percuſſio quæ de ſe leuis eſſet, iudicabitur grauis.

Dico (loci) quando percuteret aliquem etiam ſibi ęqualem coram Iudice, uel in theatro, uel in foro publico coram populo. Dico (temporis) uerbi gratia, ſi quis percuteret Clericum, dum celebrat, aut dum in choro publicè officium recitat, uel ſimile.

Dico (perſonæ) puta, quando percuteret ſuum ſuperiorem, aliquem Prælatum, uel ſimilem grauem perſonam, tunc percuſſio quę in ſe leuis erat, ut ſupra, ratione prædictarum circunſtantiarum diceretur grauis, & conſequenter ab ordinario abſolui non poſſet, ut colligitur ex cap. Cum illorum, de ſentent. excommun. Et in Inſtitut. de iniuriis, §. Atrox. ubi hæc habentur uerba:

Atrox iniuria æſtimatur uel ex facto, ut ſi quis ab aliquo uulneratus fuerit, uel fuſtibus cæſus: uel ex loco, ueluti ſi cui, uel in theatro, uel in foro, uel in conſpectu Prætoris iniuria facta eſt: uel ex perſona, ueluti ſi Magiſtratus iniuriam paſſus ſit, uel Senatori ab humili perſona iniuria facta ſit. Quandoque locus uulneris facit percuſsionem iudicari grauem, puta uulnus quod in occulto loco perſonæ iudicaretur percuſsio leuis, ſi fieret in facie: uel in oculo, uel in ore, tunc pro percuſsione graui tenendum prima §. primo. Percuſsio grauis, & enormis regulariter tunc dicitur, quando quis fuſtibus percutitur, uel grauiter

Digitized by Google

vulneratur cum magna ſanguinis effuſione, mutilatur, occiditur, aut aliquo membro truncatur, vel ſimile, vt ex citatis locis parere valet; à qua non niſi ſummus Pontifex abſoluere poteſt, & in dubio quid dicendum, cum in huiuſmodi regula vniformis dari non poſſit? relinquitur iudicis abſoluentis arbitrio iudicari, aiunt Doctores. Mediocris dicitur illa, quæ media eſt inter leuē, & enormem, quę quandoque reſpectu enormis, quę etiam grauis dicitur, vocatur leuis, puta dum quis clericum grauiter fuſtibus percutit, vel ita vulnerat, ut ſine aliquo medicamine, vel emplaſtro curari nequit, vel ſimile, ſi fiunt in occulto, & ſine ſcandalo, leuis iudicabitur, ſi autem in publico, & cum ſcandalo diceretur enormis: verum in huiuſmodi caſibus difficile eſt iudicare: tamen iudicium hoc Epiſcopi arbitrio relinquitur, vel iudicis. Quis autem ab hac abſoluere poſsit? dicitur quod regulariter loquendo Papa abſoluere debet, Epiſcopus autem non niſi aliquos priuilegiatos. qui ſunt illi priuilegiati? continentur in verſibus ſequentibus.

Regula, Mors, Sexus, Hoſtis, Puer, Officialis,
Delicioſus, Inops, Aeger, Senexque, Sodalis,
Ianitor, Adſtrictus, Dubius, Cauſa, Leuis ictus,
Debilis, Abſolui ſine ſummo, iure merentur.

Per (regula) intelligimus omnes regulares qui inuicem ſe percutiunt, dummodo exceſſus non ſit enormis, & notorius, ut in cap. Monachi, de ſentent. excommun.

Per (Mors) intelligimus caſum in mortis articulo. cap. non dubium, de ſent. excommun.

Per (ſexus) intelligimus mulieres quaſcunque ex fauore ſexus, etſi enormiter percuſſerint, cap. mulieres, eodem titulo, & multo magis moniales, cap. de monialibus, eodem titulo.

Per (hoſtis) intelligimus, qui habet capitales inimicitias, pro quibus ad Papam ſecurus accedere non valeret arbitrio boni viri, cap. ea noſcitur, de ſenten. excommun.

Per (Puer) intelligimus impuberes cap. 1. de ſent. excomm.

Per (Officialis) intelligimus eos, qui aliquo officio occupati ſunt, cap. ſi uero, il primo, eodem titulo, ſi tamen grauiter percuſſerit. Romam petat.

Per (delicioſus) intelligimus delicatos, qui Epiſcopi arbitrio ad iter peragēdum impotentes iudicabuntur, cap. mulieres, eodem titulo, in hoc intelligimus etiam multos potentes, ſed de his, ſi adire nō poſſunt, indicetur Papæ, quid de eis faciendum ſit, & ſecundum eius conſilium puniantur: & ſi periculum eſt in mora, abſoluantur data cautione de parendo mandato Papæ, quando uenerit reſponſum.

Per (inops) intelligimus pauperes, cap. quod de his, eodem titulo, ſi non eſt mendicus, qui mendicando per uiam commodè Romam accendere poſſet: uel ſi talis eſt, qui uxorem, & filios ſua mendicatione alere debet.

Per (æger) intelligimus ægrotantes longo, uel perpetuo morbo, ut podagroſi habentes febrim quartanam, & ſimiles, ut in d. c. quod de his.

Per (ſenex) intelligimus ſenes, & ualetudinarios, ut in dicto cap. ea noſcitur. Sed qui ſint tales, qui ab hoc itinere excuſentur? ſeptuagenarij ſecundum omnes, etiam ſi quis in tali ætate fortis & robuſtus eſſet: uel ſi nondum ad tale tēpus peruenit, ratione malæ complexionis, tamen ut ſenex iudicabitur arbitrio Epiſcopi, uel boni uiri. Valetudinarij dicuntur, qui ſunt imbecilles, & perpetuò ſe male habentes.

Per (ſodalis) intelligimus Clericos, qui ſub uno tecto dormientes in aliquo collegio in communi uiuunt, in capitulo, quoniam, de uita, & honeſtate cle-

te clericorum, niſi percuſſio multum atrox eſſet, quia tunc Romam petere tenentur.

Per (ianitor) intelligimus oſtiarios ex aliquo officio, niſi percuſſio fuerit grauis.

Per(aſtrictus)intelligimus eos, qui ſui iuris non ſunt, ut ſerui, & filijfamilias, cap. mulieres, & c. Relatum, eodem titulo.

Per(dubius) intelligimus eum, de quo fama publica currit, quòd clericum cęciderit, debet abſolui ad cautelam cap. cum deſideras, de ſententia excommu.

Per(cauſæ)intelligimus eos, qui iuſtam cauſam, & legitimam habet ad non eundum, c. quod de his. eo. tit. cauſa legitima erit ea, quæ legi conſona eſt, & à lege toleranda arbitrio boni uiri.

Per(cauſę ictus)intelligimus eos, qui leuiter percutiũt leuem iniuriam inferendo, ut in primo membro, ut in c. peruenit, eo. tit.

Per(debilis)intelligimus eos, qui ſunt aliquo membro deſtituti, ut cęci, claudi, & huiuſmodi, qui ſimili impedimento Romam adire non uolunt.

Sed hic nota, quod omnium iſtorum quidam habent priuilegium perpetuũ ſe non præſentandi curię Romanæ, ut ſunt mulieres, inquantũ mulieres, ſenes, ualetudinarij, membris deſtituti, & aliquo modo delicioſi.

Quidam autem habent hoc priuilegium ad tempus, iſti eo ſublato tenentur ad ſedem Roma. adire, nam ut docetur ibi ceſſante cauſa ceſſat effectus, ut ſunt exiſtentes in periculo mortis, ſi euaſerint, habẽtes inimicitias capitales, ſi pacem fecerint, aut quomodolibet tale impedimentum tranſierit; ęgri cũ ſe bene habuerint, inopes, ſi ad meliorem fortunam uenerint exceptis pueris, ut in d. c. quamuis, eod. tit.

Ceteri alij habent impedimentum non ex defectu, & conditione perſonali ut prædicti, ſed ex priuilegio tantum, ut non debeãt præſentari, & ideo exempti ſunt ab hac obligatione ſe præſentadi, ut ſunt officiales, oſtiarij, fratres, clerici communiter uiuentes, filijfamilias, & qui iuſtã cauſam habent, percutiens autem leuiter eſt priuilegiatus ratione modicitatis percuſſionis, quod priuilegium extenditur communiter ad omnes ſic percutientes, ut dixi in primo mẽbro, ſcilicet ut ab ordinario abſolui poſſint.

Clerici, qui ſcienter, & ſponte in diuinis participiant cum excommunicatis à Papa, ipſos in officio recipiendo, c. ſignificauit, eo. tit.

Huc ſpectat c. ita quorundã, cum alijs, extra. De Iudæ. ſed de eis latè uide inferius ſub num. 105.

Qui ſcienter in crimine crimino ſo communicat cum eo, qui nominatim excommunicatus eſt, conſilium, auxilium, uel fauorem illi dãdo, c. nuper, de ſen. excom. Pro quo etiam uide c. ſi concubinæ, eod. tit.

Nota, quòd ubicunque in margine uideris ſic impreſſum, uidelicet (cum priuatione, & inhabilitatione) ſignificatur, quòd ultra excommunicationem addita eſt pœna (ipſo facto priuationis beneficiorum, aut officiorum, cũ inhabilitatione ad illa; & aliquando ad alia omnia ſimilia, uel diſſimilia obtinenda. Et proinde caſu aliquo incidente, ipſa Extrauagans legẽda erit, & ab omnibus pęnis abſolutio ab habente facultatem petenda erit.

Ex Sexto Decretalium. Cap. IIII.

Ille, qui propter mortis articulum abſolutis ab excommunicatione Papali poſtquam conualuerit, quam cito commodè poteſt cõtemnit ſe præſentare cap. eos qui, de ſent. excom.

Item

Digitized by Google

Item qui hoſtiliter S.R.E.Card.fuerit inſecutus,vel percuſſerit, aut ceperit, &c.cap.felicis de pœnis,Pius V. ampliauit.

Qui nullo ſedis Apoſt. conceſſu,aſſentiunt nominationi,aut electioni Sena toris vrbis Romæ; aut eius,qui ipſius vrbis gubernationi præeſſe debet.c.Fun damenta. de elect.

Ex Clementinis. Cap. V.

QVi iniurioſè,vel temerè aliquem Epiſcoporum percuſſerit, ceperit, vel bandiuerit,vel fieri mandauerit,aut facta ab aliis rata habuerit, vel conſi lium,auxilium,vel fauorem dederit.cap.ſi quis,de pœnis.

Inquiſitores,& ſanctæ Inquiſitionis miniſtri odio, gratia,vel quæſtu, alioue commodo ducti,qui in hæreticis inquirendis negligentes ſunt: vel falſo hære- ſim imponunt,cap multorum,de hęret.

Religioſi,qui abſoluunt excommunicatos à canone,vel abſoluunt à ſenten- tiis promulgatis in conſtitutionibus prouincialibus,aut ſynodalibus.de priuil. cap.Religioſi.eidem cenſuræ ſubiacent,& ſi præſumant abſoluere à culpa, & pœna.cap eōd.

Religioſi,qui non impetrata à Parochis facultate, ſacramenta euchariſtiæ, aut extremæ vnctionis miniſtrant,aut matrimonium ſolennizant.cap. Religio ſi,de priuileg.

Religioſi, & Clerici ſæculares qui alios inducunt ad vouendum,promitten- dumve,vt in ſuis Eccleſiis ſepulturas eligant,vel iam electas ne mutent, cap. cupientes, de pęnis.

Qui prohibent quo minus publicè excommunicati,interdictiuè,de Eccleſia exeant, quo tempore Miſſę ſacrificium fit; ſi eis à celebrantibus denunciatum ſit,vt de Eccleſia abeant,cap.Grauis,de ſent. excom.

Excōmunicati, interdictiue publicè,ſi à celebrantibus moniti fuerint, vt de Eccleſia exeant,idque facere recuſarint,neglexerintve.cap. eod. ut ſuprà.

Principes,& illuſtres viri,qui interdicti generalis tempore,cogunt aliquem Sacerdotem.

Ex Extrauagantibus. Cap. VI.

QVi corpus mortuum in fruſta incidunt; & in aqua coquunt,vt oſſa ſepa rent à carnibus. Bonif.8.in Extrauag.de ſepult.cap.1.

Qui interdictum ab Apoſtolica ſede promulgatum violant, cap. & ſi domi- nici,de pœnit.& remiſſ.

Item conſpirantes in perſonam Rom. Pontificis.

Qui aliquid ex pacto dat,aut recipit pro ingreſſu religionis. cap. ſanè ne in vinea, de ſimon.

Qui dant,recipiuntve quomodocunque aliquid ſimoniacè, in ordine ſuſci- piendo,aut beneficio conſequendo. Paulus 2.Cum deteſtabile,de ſim & Mart. V.in Conc.Conſtan.c.multæ.Hoc idem confirmatur in Conc.Later.conſt.ſeſſ. 9.& Conc. Trid.ſeſſ.24.c.14.de Ref & Pius V.Cum primum. & Six.4 Et ſi do minici.de pęnit.& remiſſ.& per Bullam Pij V. ſunt etiam inhabiles ad alia be- neficia obtinenda.

Item qui in dicta ſimonia mediatores,procuratoresve extiterint. ibidem. vt ſupra, Paul.II.

Religioſi

Digitized by Google

Religioſi mēdicantes, qui tranſeunt ad ordinem non mendicantiū, facultate à ſummo Pont. non impetrata, præterquā ad ordinem Cartuſianum. Mart. V. Viam ambitioſę, de regu. & tranſ. ad relig.

Item qui eos in ſuos ordines adſcribunt, cap. eod. ut ſupra.

Qui Cardinalium, & aliorum in cōclaui exiſtentium, vel etiam ipſius electi in Papam, domos, res, & bona eorum, uiolenter inuadere, recipere, occupare & tranſportare præſumunt; & qui ad id conſilium, auxilium, vel fauorem præſtare præſumpſerit. in Conc. Conſt. ſeſſ. 41. cap omnis ętas.

Confeſſores, qui abſoluunt excommunicatos à caſibus, & cenſuris, quæ in extrauag. Sixti quarti reſeruantur, cuius initium eſt, Et ſi dominici, de pœnit. & remiſſ.

Qui aſſerere audent in hæreſim, aut in peccatum mortale eos incurrere qui Be. Virginem ab originali peccato fuiſſe præſeruatam, dicūt, & contra, Sixt 4. Graue nimis, & Concilium Triden. ſeſſ. 5. in fine decreti, de peccato originali. Item, qui libros, in quibus hoc aſſeritur pro ueris legere, tenere, habereve au ſi fuerint, in eadem Extrauag.

Qui dant, accipiuntur, præmittunt, acceptant, paciſcunturve aliquid, ut in cur. Roma. iuſtitiam, vel gratiam alicuius rei obtineant.

Qui item huius criminis reos non denuntiant. Bonif. 8. De ſentent. excōmunic. cap. 1. Hæc excommunicatio fuerat reuocata: ſed Greg. XIII eam innouauit, & extendit ad audentes qualecunque facinus, & ad dantes conſilium, auxilium, vel fauorem. Quos omnes omni beneficio, & officio eccleſiaſtico, & ſeculari ipſo iure priuatos eſſe declarat, ac perpetuo infames, ac inhabilis ad illa, & alia eſſe uult. Extrauag. Ab ipſo.

Cardinales, qui, ſede vacante, conſtitutioni de electione Rom. Pontificis ſimoniacè nō facienda cōtrauenire præſumpſerint. Iul. 2. Cū tā diuinū, in conc. Later. ſeſſ. 5. & Cardinales, qui aliquē elegerint ſimoniacè, ſunt ſuis ordinibus, dignitatibus, & beneficijs abſque alia declaratione priuati. At mediatores qui cunque fuerint, ſunt etiam ultra pręfata, ad illa, & ſimilia inhabiles.

Qui monaſteria ingrediūtur monialiū ordinis Prędicatorū, Frāciſcinorūve, in caſibus non conceſſis. Bonif. 8. & Eug. 4. in priuilegijs vnius, & alterius ordinis. & uide infrà excom. 181.

Omnes illi, & præſertim impreſſores, & bibliopolę qui aliquod opus, vel librū, uel ſcriptū de nouo compoſitū, & Bononiæ impreſſum auſi fuerint intra ſpatiū decē annorū à prima editione computandorum, imprimere, aut uenale in officinis habere, aut imprimi per alios facere, ſine licentia deputatorū Bononiæ, & eſt Papalis abſolutio Greg. XIII. dū nobis. Inquiſitoribus verò mandatur in uirtute ſanctæ obedientiæ, ne permittant tales libros imprimi.

Contra omnes, & ſingulas mulieres, etiam Duciſſas, quæ prætextu licentiarum in hanc vſque diem, hoc eſt 1575. menſis Iunii, à Sede Apoſtolica, ſeu eius legatis, ſibi conceſſorum, ingredi audent monaſteria, domos & loca monialium, ac etiam virorum, quorumuis ordinum, Greg. XIII. ubi gratiæ, & eſt papalis abſolutio.

Contra Abbatiſſas, Abbates, Conuentus, & alios ſuperiores vtriuſque ſexus, & alias perſonas, quocunque nomine uocentur, quę prætextu huiuſmodi licentiarum ingredi facient, uel permittent. ibid. & vlterius incurrunt ipſo facto in priuationem, & inhabilitatem dignitatem officiorum, ac beneficiorum ſuorum ad illa, & ad alia in poſterum ibid.

Contra quaſcumque perſonas Eccleſiaſticas, ac item ſeculares, ac quorūuis ordinum regulares, quæ prætextu licentiæ ſibi datæ ab epiſcopis, ſeu ſuperioribus, propter caſus neceſſarios, iuxta Conc. Trident. tamen pro libito, & extra neceſſi-

Digitized by Google

neceſſitates vrgentes,monaſteria monialium ingredi præſumunt. ibid.

Contra item moniales,quæ perſonas quaſcunque habentes licentias ab Epiſcopis,aut ſuperioribus, dumtaxat pro neceſſitatibus vrgentibus;tamen extra eas præſumunt aliter admittere. ibid.

Igitur, qui ingrederetur monaſteria monialium ſine prætextu licentiarum huiuſmodi non incurreret,niſi in excommunicationem latam in Conc. Trid.

CASVS EXCOMMVNICATIONIS Epiſcopis iure Canonico reſeruati.

Ex Decreto, & Decretalibus. Cap. VII.

PRinceps, & Iudices,qui ter admoniti, negligunt clericis iuſtitiam facere 23.q.5. cap. Adminiſtratores, item laici, qui obligationes de ſacris eccleſijs auferre moniti fuerint,cap fin.10.q.1.

Qui de tertiæ partis Cardinalium nominatione confiſus, Papę ſibi nomen vſurpat;& qui ipſum recipiunt,& qui à paucioribus, quàm à duabus partibus Cardinalium,electus gerit ſe pro Papa,niſi maior concordia interceſſerit,cap. licet, de electio.

Qui audent affirmare ordinationes ab Octauiano, & Guidone factas, ratas eſſe,cap.1.de Schiſmat.

Qui vſurpant Epiſcopatum in Ciuitate Diœceſive: vbi populi diuerſis linguis utentes,varios ritus ſub vna fide habent,cap.quoniam,de off.ord.

Clerici,monachive,qui accipiunt officium uice Comitis,aut Prępoſiti ſęcularis: ſi moniti non reſipuerint, cap.clerici, ne clerici,ne monachi.

Religioſi extra clauſtrum,& alij clerici quamlibet dignitatem, perſonã,aut officium obtinentes,ut Archidiaconi,Plebani, Decani, Prępoſiti,Cantores,& item presbyteri,qui leges,vel phyſicam audiunt; niſi infrà duos menſes dicti religioſi redierint, alij verò, niſi infrà dictum tempus deſtiterint, cap. vlt. ne cler.vel monachi.

Magiſtri,ſcholaresve,qui Bononiæ aliorum ſcholarium hoſpitia durante locatione conducunt ſine eorum conſenſu, cap.1.de locatione.

Qui ſeruari faciunt ſtatuta, edicta, & conſuetudines, ſeu potius abuſiones introductas contra eccleſiaſticam libertatem,& item ſtatutarij, ſcriptores ſtatutorum,Poteſtates,Conſules,Rectores,& Cõciliarii locorum, ubi ea fuerint edita,vel ſeruata,ac etiam ſecundum ea pręſumentes iudicare, & ſi qui in publica forma ſcribunt huiuſmodi iudicata,cap.nouerint,de ſent.excom.

Ex Sexto Decretalium. Cap. VIII.

DOmini temporales,ut Princeps,Senator,Conſul,Poteſtas,& huiuſmodi,qui non obſeruarint infrà menſem, c. Fęlicis,de pœnis,cum omnibus quę ibi continentur contra offendentes S.R.E. Cardinales, c.eod.

Qui quempiam chriſtianum per quoddam genus hominum,quos vocant aſſaſſinos,interfecerit, interficive mandauerit;quamuis mors non ſequatur; Qui item eos receperint,& defenderint, occultauerintve,cap pro humani,de homi.

Domini

Domini temporales, qui prohibent, ne homines ſibi ſubiecti quidpiam vendant, emant, aut ne panem coquant, aliave obſequia præſtent hominibus eccleſiaſticis. c. eos de immunit. eccl.

Qui eccleſias, & homines eccleſiaſticos cōpulerint ad pedagia, & guidagia ſoluenda, cap. quamquā, de cenſib. & item qui ea exigūt, vel extorquent per ſe, vel per alium, ſuo nomine, vel alieno, cuiuſcunque ſint conditionis.

Qui regalia, cuſtodiā, vel titulum aduocationis, aut defenſionis in locis piis vacantib. vſurpare conātes, bona eccleſiaſtica occupant, c. generali, de elect.

Itē Clerici eccleſiarum, & Monachi monaſteriorū qui hoc fieri procurāt, ib.

Clerici, qui locant domos manifeſtis vſurariis ad fœnus exercendum in terris ſuis. cap. 1. de vſuris.

Qui per ſe, vel per alios impediunt litigantes in foro eccleſiaſtico in cauſis, quæ de iure, vel conſuetudine ad dictū forum pertinent, & itē, qui volentē litigare compellunt, aut compelli faciunt, vt ceſſet, aut id procurant per ſe, vel per alios, aut ad id conſiliū, auxilium, vel fauorem præſtant. de imm. eccl. c. qm̄.

Qui pignorationes, ſeu repræſalias aduerſus perſonas eccleſiaſticas, ſeu bona ipſorum concedunt, vel extendunt, niſi infra menſem reuocauerint, c. 1. de iniurijs.

Qui fictione, fraudeve vtuntur, vt iudex ipſe vadat ad mulierem pro teſtimonio, cap. mulieres, de iudic.

Vocati ad dirigendas moniales in electionibus faciendis, neq; abſtinent ab ijs, vnde in ipſis electionibus diſcordiæ oriri, nutririve poſſint, c. indemnitatib. de elect.

Qui quaslibet perſonas eccleſiaſticas, ad quas ſpectat electio in monaſteriis p. iſve locis, & aut eorū item conſanguineos, quouis modo offenderint; eo ꝙ eligere noluerint perſonam, ad cuius electionem inducebantur, c. ſciant cūcti, de elect.

Qui compellunt prelatos, eccleſiaſticosve homines, vt eccleſias ſuas earum prædia, iurave laicis ſubiiciant, cap. conſultiſſimè, de reb. eccl. non alienan.

Pars, quæ procurat, vt de aliis, quam de manifeſtis iniuriis, ſeu violentiis, cōſeruatores, ſe intromittant, vel ſuam oſtendant poteſtatē ad ea, quæ iudicialē indaginem requirunt, cap. hac Conſtitutione, de off. deleg.

Dn̄i temporales, ſeu rectores, vel officiales eorum, circa negotium inquiſitionis, contra hæreticos deficientes; & omnes, qui in hoc dederint conſilium, auxilium, vel fauorem, cap ut inquiſitionis, de hæreticis.

Offendentes libertatem eccleſiaſticā, quantū ad immunitatem à collectis, & exactionib. & item vſurpantes iuriſdictionē prelatorū, ſi tn̄ moniti nō deſiſtāt c. Nō minus, de imm. eccl. & cōprehenduntur etiā fautores, ſucceſſores aūt in officio elapſo menſe ſubiacent excommunicationi, ſi ſatisfacere recuſauerint. Nota. ꝙ ſuperius fuerat ponenda hęc cenſura; quia pertinet ad aliā. Decretal.

Qui in conclaue ſcriptum nunciumve, Cardinali cuipiam miſerit, aut ſecreto cum eo locutus ſit, cap vbi periculum, de elect.

Domini, Rectores, & alij magiſtratus, vrbis, oppidive, vbi Pontificis noui creatio tractatur, ſi diligenter, aut inuiolabiliter ea nō obſeruarint, quæ ſibi eo in negotio commiſſa ſunt, ac fraudem commiſerint, cap eod.

Qui non impetrata a Summo Pont. facultate, nouum religionis habitū aſſumūt, vota nuncupantes, ſimulque in cōi uiuentes, cap. vnico, de relig. dom.

Sepelientes in loco ſacro hæreticos, credentes, receptatores, vel fautores eorum, cap. quicunque, de hæret.

Qui reuocationem excommunicationis, ſuſpenſionis, interdictive, aut abſolutionem extorquent vi, vel metu, cap. 1,

Doctores,

Digitized by Google

Doctores, qui leges, aut medicinam docent Religioſos, in ſcholis ſuis eos retinentes depoſito eorum habitu. Item ijdem religioſi, qui non impetrata à superioribus ſuis facultate, ad ſtudia quæuis ſe contulerunt. c. 1. ne cler. vel mon.

Religioſi quicunque profeſſi, taciti, vel expreſſi, temere dimittentes habitũ ſuę religionis. ibidem.

Ex Clementinis. Cap. IX.

MOnachi, qui intra ſepta Monaſterij, ſine Abbatum ſuorum licentia, arma tenent. de ſtatu mon.

Religioſi, qui proferunt aliqua, vt audientes deterreant à ſolutione decimarum, cap. cupientes, de pęnis.

Religioſi item, qui ab officio prædicationis (quia confitentibus, de ſoluẽdis decimis ſcienter poſtpoſuerint conſcientiam facere) ſuſpenſi prædicare præſumunt dicta negligentia prius non purgata. ibidem.

Qui prohibent ſequeſtrationem beneficij à ſede Apoſt. decretam.

Qui item fructus ſequeſtri nomine depoſitos occupare quouis modo audent. i. ſequeſtr.

Qui poſtquã moniti fuerint monialiũ, aut mulierum canonicarũ ſęcularium uiſitatores in ſuo officio impedire præſumunt, c. attendentes, de ſtat. monach.

Religioſi mendicantes, qui moderatè habitacula acquirunt; vel dimittunt, uel transferunt in alios uſus. c. Cupientes, de pęnis.

Officiales Communitatũ, quiue poteſtate prędıti uſuras quibuſdam ſtatutis fouent: & item ordinantes, ꝙ cum reperiuntur uſurę non plenè reſtituentur, & iudices ſecundum dicta ſtatuta prēſumentes iudicare de uſuris. cap. 1.

Qui in gradibus conſanguinitatis, affinitatisue prohibitis, ſcienter matrimonium contrahunt, uel cum monialibus profeſſis.

Quiue in religione, aut ſacris ordinibus conſtituti hoc admittunt, cap. 1. de conſang. & affinit.

Qui in cęmeteriis interdicti tempore in caſibus à iure nõ conceſſis, quoſcũque aut excommunicatos publicè, vel nominatim interdictos, aut manifeſtos uſurarios ſcienter ſepelire audent. c. 1. de ſepult.

Religioſi, qui adminiſtrationem eccleſiaſticaue beneficia non obtinent, ſi decimas eccleſijs debitas uſurpare audent; niſi poſtquã moniti ſunt, intra menſem deſiſtant, & ſatisfecerint eccleſijs duorum menſium ſpatio de damnis, quę ob id paſſę ſunt. c. religioſi de decim.

Monachi, & canonici regulares, adminiſtrationem aliquam non habentes, & ad curias principum ſine ſpeciali licentia ſuorum prę latorum ſe cõferentes, ut eis aliquod damnum inferant. de ſtatu monac. cap. 1.

Religioſi non ſeruantes interdictum, aut ceſſationẽ à diuinis poſitam auctoritate ſedis Apoſt. aut à loci ordinario; quando tamen ea ſeruat cathedralis, aut alias mater eccleſia cap. ex frequent. de ſent. excomm.

Mulieres ſtatum Beghinarum ſectantes, aut quę nouum ſuſcipiunt; religioſi item, qui eis conſilium, fauoremue dant. c. 1. de relig. domib.

Ex Extrauagantibus. Cap. X.

QVi litteras Papę ante ſuam coronationem factas, tanquam irritas, impugnant. Bened. xi. aut ſecundum alios Clem. V. quia nonnulli, de ſen. excõ.

Qui

Digitized by Google

Qui aſſumunt ſtatum,ſectamue Fraticellorum, Bizochorum,& Beghinarū, vel perſeuerant in eo:& Prælati,qui eis hoc cōcedunt.Ioan.22.cap.Sancta Romana,de relig.domib.

Qui bona Eccleſiaſtica alienant ; & qui alienata recipiunt, contra formam ibi contentam,abſque Sedis Apoſt.auctoritate Paul.II. Ambitioſè,de reb.Eccle. non alienan.

Qui impediunt legatos,nuntioſue Apoſtolicos, ne recipiantur,neque ea faciant,quorum cauſſa miſſi ſunt,cap ſuper gentes,de conſuet.

Qui librum , aut quamcunque ſcripturam imprimunt , vel imprimi facere præſumunt,niſi prius,in Vrbe per Vicarium,& ſacri palatii magiſtrum,in alijs verò Diœceſibus ab Epiſcopo,aliòue perito homine, quem is delegerit ,& ab Inquiſitore liber,ſcripturave comprobata ſit, Leo X.ſeſſ.10.in Concilio Lateran.& in Indice lib.proh reg.10.

Qui prędicando,uel diſputando,audent impugnare mõtes pietatis , Leo X. in Concilio Lateran.

Ex Concilio Tridentino. Cap. XI.

CONtra eos,qui docere,prædicare,uel pertinaciter aſſerere,ſeu etiam publicè diſputando , defendere præſumunt, quod illis , quos conſcientia peccati mortalis grauat(quantumcunque ſe contritos exiſtiment)habita copia confeſſar.,non neceſſario præmittenda ſit confeſſio ſacramentalis, ad dignè ſumendum Euchariſtiæ ſacramentum,ſeſſ.13.can.11.

Contra eos(etiam Imperiali dignitate fulgentes)qui alicuius Eccleſiæ , ſeu cuiuſuis ſæcularis,vel regularis beneficij,montium pietatis , aliorumque piorum locorum iuriſdictionem,bona,cenſus,ac iura quocunque modo; & item fructus,emolumenta,ſeu quaſcunque obuentiones per ſe,vel per alios,vi, vel timore incuſſo, ſeu etiam per ſuppoſitas perſonas clericorum , aut laicorum , quocunque quęſito colore,aut arte in proprios vſus conuertere,illoſque vſurpare præſumunt,ſeſſ.22.cap.11 & eſt Papalis abſolut.

Item,qui etiam regali dignitate fulgentes impedire præſumunt,ne ab ijs,ad quos pręfati fructus iure pertinent,percipiantur,& eſt Papalis abſolutio,ibid. Quod ſi eiuſdem Eccleſiæ patronus fuerit, etiam iure patronatus vltra prædictam pœnam,eo ipſo priuatus exiſtit.

Item clerici, qui nefandæ fraudis,& vſurpationis huiuſmodi fabricatores, ſeu etiam tale fraudi conſentientes fuerint, eidem cenſuræ ſubiacent; nec non quibuſcunque beneficijs priuati exiſtunt.ibid.

Contra eos , qui falſo affirmant matrimonia à filiisfamiliâs ſine conſenſu parentum contracta,irrita eſſe,& parentes ea rata , vel irrita facere poſſe, ſeſſ. 24.cap.1.de ref.matrim.

Contra raptores mulierum,ac omnes conſilium,auxilium,& fauorem præbentes,ibid. cap.6. & eſt Epiſcopalis abſolutio , & tales ſunt etiam perpetuo infames,omniumque dignitatum incapaces, ac tenentur eaſdem dotare.

Contra dominos,ac magiſtratus,ac alios cuiuſque gradus,& conditionis exiſtentes,qui quouis modo directè,ſubditos ſuos,vel quoſcunque alios tam viros,quam mulieres,cogunt quo minus liberè matrimonia contrahant , nempe quando ſpe magnæ hæreditatis eos,aut eas,illis nubere faciunt,quibus nollēt, & eſt Epiſcopalis abſolutio,ibid.cap.9.

Contra omnes magiſtratus ſeculares , qui ab Epiſcopis requiſiti , non præbent auxilium brachij ſecularis , vt clauſura ſanctimonialium conſeruetur ;

& ubi

Digitized by Google

& vbi violata eſt reſtituatur ſeſſ. 25. cap. 5. de reg. & eſt Epiſcopalis abſolutio.

Contra omnes cuiuſcunque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerint qui ſine Epiſcopi, vel ſuperioris licentia in ſcriptis obtenta ingrediuntur ſepta monaſterij monialium. ibidem. & eſt Epiſcopalis abſolutio, eſt tamen Papalis, quantum ad monaſteria monialium ordinis Minorum.

Contra omnes quacunque dignitate fulgentes, qui quomodocunque coegerint aliquam virginem, vel viduam, uel aliam quácumque mulierem inuitam ad ingrediendum monaſterium, uel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcunque religionis, vel ad emittendam profeſſionem, ibidem, cap. 18. & eſt Epiſcopalis abſolutio.

Item contra omnes cuiuſcunque qualitatis fuerint, quo ad prædicta, conſilium, auxilium, vel fauorem dederint, ibidem.

Item contra eoſdem tam clericos, quam laicos, ſæculares, vel regulares; qui ſcientes aliquam ex prædictis mulieribus nō ſpontè ingredi monaſterium, aut habitum ſuſcipere, aut profeſſionē emittere, quoquomodo eidē actui, vel præſentiam, uel conſenſum, uel auctoritatem interpoſuerunt, ibidem.

Item contra præfatos, qui ſanctam virginum, uel aliarum mulierum uoluntatem, uel ſuſcipiendi, vel voti emittendi, quoquomodo ſine iuſta cauſſa impedierint, ibidem.

Contra Imperatorem, Reges, Duces, Principes, & alios quoſcunque, qui locum ad monomachiam, hoc eſt duellum, in terris ſuis inter Chriſtianos cōceſſerint. ſeſſio 25. cap. 19. de refor. & eſt Epiſcopalis abſolutio, quoad dominos verò inferiores Imperatore, & Reges, eſt Papalis, ut patet inferius, ſub num. excom. 114.

Item contra pugnam committentes in eodem duello, & eorum patrinos, ibidem.

Contra, eos, qui conſiliū in cauſſa duelli, tam in iure, quam facto dederint, aut alia quacunque ratione ad id quemquam hortati fuerint, necnon ſpectatores duellorum, eorundem extiterint, & eſt Epiſcopalis, quantum ad hunc locum, ſed eſt Papalis, ut patebit inferius ſub num. excom. 114.

Contra eos, qui indulgentias, aut inutiles eſſe aſſerunt, uel eas concedendi in Eccleſia poteſtatem eſſe negant, ſeſſ. 25. decret. de indulg.

EXCOM-

Digitized by Google

EXCOMMVNICATIONES contentæ in Extrauagantibus Rom. Pontificum vſque ad Gregorium Papam XIII. incluſiuè, quæ nondum ſunt regiſtratæ in corpore iuris.

In quas tamen incurritur, vbi à locorum ordinarijs fuerint, vel erunt ſemel ſaltem publicata. Cap. XII.

COntra eos, qui prouidentes alijs de beneficijs Eccleſiaſticis ali- 18
quid inde capiunt, vel ſibi promitti faciunt directè, vel indire-
ctè, & contra eos, qui eis nunciant, vel noua portant, &c. Gre-
gor. XI. in Extrauagan. quæ incipit Solicitè, & eſt Papalis eius
abſolutio: quia Papa ſibi eam reſeruat. Quando autem Papa
ſibi non reſeruat, tunc abſolutio eſſe Epiſcopalis dicitur, hoc
bene nota.

Contra quoſcunque, qui clericos, & Eccleſiaſticas perſonas exilio multant & item eas, qui proſcribunt, & qui ſcribunt proſcriptionem in eas Vrb. VI. Extrauag. Quia ſicut, & eſt Papalis abſolutio.

Contra quoſcunque, qui traxerint Eccleſiaſticas perſonas ad ſuum forum, vel &c. Mart. V. Ad reprimendas, & eſt Papalis abſolutio.

Contra ordinarios locorum, officiales, delegatos, aut commiſſarios eorum, qui in ſibi ſubditos in ſeruitio Papæ, vel Romæ moram trahentes pro ſuis negotijs, aut ab ea recedentes, procedunt per cenſuras Eug. IIII. Diuina in eminentia, & eſt Papalis abſolutio.

Si tamen dicti ordinarij, officiales, delegati, & commiſſarij dederint beneficia eorum, quos priuauerint, dum dicti moram trahentes Romę fuerunt negocia ſua proſequendo, & eo caſu ſunt excommunicati, etiam ipſi recipientes beneficia, in Extrauag Com. de priuil.

Contra eos, qui deferunt Sarracenis ligna, ferrum, arma, equos, aut mittũt, aut ad id præſtant conſiliũ, auxilium, vel fauorem. Nicol V. Olim, & erat olim Epiſcopalis, ſi tãtundem de eorum bonis ſoluiſſent in ſubſidium terrę ſanctæ, vel tantundem de bonis extraxiſſent de locis ipſorum, quantum detuliſſent ad eos, & etiam regiſtrata eſt in cap. ita quorundam, & cap. Quod olim, & cap. ſignificauit, & cap. Ad liberandũ, de Iudæis, & Extrag. Io. XXII. cap. Copioſus, ſi & Extrau. Comm. cap. multa, eod. tit. & eſt ibi Papalis abſolutio, & tales ſunt etiam perpetuo infames, & inteſtabiles, ac etiam poſſunt capi, & fieri ſerui. At hodie ſine ulla exceptione, aut conditione continetur in Bulla Cœnæ Domini, & ideo eſt omnino Papalis, vt ibi copioſius explicatur.

Contra eos, qui ut litteras Apoſtolicas gratis expediant, ſe Cardinalium, aut

aſſiſtentium familiares commenſales, aut nepotes fingunt Innocen. VIII. Cum ſicut, & eſt Papalis abſolutio.

Contra impedientes mandata Apoſtolica quocunque modo, directè, uel indirectè, &c. & ad id dantes conſilium, auxilium, uel fauentes, Innoc. VIII. Officij, & eſt Papalis abſolutio.

Contra illos, qui non uerè, ſed aliorum commodum ficte, & in fraudem beneficia Eccleſiaſtica reſignant, vel permutant: item contra teſtes, & notarios huius fraudis non ignaros Innoc. VIII. Sicut bonus.

Contra inuadentes Romæ, aut uerberantes patres aduerſas litigantes, aut eatum procurator quocunque modo imò eis comminantes, Alex. VI. In eminentis; & eſt Papalis abſolutio.

Contra incantatores, imolantes dęmonibus, aut adorantes eoſdem, aut fabricantes, uel fabricari facientes, uel procurantes imagines, annulum, ſpeculum, phialam, ampullam, vel rem quamcunque aliam magicè ad dæmones inibi alligandos; petentes item, uel recipientes reſponſa ab iis, auxilia præſtolantes pro implendis ſuis prauis deſideriis, & docentes, vel addiſcentes huiuſmodi artem, & demum habentes, tenentes, ſtudentes, & non comburentes libros continentes huiuſmodi, Ioannes XXII. Super illius, & eſt epiſcopalis abſolutio, niſi reſpectu eius, quod aliquando continetur in Bulla Cęnę Domini.

Contra occupantes, vel hoſtiliter inuadentes, loca, terras, & huiuſmodi ad Romanam Eccl. pertinentia. Leo X. Inter graues. hodie eſt Papalis abſol.

Contra Barones, & communitates permittentes latrocinia fieri uenientibus ad Vrbem. Leo X. Roman. Pontificis hodie continetur in Bulla Cœnæ Domini.

Contra impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum. Leo X. In ſupremo: hodie continetur in Bulla Cœnæ, ideo eſt Papalis abſolutio,

Contra pugnantes in duello, & dominos, & quoſuis alios, dãtes eis campũ, eiſque auxilium præſtantes, duellaque, aut ſingularia certamina facientibus aſtantes, aut qui pręſentes interſunt. Et item contra diffidationes facientes, & ad id irritantes, ſeu prouocantes, & auxilium, conſilium, vel fauorem dãtes, & contra eos, qui chartas ſubſcribunt, aut publicant, ſeu de illis ſe intromittũt, & eſt Papalis abſolutio, quo ad Dominos, Duces. Marchiones, Barones, & huiuſmodi; Pius IIII. Ea quæ, vbi cõfirmat, quo ad hunc effectum Extrauagãtes Clem. VII. Leo X. Iul. II. Quo ad verò ipſos etiam Reges, & Imperatores, eſt excommunicatio in Concilio Tridentino, quæ tangit quidem omnes, ſed eſt epiſcopalis abſolutio.

Cõtra in eos, qui in Rom. Curia Apoſtolicas cõmiſſiones, intimationes, publicationes, & affixiones pręſumpſerint pręſentare præter curſores: Clem. VII. Accepimns, & eſt Epiſcopalis abſolutio.

Contra impediẽtes executionem litterarum Apoſtolicarum, uidelicet, quòd non habeant effectum, niſi interuenerit ipſum Placet, vel, Vidimus, Clem. VII. Roman. Pontifex. & eſt Papalis abſolutio.

Contra non reddentes computa in camera Apoſtolica integraliter. Paulus III. Cum ſicut, & eſt Papalis abſolutio.

Contra eos, qui tenent, aut legunt libros Lutheranos, aut hæreticos. Iulius III Cum meditatio, & eſt Papalis abſolutio.

Contra negantes Trinitatem, &c. Paul. III. Cum quorundam, & eſt Papalis abſolutio.

Contra ambientes Papatum, & qui uiuẽte Romano Pontifice, de nouo Põtifice Romano eligẽdo tractabunt, vel tentabant, & qui per ſe, uel per alium

Digitized by Google

in prędictis dederit conſilium, auxilium, vel fauorem, ſeu operam; verbis, uel ſcriptis, aut re, uel facto, ſeu promiſsione, aut ſuaſione; & quouis modo directè, uel indirectè principaliter, uel incidentaliter; & qui in prædictis fuerint mediatores, proxenetæ, nuncij, mandatarij, procuratores, aut trapezitæ, Paul IIII. Cum ſecundum, & eſt Papalis abſolutio.

Contra oẽs hæreticos, & ſciſmaticos, & eos qui in ſciſma incurrẽt, uel illud excitabunt, ſeu committent; & contra receptatores, defenſores, & fautores eorum; & credentes eis. Paulus IIII. Cum ex Apoſtolatus, & eſt Papalis abſolutio.

Contra eos, qui Chriſtianos habitantes in terris occupatis à Turcis capiũt in ſeruos, aut eorum bona diripiunt; nolunt eos relinquere liberè cum bonis eorum. Pius V. Licet omnibus, & eſt Papalis abſolutio.

Contra omnes Principes, etiam Imperiali dignitate fulgentes, & Contra cõmunitates, ac Reſp. & quoſuis alios, qui in ſuis prouinciis, ciuitatibus, ac locis, permittunt fieri ſpectacula publica, aut priuata, ubi taurorum, ferarumuè agitationes exercentur. Pius V. De ſalute.

Contra uerò pugnantes huiuſmodi, ſunt aliȩ pœnæ: & item contra clericos qui præſentes interſunt.

Contra eos, quibus de Parochialibus Eccleſiis, aut perpetuis Vicariis, aut aliis beneficiis curatis à Papa prouiſum fuerit & non adimpleuerint promiſſa, iuramentum, ſcilicet, uel fideiuſsionem, ſeu aliàs obligationem de reſidendo intra expreſſum tempus, non obſeruauerint, etiam ſi aliorum intruſorum, uel poſſeſſorum fauorem ſimpliciter, uel ex cauſſa permutationis, huiuſmodi reſignauerint, ſeu ceſſerint: aut illa quouis modo etiam occaſione litis, & moleſtiæ dimiſerint. Necnon contra eos, in quorum fauorem beneficia ipſa ſic reſignauerint, ceſſerint, & dimiſerint; & contra eos, qui ad id auxilium, conſilium, uel fauorem, directè, uel indirectè, ſcienter præſtiterint. Pius IIII. Inter multiplices. Nota hic Epiſcopos excipi ab hac cenſura, & eſt Papalis abſolutio.

Contra eos, qui commentarios, gloſſas, adnotationes, aut ſcholia, aut huiuſmodi ediderint, interpretando Concil. Trid. Pius IIII. Benedictus Deus, & eſt Epiſcopalis abſolutio. Hoc idem de Conc. Later. ult. ſeſſ. aſſeritur.

Contra regentem, correctores, ſcriptores, procuratores, reuiſores, ſigillatores, & alios Sacræ Pęnitẽtiariæ Officiales, qui aliquid ex his, quę eis per Bullã Pij IIII. interdicta ſunt, expedire, aut concedere præſumpſerint, & eſt Papalis abſolutio. Pius IIII. In ſublimi, & idem ſtatuit de officialibus officij correctoris cancellariæ, & contradictarum. Pius IIII. Vniuerſi.

Cõtra quoſcunque officiales, & magiſtratus, & locorũ ordinarios, & alios, qui non paruerint præceptis, & mandatis concernentibus inquiſitionem octo Cardinalium, inquiſitorum ſuper imponendis, & exequendis pęnis, &c. & eſt Epiſcopalis abſol. Pius IIII. Cum ſicut.

Contra omnes, & ſingulos Doctores, magiſtros, regentes, & alios cuiuſcũque artis profeſſores, etiam quoſcunque regulares, in quibuſuis locis lectores Cathedram ordinariam, uel extraordinariam obtinentes: tam Theologicã, quam canonicam, uel ciuilem cenſuram, medicinam, philoſophiam, grammaticam, uel alias artes liberales, tam publicè, quam priuatim in quibuſcunque terris, oppidis, ac ciuitatibus, aut eccleſiis, & monaſteriis, quoquomodo profitentes, aut lectiones aliquas in facultatibus huiuſmodi habentes, uel exercentes. Et contra Vniuerſitatũ, ſeu Gymnaſiorum rectores, cancellarios, uel alios ſuperiores, qui profeſsionem fidei in manibus Epiſcopi, uel eius Vicarij non fecerint, uel inſignia Doctoratus alicui contulerint, non præuia fidei profeſ-

ſione emiſſa. Qui omnes vltra excommunicationem latæ ſententiæ, etiam ipſo facto, omnium, & ſingulorum, dignitatum, beneficiorum, officiorum, & feudorum eccleſiaſticorum, per eos quomodolibet obtentorum, priuationis pęnam eo ipſo incurrunt, & inhabilitatis ad illa, & ad alia in poſterum obtinenda; & eſt Epiſcopalis abſolutio. Pius IIII. In ſacroſancta. Epiſcopis autem pręcipitur, vt faciant hoc obſeruari in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna interdicti eo ipſo incurrenda.

Contra omnes nuncios Apoſtolicos, etiam ſi fuerint Epiſcopi, Archiepiſcopi, aut Patriarchæ, qui à Principibus, ſiue Regibus, Imperatoribus, & aliis, ad quos mittuntur, vocales fauores, aut litteras commendationis, aut preces ad dignitates, & gradus obtinendos, per ſe, vel alium, directè, uel indirectè, quomodolibet ambire, uel procurare non erubeſcunt, ſiue pro ſe, ſiue pro ſuis conſanguineis, & neceſſariis ſuis, aut illis vltra ſibi per principes ſpontè oblatis vti præſumunt, vel audent, & eſt Epiſcopalis. Pius IIII. Et ſi Romanum Pontific.

Contra quoſcunque, eccleſias, & beneficia eccleſiaſtica quæcunque in confidentiam retinentes, ſeu recipientes expreſsè, ſiue occultè, & eſt Papalis. Pius V. Intoler.

Contra ſimoniacos in ordine, & beneficio, & contra mediatores, & procuratores palàm, vel occultè, tam dantes, quam recipientes: & eſt Papalis. Pius V. Cũ prima. ubi confirmat Extrauag. Pauli II. ipſi verò qui aſſecuti beneficia ſunt etiam ipſo iure illis priuati, & inſuper inhabiles ad ea, & ad alia omnia obtinenda.

Contra moniales exeuntes à clauſura (quæ hodie extenditur uſque ad portam exteriorem, per declarationem Gregorij XIII.) & contra dantes eis licentiam, & contra comitantes eas, & receptantes, & eſt Papalis. Pius V. Decori.

Contra procuratores, ſcriptores, regentem, datarium, correctorem, magiſtrũ in Theologia, aut Decretorũ Doctorem: & ſigillatorem ſacri officij Pœnitentiariæ, qui acceperint aliquid etiam ſpontè oblatum à partibus, aut aliàs, ſiue pro expeditionis celeritate, ſiue pro alio extraordinario labore, tam procurando, quam ſcribendo, aut recognoſcendo, & examinando, & eſt papalis. Pius V. In omnibus rebus.

Contra omnes, & ſingulos cuiuſcunque gradus, & conditionis; qui aliquẽ ex inquiſitoribus, aduocatis, promotoribus, notariis, aliiſue miniſtris officij ſanctæ Inquiſitionis, uel Epiſcoporum id munus in ſua diœceſi, aut prouincia coeuntium, ſeu accuſatorem, denunciatorem, aut teſtem in cauſſa fidei quomodocunque productum, uel euocatum occiderint, verberauerint, deiecerint, ſeu perterre fecerint.

Et item contra eos, qui eccleſias, ædes, aliaſue res, ſiue publicas, ſiue priuatas, officij, aut miniſtrorum expugnauerint, inuaſerint, incenderint, expoliauerint, aut libros, litteras, auctoritates, exemplaria, regiſtra, protocolla, exempla, ſcripturas, aliaue inſtrumenta, ſiue publica, ſiue priuata, vbicunque poſita combuſſerint, diruperint, ſeu interuerterint, ſeu ex incendio, aut direptione, aut alio quocunque modo illa exportauerint, &c. Et contra eos, qui ad id conſiliũ, auxilium, uel fauorem pręſtiterint, & eſt Epiſcopalis abſolut. niſi reſpectu eius quod fortaſſe continetur in Bulla Cœnæ Dñi. Pius V. Si de protegendis.

Cótra quoſcunque, qui ſupradictis delinquentibus veniã petere, aut aliàs ꝑ ijs intercedere tentauerint. Nam in eaſdem illas pœnas, quæ hęreticorum fautorib. à ſacris Conſtitutionibus inferuntur, ipſo facto incidunt, ibidem, ut ſup. Pius V.

Contra

Digitized by Google

Contra illos, qui vacantibus eccleſiarum dignitatibus, canonicatibus, præbendis, & huiuſmodi uolunt, ordinant, aut diſponunt, aut ſeruari ſtatuta faciunt, aut conſuetudines, ut fructus, ac etiam diſtributiones ex eis primo, ab ipſa uacatione anno, aut huiuſmodi, prouentus menſç Epiſcopalis, ſeu Capitularis, integrè, vel partim remaneant, ſeu applicentur, aut in communes vſus cedant, ſeu inter alios canonicos, & perſonas eccleſiæ, ſeu capituli diuidantur, aut ſuper his iuramentum præſtari ordinant; aut ipſum prouiſum inducunt, ut iuſiurandum ſuper his ſeruandis aut præſtandis (ut aiunt) dulciarijs, emittat, aut non facienti prædicta, impediunt poſſeſſionem, vel remorantur, aut huiuſmodi, qui tale faciunt, & eſt Papalis abſolutio, ſi perſonæ fuerint ſæculares; antiſtites uerò in ſuſpenſionem incurrunt per Papam tuntummodo abſoluendi, & Capitula, ac Collegia incurrunt interdictum. Pius Quintus. Durum nimis.

Vbi tamen eſt conſuetudo, vt prædicti fructus, aut diſtributiones iſtæ, applicentur pijs locis; non eſt ſublata, dummodo non excedat medietatem illorũ unius anni.

Contra eos, qui epiſcopis inferiores, audent proponere populo indicem caſuum, & gratiarum, cum indulgentiis, aut huiuſmodi, ita quod ſoluta quadam determinata pecunia, poſſint ſibi ſumere ſacerdotem, à quo ualeant abſolutionem à caſibus reſeruatis epiſcopo conſequi, & à quibuſdam aliis cum conceſſione quarundam gratiarum. & eſt abſol. Papalis. Pius Quintus. Quam plenum. Epiſcopi autem incurrunt ſuſpenſionem ab ingreſſu ſuarum eccleſiarum, & à perceptione fructuum ad beneplacitum Romani Pontificis.

Contra Vicelegatos, gubernatores, rectores, præſidentes, & alios miniſtros Sedis Apoſtolicç, ſeu ciuitatum, & terrarum, vel locorum ſtatus eccleſiaſtici, vel etiam Romæ, aut ſuburbiorum eius, qui quouis pretextu, etiam ad breuiſſimum tempus, concedere audent, vel præſumunt, ut aliquis cuiuſcunque dignitatis, ordinis, ſtatus, conditionis, uel præeminentiæ, poſſit deferre arma breuioris menſuræ trium palmorum cuiuſmodi ſunt archibuſetti, pugiones, cultelli, & huiuſmodi, culteli tamen ad incidendum panem, ſed non maiores uno palmo poſſunt circumferi per ſtatum Eccleſiaſticum; ſed ſine cuſpide, id eſt ſpontati; & eſt epiſcopalis. Pius V. Cum vices. Ipſi autem omnes deferentes prædicta arma prohibita, incurrunt crimen læſæ Maieſtatis.

Contra omnes, & ſingulas mulieres, etiam Duciſſas, quç, poſtquam huius excommunicationis notitiam habuerint, auſç fuerint ingredi aliquod monaſterium ipſorum Regularium, tam Cartuſienſium, quam Monachorum, etiã mendicantium, aut Canonicorum regularium, & eſt Papalis abſolutio. Pius V. Regularium.

Ipſi autem ſuperiores monaſteriorum, aut alii regulares ſubditi introducentes, admittenteſue prædictas mulieres, incurrunt ipſo facto ſuſpenſionem à diuinis, & priuationem officiorum, quæ tunc obtinent, & inhabilitatem in poſterum ad illa, & ad alia omnia obtinenda, ſine declaratione ſecutura.

Et ſcito, hanc cenſuram uniuerſaliter, prout hic iacet, fore intelligendam, quia idem Pius Quintus viuæ vocis oraculo pluribus regularibus hoc declarauit: & ita inſuper ſuo tempore in praxi recepta eſt, prout hic eam vides impreſſam, & eodem modo ſeruari Greg. XIII. præcepit ſummo pœnitentiario, & reliquis officialibus ſacri officij pœnitentiariæ prout ego ab ipſiſmet audiui, & etiã à quodam Illuſtriſſimo Cardinali, qui de hac re cõſuluerat S. D. N.

Digitized by Google

& ita etiam ſcribendo pluribus verbis interpretatur eam Nauarrus in quodam commentario nuper edito de uita, & profeſſione Religioſorum, ac Monialium.

Hinc notent ipſi Priores, Cuſtodes, aut Guardiani, quia tenentur ſtatim procurare rehabilitationem in foro cōſcientiæ (ac etiam in foro fori, ſi factum ſit publicum) à Papa, & non à ſuperioribus ordinis, quia ipſi non poſſunt rehabilitare inhabilitatos à Papa.

Caueant & ipſi, ac alii delinquentes huiuſmodi, ne ante abſolutionem celebrent, quia ſtatim efficerentur irregulares.

Contra omnes, & ſingulos cuiuſcunque gradus, ordinis, & conditionis; qui cum uacauerit aliqus ſtatus, locus, terra, caſtrum, & huiuſmodi ad Romanam Eccleſiam pertinentia, auſi fuerit loqui cum aliquo, vel in communitate, uel etiam cum Papa de ſubiiciendis prædictis locis, & terris alteri feudatario, etiam nepotibus ipſius Papę, & eſt Papalis abſol. Pius V. admonet, & Gregorius XIII.

Contra inquiſitores ord. Prædicat. ſi procedant contra Fratres Minores, & contra Paul. II. & Innocen. VIII. Ex debito. item Clement. IIII. & Sixt. IIII. ſed teneantur, aut ſuperioribus illorum denunciare, aut ad ſedem Apoſtolicam referre, ſed Clement. VII. Per breue, quod incipit, Propter labem Lutheranam, vult, ut inquiſitores teneantur ſolummodo eos præmonere, & infra menſem à die monitionis computandum exſpectare remedia ut cū effectu adhibeantur contra ſuſpectos de hæreſi ab his qui debent, &c. prout ibi continetur.

Contra miniantes circulos cæreos, ideſt, Agnus Dei, conſecratos à Papa, & eſt epiſcopalis abſol. Greg. XIII. Omni certe.

Contra omnes, & ſingulos exactores datiorum, gabellarum, pedagiorū, vectigalium à perſonis regularibus ordinum mendicantium, & item contra perturbantes, aut moleſtantes eas in prędictis, toties quoties contrauentum fuerit. Pius V. Dum ad uberes.

Contra eos, qui exegerint aliquid à religioſis mendicantibus, pro cōtributione ſumptuū, & impenſarium, quæ aliquando pontibus, uijs, aquæductibus, nauibus, aliis ve machinis ſtruendis, aut reparādis, aut locorū, aut terrarum fortificationibus imponuntur. Pius V. ibidem. Et item contra exactores quattreni, ſeu denarioli carnis in ſingulas libras, ſeu ſextertia carnium; hac tamen immunitate gaudent etiam omnes clerici de iure communi.

Contra eos, qui regulares, mendicātes quoad omnia eorum bona, & quoad ſuos colonos, affictuarios, & huiuſmodi reſpectiuè, non dimittēt exemptos, & immunes ab omnibus, & ſingulis exactionibus, tam urbanis, quam ruſticis, & à collectis, impoſitionibus, & oneribus ordinariis, & extraordinarijs; tam realibus, perſonalibus, meris, & mixtis: etiam ſubſidio triennali, & augmento, & focularibus, equorum taxis, militūque hoſpitiis, ac alias quibuſcūq; nominibus nuncupatis. Pius Quintus. Dum ad uberes. In hanc etiam excommunicationē incurritur, toties, quoties contrauentum fuerit, & ibidem eſt etiam pœna 200. ducatorum pro vna parte Baſilicæ Sancti Petri de vrbe applicandorum, pro altera vero querelantibus; & mandatur Epiſcopis, & Prelatis, ut faciant obſeruari.

Contra legatos etiam de latere, & contra gubernatores, & officiales ſtatus eccleſiaſtici, qui aliquem homicidiā, ſeu bannitum auſi fuerint ad Ciuitatem, vel diſtrictū reuocare, vel eis ſaluum conductum facere, etiam ad diem vnum, vel noctem vnam, & eſt Papalis abſolutio, Pius II. & Pius V. Ex ſupernæ, ibi confirmauit.

Contra

Contra Barones, Dominos, Domicellos, ac ciues Romanos, & alios cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis: mediatè, vel immediatè ſubiectos Sedi Apoſtolicæ, qui homicidas, aut aliàs bannitos, & facinoroſos homines ſubditos Romanæ Eccleſiæ, in ſuis terris præſumpſerint receptare. Pius V. ibidem. Alias verò plures, & grauiſſimas pœnas videas in Extrauag. eiuſdem Pij V. quæ incipit, indeffeſſa, & aduerte etiam Theſaurarios negligentes exigere commiſſas pœnas, incurrere excommunicationem per ſupradictam Extrauag. Ex ſuperna.

Item contra eoſdem, qui in vrbe Romana, vel eius diſtrictu propter vindictam exercendam domum communitam habuerint, armatos receptauerint, aut tenuerint, uel adhærentes, & complices, & fautores brigæ acceſſerint; ſiue quamcunque conuentionem, congregationem, & hominum collectam huiuſmodi ad vltionem iniuriæ inuocare, excitare, inuitare, vel receptare per ſe vel per alium præſumpſerint. Paulus II. & Pius V. ibidem confirmauit, & eſt Papalis abſolutio.

Contra eoſdem dominos ſubditos Eccleſiæ Romanæ, qui in diſtrictu eius propter vindicandam iniuriam ſuam, vel amici, uel propinqui, vulnerare, mutilare, occidere, uel quocunque modo realiter, uel perſonaliter offendere patrem aut filium, fratrem, aut propinquum, vel aliàs amicum, uel domeſticum offendentis, uel aliàs fieri facere, uel mandare, præſumunt. Paulus II. & Pius V. vt ſupra, & eſt Papalis abſolutio.

Contra proceres, & Barones, & quoſcunque alios Dominos, ſeu Vicarios in temporalibus regni Siciliæ citra Farum, & aliarum partium Roman. Eccleſiæ ſubiectarum, aut vrbi adiacentium, qui homicidas, & banditos Rom. Eccleſiæ auſi fuerint receptare, uel protegere, vel eis auxilium, conſilium, uel fauorem dare quouis quæſito colore, & eſt papalis. & Pius V. confirmauit, quo ad hunc effectum. Bullam Pij II. Pauli II. Sixt. IIII. Iul. II. Leon. X. Clem. VII. & Pij IIII.

Contra illos, qui pro ſe, uel pro aliis ſe obligarunt ſoluere annatas in Camera Apoſtolica, & non ſoluunt ſuo tempore, ſed qui pro ſe obligauit ſe ad ſoluendum, incurrit etiam priuationem ipſorum beneficiorum, pro quibus tenetur ſoluere dictam annatam, qui verò pro alio ſe obligauit ſoluere, incurrit etiam priuationem omnium beneficiorum obtentorum. Pius II. Innocen. VIII. Extrauagan. Apoſtolicæ. Iul. II. Paul. III. Iul. III. Paulus IIII. & eſt Epiſcopalis. Vide etiam Hier. Gig. tract. de penſ. ibi. an, & quando Annata.

Contra quoſuis ordinarios etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & alias perſonas quauis auctoritate, etiam Apoſtolica fungentes, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, &c. qui collegium, & deputatos fabricæ Sancti Petri ſuper restitutione, & recuperatione bonorum eccleſiaſticorum, male alienatorum in fauorem eccleſiarum, monaſteriorum, & piorum locorum, &c. moleſtare, aut facultatum eis conceſſarum quoquomodo executionem impedire, uel in eis directè, uel indirectè ſe ingerere, aut intromittere auſi fuerint. Pius V. Exigit, & eſt Epiſcopalis abſolutio.

Contra Epiſcopos, ſuperioresque, delegatos, qui extra ſuarum ciuitatis, & diœceſis prouinciarum limites mutatis habitibus indiſcretè diſcurrunt.

Item contra eoſdem, qui latenter, & præſertim habitu transformato, uenientes ad curiam ex ea recedunt abſque Romani pontificis licentia petita, & obtenta, ſeu conceſſa, atque non uiſa, & eſt Epiſcopalis, Ioan. XXII. Extrauag. com. cap. ut prælatorum, & cap. & ſi deceat, de maior. & obed.

Item cõtra eos, qui ſcienter receptauerint antedictos: niſi id confeſtim eidẽ

Rom. Pontifici aduentum illorum, uel alicui, per quem ad notitiam Papæ deducatur, antequam eos receptent, manifeſtauerit: etiam ſi Patriarchali, uel quauis alia dignitate tales receptantes præfulgeant, ibid.

Item contra dictos prælatos, etiam Patriarchas, qui ſine ſuperioris licentia (niſi pro negotiis eccleſiæ ſibi commiſſę) extra ſuam diœceſim auſi fuerint pernoctare, ibid. cap. Et ſi deceat.

Contra falſarios, & fabricatores monetarum in Regno Franciæ, & item contra eos, qui ſcienter falſas monetas extra dictum regnum emunt, & poſtea intra regnũ ipſum portant, eas vendunt, & impendunt. Ioan. xxII. De crim. falſi. cap. prodiens, & eſt papalis abſolutio.

Contra quoſcunque de prouincia Anconitana oriundos, aut aliundè profectos, ibi moram trahentes, laicos, uel clericos, cuiuſcunque etiam pręeminentiæ fuerint, qui rectorem, ſeu rectores, qui pro tempore regimini dictæ prouinciæ in ſpiritualibus auctoritate Apoſtolica pręfuerint, uel ipſorum aliquem, aut eorum, vel alicuius ipſorum Vicarium, aut iudicem, aut iudices, uel ipſius prouintiæ theſaurarium, aut locum tenentem eiuſdem occiderint, aut ad occidendum illum, uel illos inſecuti fuerint, cęperint, captiuauerint, aut percuſſerint, aut ſaltem inſultum fecerint, aut obſederint, aut de ſuo officio expulerint, ſiue dederint conſilium, uel fauorem, directè, uel indirectè, &c. Ioan. xxII. de pęnis cap. dierum, & eſt papalis abſol. Communitas verò, quæ deliquerit in pręductis, eiuſque diſtrictus ſubiacet interdicto.

Contra Iudices in Regno, Delphinatu Francię, & terris, ac Dominiis eiuſdem, deputatos auctoritate Apoſtolica in cauſis beneficialibus, ſiue ſuper petitorio, ſiue ſuper poſſeſſorio procedatur, qui cum infra biennium cauſam, uel cauſas in petitorio terminare teneantur, cuiuſuis cauſę ſibi commiſſę, expeditionem malitioſè prorogare, aut differre pręſumant. Sixti IIII. Extrau. com. de treg. & pa. c. ad uniuerſal s, & eſſe Papalis.

Contra Plebanos, rectores, & curatos, ac Epiſcopos, & Archiepiſcopos quoſdam Germaniæ, uidelicet, Mogunt. Treuer. Herbipol. Vuormac. & curatum in oppido Eſſigen. Conſtãc. diœceſ. qui non obſeruauerint concordata capitula in fraudem mendicantium per ipſum Sixtum IIII.

Item contra priores, & cuſtodes, ſeu guardianos, & ſingulos fratres ordinũ mendicantium, qui non obſeruauerint pręducta capitula concordata in fauorẽ dictorum curatorum, aut pręlatorum per eundem Sixt. IIII. c. Vices, Extrau. comm. de treug. & pa. & eſt Papalis abſol.

Contra omnes cuiuſcunque fuerint pręeminentię, etiam ſi Archiepiſcopali, aut item Regia dignitate pręfulgeant, qui ordinationem, aut reſeruationem ac cętera contenta in Bulla Io. xxII. facta in fauorẽ eccleſiæ Toloſanę metropolitanę pręſumpſerint quouis modo turbare, ſeu impedire. In Extrau. com. de pręb. & dign. Saluator. & eſt Papalis abſol. Vniuerſitas uerò ſubiacet interdicto, conuentus autem, capitula, & collegia ſuſpenſioni cum reſeruatione Papali.

Item in pręductis dantes conſilium, auxilium, uel fauorem directè, uel indirectè, cap. nuper certis, eod. tit.

Contra eos, qui uacantibus beneficiis, & pętendentes ex conſuetudine, priuilegio, uel ſtatuto, &c. tam, ubi ſolutiones decimarum taxatę ſunt, quam ubi decimarum taxatio nõ eſt facta, perceperint aliquid pręductorũ, ideſt, eorũ quę ibi continentur, ultra pręmiſſa, ideſt ibi contenta, & illud ijs, ad quos pertinebũt, infrà menſem nõ reſtituerint cũ effectu. In Extrauag. com. de pręb. & dig. c. ſuſcepti, & eod. cap. de electione, & eſt Papalis. Epiſcopus tamen à pontificalibus, & ingreſſu eccleſię eſt ſuſpenſus, & Capitulum interdicto ſubiacet.

Contra

Digitized by Google

Contra fratres ſancti Franciſci de obſeruantia,qui in electionibus omnibus videlicet,ſuperiorum,prouincialium,cuſtodū,diffinitorum,& huiuſmodi (vel ante eas per ſex menſes) pro ſe, vel pro alio ſubornauerint.

Item non ſolum contra ſubornatum,ſed etiam contra alium, pro quo ſubornatio facta fuit,qui ſubornantem non detulerit.

Item contra illos,qui pro hac re quemuis fauorem extra religionem procurauerint,& eſt Papalis abſolutio. Pius V. Paſtoralis.

Contra magiſtrum,item conuentum,& fratres Hoſpitalis ſancti Lazari Hieroſolymitani,ſi utantur priuilegiis reuocatis ſuper recuperatione quorundam locorum. Pius V. Graues.

Contra Epiſcopos,& omnes electores,præſentatores,& patronos, tam Eccleſiaſticos,quam laicos quoſcunq;, qui effecti ſuſpenſi à collatione,quia verbo,ſigno,aut nutu facto,aut huiuſmodi fuerit alicuius beneficij facta deſignatio,ut alicui determinatæ perſonæ conferatur,tamen ſic ſuſpenſi conferre, eligere,præſentare,uel inſtituere auſi fuerint,& eſt Papalis abſolutio. Pius V. Quanta.

Contra eos,qui non reuelauerint conſcios conſpirationis in perſonam Cardinalis S.R.E.ſiue crimen ſit commiſſum,ſiue etiam eſſet committendum, ſiue id per ſe ſciuerint, ſiue ex aliorum renunciatione, etiam per interpoſitam perſonam,ſiue alio quocunque modo,vt ex ſcripturis,cętu,conatu,concurſu, inſidiis,aliisve ſignis,& inditiis id cognouerint,uel etiā coniecerint, uel quidquam intellexerint,audierint,quantumcunque res aliàs occulta ſit,& eſt Papalis. Pius V. Infelicis ſeculi.

Contra præpoſitos extincti ordinis Humiliatorum,qui, uel aliquos ad profeſſionem receperint, uel contenta in Bulla extinctionis non obſeruauerint. Pius V. Quemadmodum, vel etiam bireto quadrangulari, aliisve veſtimentis,ornamentis,ac præeminentiis,ac inſignibus,vel denominatione præpoſitalibus,quomodolibet uti præſumpſerint. Idem Pius V. Cum ſicut,& eſt Papalis abſol.

Contra Barones, & alios Dominos, terrarumque vniuerſitates, omneſque alios,ſedi Apoſtolicę,mediatè,uel immediatè ſubiectos,cuiuſcunque ſtatus,& conditionis extiterint, etiam ſi Card. honore præfulgeant, qui ſubditorum ſuorum frumenta,aliaſque bladas,ſeu fruges vltra vſum,& neceſſitatem ſuam & familię ſuæ emerint, & ſunt etiam ſuſpenſi, & interdicti, ac feudis priuati. Pius V. Cupientes,ubi confirmat Conſtitutionem cum cenſuris,& pœnis. Clem. VII.

Contra eoſdem Barones,ac Dominos prædictos cuiuſcunque ſtatus fuerint, qui accedentes ad Vrbem cum frumentis, aliiſue rebus ad victum neceſſariis, directè,vel indirectè impediunt,uel remorantur. Pius V. ibi. ſub eiſdem pęnis uel qui non permiſerint portantes frumentum, fruges, aut blada, venire ad Vrbem exemptos, & immunes ab omni datio, pedagio, & gabella. ibidem.

Contra omnes, & ſingulos quacunque eccleſiaſtica, uel mundana præfulgeant dignitate etiam regia, qui tempore vacationis Imperij, nomen Vicarij, ſeu cuiuſuis alterius officij titulum ſine Rom. Pontificis licentia, in ipſo Imperio retinent,aut aſſumunt,aut reſumunt,& poteſtatem,aut iuriſdictionem ſub tali prætextu exercent publicè,uel occultè. Ioan. XXII. Ne ſede vacante, cap. ſi. Fratrum, & eſt Epiſcopalis abſol.

Item contra quoſcunque,quacunque dignitate præfulgeant,etiā Ducali, ac Regia pollentes,qui in Imperio exiſtentes aliquē ex ſupradictis poteſtatē,aut iuriſdictionem exercentem, aut vicariatum gerentem ſine licentia Rom. Pontificis

Digitized by Google

tificis receperint, vel admiſerint, aut eis paruerint, vel parere fecerint, aut permiſerint; aut in his conſilium, auxilium, vel fauorem præſtiterint, ibid. Ciuitates verò, Communitates, ac villæ ipſo facto ſunt interdictę.

Contra omnes Religioſos cuiuſcunque religionis, qui ſine ſuperioris ſui ordinis, licentia per patentes litteras ſibi conceſſas, ad partes trãſmarinas ſe tranſferre præſumunt, vbi pauci fidelium reſpectu infidelium commorantur, & abſ. eſt Papalis. Extrau. comm. de Reg. cap. Ad noſtrum: ipſi autem ſuperiores hanc licentiam dare non poſſunt, niſi viris literatis, prouidis, & expertis.

Contra commiſſarios, aut delegatos ad cognoſcendum, an rei eccleſiaſticæ alienatio cedat in euidentem vtilitatem eccleſiæ, qui conſcientiæ ſuæ prodigi in grauamen, aut detrimentum eccleſiæ per gratiam, timorem, vel ſordes, alienationi conſenſerint, aut decretum, uel auctoritatem interpoſuerint: inferiores quidem Epiſcopo ſententiam excommunicationis incurrunt, &c. Is uero, qui dolo, vel fraude, aut ſcienter in detrimentum eccleſiarum, alienationem fieri procurarit, aut per ſordes, vel impulſionem, alienationis decretum extorſerit, ſimilem excommunicationis ſententiam incurrit, & eſt abſolutio Papalis & tenetur ad reſtitutionem, &c. Paul. II. in Extrauagan. Cum in omnibus; & Clem. VII. Ex commiſſi.

Caſus Excommunicationum, qui aliquando Papales, & aliquando Epiſcopales exiſtunt. Cap. XIV.

INquiſitores, & Commiſſarij eorum, uel Epiſcoporum, ſiue capituli Sede vacante, qui pecuniam modis illicitis extorſerint, aut ſcienter eccleſiæ bona fiſco, etiam eccleſiæ, ob delictum clerici adiudicare tentauerint. Clem. Nolentes, de Hęret. Hic enim caſus ante ſatisfactionem, eſt Papalis, poſt vero eſt Epiſcopalis.

Qui effringunt, & ſpoliant loca ſacra, & item incendiarij, extra de ſentent. excomm. cap. conqueſti, quo ad primam partem, & cap. tua nos, quo ad ſecundam partem.

Quicunque licentiam alicui dederit occidendi, aut capiendi eũ, qui excommunicationis ſententiam tulerit contra quoſcunque Principes, Nobiles, aut eorum miniſtros, aut eiuſdem bona, ſuoſque offendendi, & illos item quorum occaſione talis ſententia lata eſt, c. Quicunque, de ſent. excom. in 6. Hic enim ſi duorum menſium ſpatio reſipuerit, eius abſolutio erit Epiſcopalis, ſin minus erit Papalis.

Nota quod in anno Iubilæi conſueuerunt Rom. Pont. excommunicationem promulgare contra omnes, qui populo indulgentias plenarias audet proponere, aut prædicare, quia eo anno omnes plenariæ ſuſpenduntur, & deinceps ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ, & abſolutio ſolet eſſe Epiſcopalis; ſed nota bene, illud beneplacitum Sedis Apoſtolicæ.

Ex quo ſequitur, quod ab illa hora, & deinceps ſequentibus annis (etiã, ſi ipſe Papa è uita migraret) nullus, etiam virtute priuilegiorum regularium quomodocunque conceſſorum, conſequitur aliquam indulgentiam plenariam, niſi Papa iterum gratias, & priuilegia alias quibuſcunque locis, eccleſijs, mo

naſteriis,

Digitized by Google

naſteriis, cappellis, oratoriis, & huiuſmodi, aut perſonis quibuslibet, aut coronis, aut huiuſmodi, conceſſa rurſus concedat, & impendat. Quia cum non dicatur, nec præcedenti anno Iubilæi dictum ſit, ſuſpendimus ad beneplacitum noſtrum, ſed ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ (quæ quidem ſedes nunquam moritur) neceſſario concluditur id totum, quod præaſſertum eſt. Quo circà puto ego plurimos tam laicos, quam Clericos, & etiam regulares hac in re decipi, putantes ſe multis Indulgentiis olim à Rom. Pont. conceſſis potiri, ac gaudere.

Sed quod malum, & indeceś eſſe puto, hoc eſt, quia uidelicet plures uerbi Dei concionatores populis euulgant, proponũtque diuerſas olim plenarias indulgentias variis locis conceſſas, non iterum poſt dictam generalem ſuſpenſionem confirmatas; non aduertentes id, quod ſuperius cõſideratiſſimè, ſimulque ſaluberrimè à nobis memoratur. Crediderim tamẽ, quod ii Regulares, qui communicant in priuilegiis cũ aliis (cum hac tamen additione, quod facta quacunque gratia uni ordini; in genere, vel in ſpecie intelligatur facta alteri) gaudeât omnibus gratiis indulgentiarum plenariarũ, ſi interim alicui Religioni ex dictis communicantibus] in præfatis priuilegiis ſuprà dicta eo in priuilegio ſint denuo confirmata.

An autem miniſtri iuſtitiæ abſtrahentes aliquem ex eccleſia (pręter caſus à iure conceſſos in cap. inter alia, de imm. eccleſ.) ſint excõmunicati per c. definiuit. 17. q. 4. aliqui dicunt quòd ſunt excommunicandi. Ant. uerò de Butrio inquit eos eſſe excommunicatos, & reuera iudicio meo dictum cap. optimè ponderauit.

Excommunicationes contentæ in libro Priuilegiorũ ordinis Fratrum Ermitarum S. Auguſtini, hæ ſunt. Cap. XV.

Contra rectores parochialiũ eccleſiarum, & alios quoſcũque, qui Fratrũ Eremitarum domos, & profeſſores, pręter, aut contra litterarũ tenorẽ Innoc. Bonif. Alex. Mart. Eug. Nic. & Benedicti, & aliorũ quorumcũque prędeceſſorũ Rom. Pontif. & præter, aut contra Bullam dictam, Mare Magnũ, quæ incipit: Dum fructus uberes, quos ſacer ordo fratrum Eremitarum S. Auguſtini, &c. inquietare, ſeu moleſtare, & eos, aut teſtamentorum, ultimarumque voluntatũ executores, & hęredes prędictos, ſeu quoſcunque alios directè, vel indirectè ad ſolutionem alicuius quartæ parochialis, ſeu canonicę, vel alterius portionis, ſeu oneris; & ad faciẽdũ celebrari aliquod officiũ in eorũ eccleſiis, uel alibi, dum ad ipſos fratres decedentiũ cadauera tumulantur, ante, uel poſt eorũ ſepulturã, cogere, aut confeſſis dictis fratribus Ordinis Eremitarũ pro tẽpore Euchariſtię, ſeu extremę unctionis ſacramenta, ſine rationabili cauſſa denegare, uel illorum exhibitionem malitioſè differre, aut eorũ parochianis, ne dictis fratribus confiteantur prohibere, vel perſuadere, aut etiam ad præmiſſa, ſeu aliquod præmiſſorum, auxilium, conſilium, vel fauorem dare directè, vel indirectè præſumunt Six. IIII. in priuileg. Eremit. S. Auguſtin. Extra uag. quæ incidit, Cum fructus, ubi præter & c. latæ ſententię, non reſeruatæ tamen, ſuperaddit pœnam priuationis earundem eccleſiarum parochialium, & aliorum

Digitized by Google

aliorum beneficiorum ipſo facto,& ibi habilitatem ad illa, & alia in poſterum obtinenda.Ipſi verò ordinarii locorum, ſi, vt præfertur, contrafecerint,ſubiacent eo ipſo ingreſſus eccleſię interdicto,& ſuſpẽſione à regimine,& admini ſtratione ſuarum eccleſiarum. Mandatur præterea omnibus prælatis,etiam Archiepiſcopis,vt quoties requiſiti fuerint,faciant prædictam bullam ſollemniter publicare,& in omnibus efficaciter dictis fratribus aſſiſtant.Et Iulius II.Confirmauit in Extrauag.Dũ fructus.Et Nihil eſt,Leo X.in Extrauagãti,Licet ſpontè, qui ſic ait,quod ſi ſeculares veſtro Mari Magno,vel cuiquam conceſſionum ueſtrarum contraire, temerè audeant,pro excomm. publicati uolumus ſi clerici, præter cenſurã prædictam,dignitatibus, & beneficiis eccleſiaſticis,priuatos eſſe decernimus.Et Paulus IIII. Ex Clementinis.Hodie tamẽ nota quòd quantũ ad ea,quæ apertè Conc.Triden.aut reuocauit,aut moderatum eſt,quæ tamen pauca ſunt,non ſubſiſtunt cõtenta in hac Bulla, ſed in reliquis ſubſiſtunt omnia,ut colligitur ex bulla Greg.XIII.Quæ incipit,In tanta.

Contra recedentes ab ordine Eremitarum Sancti Auguſtini,aut quoquomodo exeuntes fratres profeſſos, aut habitum relinquentes, niſi poſt mandatum Prioris generalis,infra dies octo,mandato proximos,ad obediẽtiam redierint, Iul.II. Vt religioni.in priuileg. ordin. & abſolutio Papalis, & Leo X. Licet ſpontè.

Contra omnes, qui ordinis Eremit. S. Auguſt. bona occupare, vel vexare audent,quod quidem tam de perſonis,quam de locis,conuentibus,poſſeſſionibus,&alijs quibuſcũque rebus ad loca,vel perſonas pertinentibus,intelligitur, ſiue pecunia,ſiue mobilia ea ſunt.Leo X. Licet ſpõtè,& eſt Papalis abſolutio, debent tamen præfati prius à fratribus moneri;& tunc,ſi per tridui ſpatium integrè omnia non reſtituerint, ſubiacent præfatæ cenſuræ. Iul. II. Nihil eſt, quod.

Contra Rectorem,conſeruatores, magiſtros,ac ſcholares Vniuerſitatis Pariſienſis,qui prætextu ſuorum priuilegiorum aliquem, vel aliquos, ex fratribus mendicantibus directè,vel indirectè per ſe,vel per alium à prædictæ vniuerſitatis corpore reſecare,ſeu priuare, aut graduũ inſignia, ſeu conſuetos curſus eorum in Theologia,aut eorum prædicationes,vt ceſſent ab eis,impedire,aut in prędictis omnibus moleſtare,vexare,ſeu perturbare præſumpſerint.Caliſt.III. Inter cætera,& eſt Papalis abſolutio.

Contra quoſcunque fratres de obſeruantia nũcupatos,quorumuis ordinum mendicantium,qui loca,aut domos aliorum fratrum conuentualium nuncupatorum,aut monaſteria monialium ipſorum præſumpſerint quęrere, aut recipere,& incurritur toties, quoties contrauentum fuerit.

Item contra laicos vtriuſque ſexus, ac alios quacunque pręfulgeãt dignitate,etiam Ducali,& etiã Patriarchali, qui præſumpſerint ſub nomine reformationis procurare,quærere,aut tentare,vt fratres Conuentuales nuncupati, aut monaſteria monialium ſibi ſubiectarum de conuentibus ſuis amoueantur, & alii fratres Obſeruantes nuncupati, in eorum locum ſubrogentur,aut ſubſtituantur; aut præfatis fratribus ad effectum amotionis eorum, iniurias,aut grauamina inferre præſumpſerint.Six.IIII. In Extrauag.Dũ ſingulos,& abſ.eſt epiſcopalis,& quoties contrauentum fuerit,toties incurritur.Poſſunt tamen prædicti Principes, aut prælati,procurare,quærere, aut tentare reformationẽ monaſteriorum apud generales,aut prouinciales dictorum ordinum mendicantiũ qui tenentur,& debent,quoties oportunum fuerit,& poſtquam fuerint requiſiti,infra annum debitè reformare ibi.

Item contra prædictos laicos principes qui in reformationibus,quas in dies fecerint apud conuẽtuales præfatos,eorum generales,aut prouinciales, aliquo modo

modo ſe intromiſerint, aut neſciant, ſe oppoſuerint, aut quod reformationes factæ alterentur, aut mutentur, procurauerint, aut ut in eis aliquid ultra addatur, quęrere auſi fuerint, ibid. & Epiſcopi tenentur tales pro excommunicatis publicari facere, ſi fuerint ſuper hoc requiſiti.

Contra prohibentes facere eleemoſynas Fratribus Herem. ordinis S. Auguſ. Six. IIII. in Mari Magno.

Contra omnes, & ſingulos fratres ord. Herem S. Auguſt. qui prętextu arctioris regulæ ad alium ordinem quemcunque etiam mendicantium, tranſire pręſumpſerint ſine licentia Prioris generalis, niſi verè, & effectualiter ad arctiorem regulam tranſierint, & in ea perſeuerauerint, & eſt Epiſcopalis abſolutio, & tã ipſi, quam recipientes eos, incurrunt excommunicationem, Leo X.

Excommunicationes cõtentæ in priuilegiis Prædicatorum, & ordinis Minorum, cum reſeruatione Papali, hæ ſunt vltra alias, prout refert Ant. 3. par. tit. 24. cap. 70. et Caiet in Sum. caſu 81. et Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 109. Cap. XVI.

Contra ingredientes monaſteria monialium prædictorum ordinum ſine licentia Generalis, aut eius, qui habet ad id facultatem.

Item contra eos, qui pręſumunt pręducare, docere, aut defendere prędictos religioſos non eſſe in ſtatu perfectionis.

Item contra fratres Minores, & è conuerſo, contra fratres Prædicatores, ſi alter alterius ordinis profeſſos receperint, ſine licentia Summi Pontificis, aut ſuorum ſuperiorum licentia petita, & obtenta.

Contra quoſcunque iudices, tam laicos, quam eccleſiaſticos, ac etiam contra conſeruatores priuilegiorum, qui querelas fratrum, aut monialium ordinis Prędicatorum contra alios fratres, aut ſorores dicti ordinis ſuſceperint, uel de eis cognouerint, & eſt Epiſcopalis abſolutio. Leo X. Romani Pontificis.

Contra fratres dicti ordinis, qui aliquem ex fratribus dicti ordinis, coram aliquo iudice, qui de dicto ord. non ſit, ex quacũque cauſſa cõuenerint, aut conueniri fecerint: aut à correctione quacũque, ſeu aliàs ab aliquo prælato, ſeu fratre dicti ordinis, quauis occaſione, uel cauſſa appellauerint, aut contra eos querelam propoſuerint, niſi prius coram prouinciali, ſeu cõuentuali priore, & gñali, & ſucceſſiuè in capitulo generali, cauſſam ſuam uerbo, uel in ſcriptis propoſuerint. ibid.

Item cõtra eos, qui pręſumunt proferre in lucẽ libellos famoſos lingua uulgari, aut alia, aut componunt, aut habẽt, aut in uulgus emittunt uerſus, aut cantilenas in infamiam, & detractionem ſtatus ordinis prędicatorum, aut ordinis Minorum.

Item contra eos, qui aſſeruerint, non licere eis uiuere de eleemoſynis, neque prędicare, neque audire confeſſiones cum licentia Summi Pontificis, aut aliorũ pręlatorum inferiorum, ſine licentia rectorum eccleſiarum parochialium, aut presbyteri Cardinalis.

Item

Item contra eos, qui præſumunt inferre aliquam violentiam locis ordinum Prædicatorum, aut Minorum.

Item contra eos, qui in ſuis monaſteriis, vel Eccleſiis detinent apoſtatas prædictorum, niſi eiecerint eos, poſtquam eis denunciatum fuerit, ne eos retineāt.

Item contra eos, qui palam, vel occultè conantur expellere ex vniuerſitate Pariſienſi dictos fratres Prædicatores, aut Minores.

Notandum autem hic eſt, quod, cum omnes ordines Mendicantium communicent ſimul in omnibus priuilegiis, perinde ac ſi de verbo ad verbum cuilibet eorum dicta priuilegia conceſſa forent; prout pontifices in eorum Extrauagāti bus decreuerint. Icciro fortaſſe etiam in prenotatis cenſuris, & pœnis, ſimul omnes dicti ordines communicant. Nec obſtaret fortaſſe regula iuris in ſexto, odia reſtringi, & fauores, conuenit ampliari: quia ferè omnes præfatæ cenſuræ in fauorem dictorum mendicantium latę ſunt, quamuis in pęnam laicorum ex altera parte redundent.

Et hoc bene nota; quia, caſu aliquo emergente, non erit ſicco pede pertranſeundum: ſed periti conſulendi erunt, & à uiris ſuę conſcientiæ prodigis erit ti bi prorſus recedendum. Non tamen quoad prędictas cenſuras, intelligo, fieri communicationem prædictorum fratrum inter ſe. Quia odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari, de reg. iur. lib. 6 & prętereà, quia infinita abſurda ſequerentur, prout facillimè poſſem demonſtrare.

Notandum præterea, quod nuper S.D.N. Greg. XIII. confirmauit priuilegia Fratrum Minorum ſub hac clauſula, videlicet, Quatenus ſunt in vſu, & decretis Conc. Trid. non aduerſantur.

Vnum eſt hic aduertendum, ſcilicet, quia dictum eſt excōmunicationem maiorem non incurri niſi propter peccatum mortale, cap. nemo, 11. q. 3. & cap. Romana, § caueant, de ſent. excomm. lib. 6. Ideo, vt adnotauit Palud. in 4. diſt. 18. q. 1. artic. 2. dicitur, quòd quando aliqua actio, quæ ex propria natura eſt peccatum mortale, & propter imperfectionem actus, uel propter paruitatē materię iudicatur eſſe ueniale, vt diximus ſuprà, c. primo de peccatis, tunc excommunicatio, quæ incurreretur, per illam non incurritur. (quod intellige quando ponitur à Iure) Exemplum, excommunicatur à Canone quicunque percuſſerit Clericum, ſi percuſſio fuerit ita leuis, quę iudicaretur contra ſecularem eſſe peccatum veniale, tum ratione paruitatis materiæ, & actionis, tum etiam leuitate animi offendendi, tunc non incurreret. Dico (leuitate animi offendendi) quia ſi pcuſſio fuerit etiam magna, ſine intentione offendendi, vt accidit pila ludētibus quando adinuicem ſe impingunt, vel percutiunt abſque animo offendendi tūc non incurreret, & non econtra, quia ſi tantum digito, ſputo, uel puluere aſpergendo clericum lęderet cum intentione odioſa grauiter offendendi, illa intētio faceret actum eſſe peccatū mortale, & ex conſequenti incurreret. iuxta Glo. in dicto cap. ſi quis. Et quamuis, quando excommunicatio ponitur pro re futura, illa res, quæ prohibetur, non ſit de ſe mala, tamen excommunicatio incurritur, erit propter inobedientiam, nam illa prohibitio habet incluſum præceptum eccleſiæ; & tranſgreſſio precepti habet rationem culpę mortalis, ideo, &c. Sed quæritur, an de excommunicatione ab homine lata ſit idem iudicium? Reſpondetur, quando ſententia lata ab homine eſt generalis idem dicendum eſt, ut notat

Dubium. Nauar. cap 27. num. 9. Exemplum, Epiſcopus fert ſententiam excommunicationis contra omnes, qui furantur vuas ex uinea ſua, ſi quis furaretur vnum racemum vuæ, quia illud tale propter paruitatem materię eſſet peccatum veniale, ideo non incurreret, ſecus ſi damnum eſſet ita notabile, quod iudicaretur eſſe mortale. Sed ſi excommunicatio eſſet in particulari, tam ſignando actionem dicendo, excommunicetur, qui etiam ingreditur uineam meam, quam ſignando

perſonam,

Digitized by Google

perſonam,quæ mortaliter non deliquit,etiam innocentem dicendo:excommunicamus talem, tunc excommunicatio teneret: verum contra hanc perſonam non ligaret,niſi quò ad Eccleſiam tantum,vt dictum eſt ſupra. Sylu. Verbo ex comm. 1.§.11.

Quantum ad perſonas,ad quas extenditur excommunicatio, dicitur breuiter.Qui nō eſt baptizatus,non poteſt excommunicari, quicunque ſit ille,quia non poteſt priuari eo, quod non habet, cum non participet in ſacramentis,& aliis Eccleſię ſuffragiis:iuxta illud Pauli,nihil ad nos,de his, qui foris ſunt:neque etiam ſi eſſet cathecumenus. Mortuus non poteſt excommunicari,quia nō poteſt delinquere: niſi excommunicaretur propter peccatum cōmiſſum, dum erat viuus,quod fit ad terrorem, propter quod negatur ſepultura, prohibetur, ne pro eo orationes,& miſſæ dicantur;& hoc accidit,quando decedit in peccato notorio, ait Ioā.de Lig. Papa excommunicari non poteſt,quia non habet ſuperiorum. Nec ſuperior ab inferiore, ut Metropolitanus à Suffraganeo: nec idem à ſeipſo. 20 *Qui excōmunicari poteſt.* *Pau. Cor. 5.*

Collegiū,Vniuerſitas,& Communitas non poteſt excommunicari ſi ſumatur abſtractiuè, & communiter à ſingularibus præſciſſa,quia non eſt perſona, ſeu homo qui communicare poſſit,quia actiones ſunt ſingularium.Sed ſi ſumatur pro omnibus ſingularibus perſonis collectiuè excōmunicari nō debet Vniuerſitas,& Communitas,c.Roma.§.in vniuerſitatem.de ſententia excom.lib 6. Reddit Canon rationem, quia nonnunquam contingeret innoxios huiuſmodi ſententia irretiri:vnde ſequitur ſecundum Glo.in dicto,cap.ſi de facto excommunicetur, excōmunicatio tenet, intellige quò ad omnes ſingulares collectiuè ſumptos ait Sylu.Verbo,excō.1.§ 10.Sed quo ad innoxios nō ligat in foro Dei ſed in foro Eccleſię,Animalia ſeparata,aut Dæmon excommunicari nō poteſt. Nam,cap 27.num.13.Animalia excommunicari non poſſunt,quia nō ſunt capacia communis à qua priuari deberēt; & ſi inuenitur ſcriptum ab aliquibus, brucos,& locuſtas,excommunicari poſſe,illa eſt potius adiuratio,ſeu maledictio,impropriè dicta excommunicatio,quam quòd ſit uera cenſura, qua utitur Eccleſia ad illos fines ſupra narratos.

Et ſi quandoque etiam inuenitur fuiſſe excommunicatas arbores, & areſactas eſſe,illud fuit miraculosè, vt oſtenderet Deus virtutem excommunicationis contra rebelles Eccleſiæ;eſt enim maxima pœna,ut ait Auguſtinus,& refertur cap.corripiantur.14.q.3. *Marci capit. 11.*

Quantum ad quartum principale,ſcilicet quando reſeruatur,& quādo non, &quis ab hac,& quis ab illa abſoluere poteſt,dicitur, & primo ſi excommunicatio eſt ab homine,ipſe ſolus qui eam tulit,abſoluere poteſt,vel eius ſucceſſor,aut delegatus ab eo,aut ſuperior. 21

Præterquam incendiarium ex induſtria, qui dum eſt excommunicatus, aut denunciatus,ab epiſcopo(etiā generaliter ſecundum Sylu. Verbo,excom. 7.§. 15. dicendo,excommunicamus,qui fecit tale incendium) non poteſt abſolui, niſi à ſummo Pontifice,cap.tua nos,de ſeut excom. Dixi(dum excommunicatus) alludendo ad incendiarios ſegetum & domorum, & ſimilium rerum laicorum; qui non ſunt ipſo Iure excommunicati, ſed poſſunt excommunicari ab Epiſcopo.Dixi etiam(aut denunciatus)alludendo ad incendiarios Eccleſiarū, & religioſorum locorum,qui ſunt ipſo facto excommunicati, ſed poſſunt denuntiari ab Epiſcopo.ita Glo.ſuper dicto,cap tua nos,quā ſequitur Sylu.Verbo quo ſupra,§. 3.& Nau.cap.17 num.100.& multi alij Doctores. Præter etiā effractorē dico,qui quouis modo violento impellendo ingreſſum ſibi parat,& non,qui claue portas reſerat:qui dum eſt ab Epiſcopo denuntiatus, nō poteſt abſolui niſi a Papa,cap.cōqueſti,de ſententia excomm.& hoc intellige ſi fuit nomi- *Incendiarij à quo ſunt abſoluendi.* *Effractores Eccleſiæ.*

Digitized by Google

Dubium.

nominatim denuntiatus, vt intelligit Nauar. ſuper d. cap. 27 num. 94.

Sed quęritur, an excõmunicatus à ſuo Epiſcopo ſi inuenitur in aliena diœceſi, poſſit in aliquo caſu abſolui ab Epiſcopo alieno? Dicit, ſi fuit particulariter nominatim excommunicatus, nõ poteſt ab alio vt dictũ eſt: ſed ſi Excõmunicatio fuit generaliter lata, dicendo excommunicamus omnes, qui fecerunt tale furtũ, vel damnum, ait Nauar. poſt alios, quo ſuprà nu. 44 & Sotus in 4 diſt. 22. q. 1. Si ſatisfactum fuerit parti læſæ, poterit ab alio abſolui, quia tunc nulli fit iniuria: & regulariter omnis, qui poteſt abſoluere ab excommunicatione à Iure contracta, vt nunc dicetur, poteſt etiam abſoluere ab excommunicatione ab homine generaliter data: præterquam ab illa, quę dependet ex lite conteſtata inter partes in tribunali proprij Iudicis: & niſi Epiſcopus illam ſibi reſeruauit: puta Epiſcopus per ſtatuta ſynodalia excõicat omnes, qui fecerint hoc, vel illud, cum reſeruatione abſolutionis: tunc nemo alius poteſt eum abſoluere.

Si excommunicatio eſt à Iure diſtingue: aut eſt reſeruata Papę, ſiue ſit in Proceſſu Bullæ Cęnæ Domini, ſiue in corpore Iuris, nemo alius poteſt abſoluere, niſi Papa, aut eius delegatus, & ſi eſt reſeruata Epiſcopo, ſolus Epiſcopus, aut eius ſuperior, & regulariter ab omni excõmunicatione, quę eſt à Iure, ille ſolus abſoluere poteſt, cui Canon reſeruauit; & ſi nulli reſeruauit, poteſt abſoluere ſuus ordinarius, cap. nuper, § in ſecundo, de ſent. Excom. & per ordinarium intellige, nõ ſolum Epiſcopum loci, ſed etiam inferiores, qui habent iuriſdictionem ſiue ordinariam, ſiue ex conſuetudine in ſubditos ſuos; vt Capitulum, aut ab eo electus ſede vacante, cap. vltimo, de maiorit. & obed. lib. 6. & Conc. Tri. Seſſ. 24 c. Rectores, & Abbates Eccleſiarum collegiatarum, qui habent iuriſdictionem ordinariam quaſi Epiſcopalem. Glo. in Clem. 3. de rebus Eccleſiaſticis non alienandis. Archipresbyteri exempti, & huiuſmodi, omnes iſti poſſunt abſoluere à maiori excommunicatione à iure incurſa in caſibus quibus conditor Canonis ſibi, aut alteri non reſeruauit. Ac denique quilibet alius non exẽptus habens iuriſdictionem ſiue ordinariam, ſiue ex conſuetudine, ut aliqui curati (intellige quo ad iſtos) ſi Epiſcopus ſuus illam ſibi non reſeruauit. Quæ facultas competit omnibus prædictis non ex propria auctoritate, ſed ex commiſſione Papæ, quatenus abſolutionem nec ſibi, nec alteri reſeruando intelligitur illam ipſis non interdicere: vt ex dicto cap. nuper, colligitur.

Nota primo, quod ſi omnes iſti prænominati, aliqua excõmunicatione maiori innodati eſſent, non poſſent alios abſoluere 24. q. 1. c. audiuimus.

In mortis articulo.

Nota ſecundo, quòd in mortis articulo quilibet ſimplex ſacerdos, etiam ligatus, & innodatus quocunque impedimento, & cenſura, non tamen præciſus. i. hæreticus & ſchiſmaticus, ſecundum D. Tho. 4 diſt. 18. Caiet. in Summa, Verbo, abſolu. Syl. Verbo, confeſſor. 1. § 26. Sotum lib. 4 diſt. 18. quęſt. 4 poteſt abſoluere non ſolum a peccatis quantumcunque enormibus, & ſuperiori reſeruatis, ſed etiam à quacunque excommunicatione eis annexa; etiam Papæ reſeruata non ſolum in corpore Iuris, ſed etiam ab eis, quæ ſunt contentæ in Bulla Cœnæ Domini, ut in fine illius Bullę adnotatur.

Quæ obſeruanda ſint.

Nota tertio, quòd hic ſunt multa obſeruanda: primum eſt, quòd tunc ſimplex ſacerdos ſe intromittere poteſt in prędictis caſibus, quando periculũ mortis eſt ita pręſentaneum, ut copia ſuperioris, aut acceſſus ad eum qui abſoluere poteſt, haberi non poteſt. Secundum eſt, ut in omnibus caſibus ſupradictis abſoluens faciat eum obligare medio iuramento, ut promittat cum uero propoſito amplius ſimilia, per quæ in ſententiam lapſus eſt, non committere, & tranſacto mortis periculo, cum primò commodè potuerit, teneatur ſe præſentare illi ſuperiori, à quo fuerat antea abſoluendus, non ut iterum abſoluatur, ſed vt pareat mandatis eius humiliter accepturus quę mandauerit: alias cum

Digitized by Google

commodè potuerit,& non ſe præſentauerit iuxta mandatum abſoluentis, ſtatim reincidit in eandem cenſuram,cap.eos qui,de ſenten.excomm.lib.6. ut habetur in dicta bulla.Verum Caie.quem ſequitur Nauar.cap.27.num.46.dicit, non teneri perſonaliter ſe præſentare,ſed ſufficit, ut per procuratorem ſe præſentet.& quamuis tex.in cap.quod de his,eo.tit.oppoſitum dicat, Archid. cui conſentit Silu.Verb.excomm.8.§.8.dicit ita obſeruari in Curia Rom. De peccatis autem ſuperiori reſeruatis,quibus non eſt annexa excommunicatio,non opus eſt vt ſe præſentent.Tertium quod obſeruari debet,eſt,quòd ſi excommunicatio incurſa eſt propter aliquam iniuriam, aut damnum illatum, pro quo opus eſt ſatisfactione,faciat eum prius ſatisfacere,iuxta proprias facultates,c. quamuis, de ſent.exc.& ſi nō poteſt,quo ad damnum illatum, accipiat cautionem pignoratitiam, aut fideiuſſoriam, vt cum primo potuerit ſatisfaciat, & ſi eſt ita pauper, præſtet ſaltem iuratoriam,vt cum ad meliorem fortunam venerit,ſatisfaciat,quia nemo ad impoſſibile tenetur.

Et ſi poteſt,ſed non ſine magna iactura bonorum, puta quia venderet bona ſua vilius notabiliter,ait Nauar.quo ſupra nu.48.accipiat cautionem pignoratitiam,aut fideiuſſoriam,vt ſublato impedimento incommoditatis,ſtatim ſatisfaciat(intellige ſi ille,cui debet,poteſt expectare ſine ſuo magno damno,ut dictum eſt ſupra.cap.de reſtitutione in particulari)de quibus ſupradictis ſtandum eſt conſcientiæ ſuæ in foro pœnitentiali.

Nota quartò, ꝙ ſi in tali mortis articulo nullus ſacerdos haberi poſſet, qui eum abſolueret ab excommunicatione:ſi oſtenderet ſigna contritionis dum è uita migrauit,poſſet impetrari abſolutio poſt mortem ab eo,qui viuum abſoluere poterat,vt ſic poſtea ſepeliri poſſit in loco ſacro, & pro eo celebrari, & deprecari facere.Silu.Verbo,abſol.1.§.8.Nauar.c.26.nu.32. 24

Nota quinto, vt plenè ſciatur quid ſit mortis articulus. Mortis articulus dicitur,prout declarat Panorm.in c.paſtoralis, §.1 nu.5.de offic.ord.Syulueſt.quo ſupra,& Nau.c.2.nu.8 (non ſolū mortis periculū cauſatū ex infirmitate,ſyncopa,& huiuſmodi,vulnere mortali,caſu graui,ſed & mors imminens ex mandato Iuſtitiæ ſolummodo,vt ſentit Sotus in 4.d.18.q.4.art.4) ſed etiam quodlibet periculum morti propinquum,ſcilicet partus difficilis,imminens prælium, quando nauigaturus eſt per loca periculoſa,ſeu mare periculoſum,aut eſt tranſiturus per loca inſidioſa,uel quando imminet periculum mortis ex hoſte,vel latronibus,vel crudeli tyranno:uel quando obſeſſus telis impugnatur,iuſtè tamen ſe defendendo,nam ſi iniuſtè ſe defenderet,peccaret mortaliter, & non poſſet abſolui in foro pœnitentiali.Quæ omnia intellige,ſi periculum mortis imminet probabiliter ad iudicium boni uiri,& non quomodocunque, ſecundum prænominatos doctores. 25

Nota ſexto, prout notat Sotus in 4.d.22.q.3.art.1.quādo alicui confeſſario approbato committitur facultas abſoluendi pœnitentem ab aliqua cenſura virtute alicuius diplomatis,aut Iubilęi,in quo ponitur hęc additio,ſcilicet(ſatisfacta parte,)puta quia illam cenſuram contraxit propter aliquod furtum, vel damnum illatum, aut debitum etiam pœnale, quod adhuc non eſt ſatisfactum,non poteſt eum abſoluere antequam ſatisfaciat, etiam ſi pœnitens non ſit ſoluendo,& cautionem offerret,quia facultas tantum ualet, quantum ſonat:& Summus Pontifex in tali caſu nulli ſacerdotum committit arbitramētum,an excommunicatus ſoluere poſſit,nec ne,ſed tantum Iudici excommunicanti reſeruatur; nec ſufficit cautio, vt accidit ei, qui abſoluitur in periculo mortis, quia ibi imminet periculum, ne decedat ſine abſolutione, & propterea conceditur facultas cum cautione,hic autem non currit tale periculum,vnde ſi non abſoluitur,eſt tamen abſolutus quo ad Deū propter impo- 26

tentiam,& bonam voluntatem,qua tranſacta,ſi non ſolueret,rediret,vt prius. Sed ſi abſolueretur à ſacerdote ſub promiſſione, & poſtea promiſſum non adimpleret, remaneret abſolutus cum damno partis, quod Papa non intendit,quia ſacerdos abſoluit ſimpliciter ſine reincidentia, ut diploma,aut Iubilæus concedit.

Nota. 27 Nota ſeptimo, ꝙ Pius V per vnam ſuam bullam emanatam ſub anno 1568. & vltimò Gregorius XIII. Pontifex Max.per aliā emanatam in an.1572.tertio Idus Septembris,declarauerunt vt quomodocunque huiuſmodi Iubilæi,& gratiæ per prædeceſſores emanauerint,niſi taliter illaqueati ſatisfecerint,aut ſatisfacient dum in futurum concedentur,in eaſdem cenſuras incidiſſe, aut de nouo incidere intelligantur.

28 Nota octauo,ꝙ nomine partis non ſolum intelligitur ille,qui damnum paſſus eſt,ſed etiam Curia fiſcalis,quando cognita cauſa per ſententiam,talis excommunicatus condemnatus eſſet ad ſoluendam pœnam.Sotus quo ſuprà,

29 Nota nono,ꝙ nec etiam talis excommunicatus poſſet abſolui, niſi deſiſteret à peccato propter quod fuit excõmunicatus, puta excõmunicauit epiſcopus concubinarium, vt deſerat concubinam, illū perſeuerando in concubinatu, nihil iuuat diploma.Sed ſi non perſeuerat in peccato,aut eſt res, quæ pertranſiit,puta,fuit excommunicatus,quia non iuit ad proceſſionem;tunc poteſt abſolui virtute illius priuilegij inconſulto excommunicante.

30 Nota decimo, ꝙ ſemel excommunicatus pōt iterum excõmunicari,vel propter eandem cauſam,vel propter aliam ab eodem Iudice,vel ab alio,vel idem reiterando interpellatis temporibus, puta qui hodie percutit Clericū, incidit in pœnā.Si cras iterum eundem,vel aliū percutit,de nouo incidit:& vniuerſaliter toties incidit in cēſurā Can.quoties cõtrauenit canoni,aut mādato Iudicis,c.Engeltrudam.3 q.5.Vnde poteſt abſolui ab una,remanente alia:& Iudex abſoluendo ab vna,non intelligit abſoluere ab alia,ſeu ab alijs, niſi omnibus cauſis cognitis,& expreſſis ſaltem in generali dicēdo feci hoc,& illud,vel percuſſi plures,vel niſi Iudex intenderet ab omnibus, etiam ſi cauſa non exprimatur;quod niſi innoteſcat per aliqua verba,aut ſigna,abſolutus non eſt ſecurus in hoc caſu.Silu.Verbo,Abſolu.3.§.11.

Nota. Et propterea ſacerdos dū abſoluit aliquē uirtute alicuius priuilegij illi conceſſi,dicat abſoluo te à vinculo excommunicationis,quā incurriſti ob talē cauſam exprimendo illā,& poſtea ad cautelā pœnitentis dicat generaliter ſubiūgens,& ſi teneris alio vinculo excommunicationis, à qua poſſum te ſoluere, ego abſoluo te poteſtate mihi commiſſa,& tibi conceſſa in hac parte, uirtute tui diplomatis,aut Iubilæi,& reſtituo te ſanctis ſacramentis eccleſię,& vnitati fidelium,& cætera,quæ dicenda ſunt;& ſi eſt clericus abſoluēdus,ſubiungat (& ſuſpenſionis,& interdicti.) Quo fit, ſi accidat ꝙ pęnitens in confeſſione oblitus fuerit aliquod peccatum, cui annexa erat excommunicatio, & poſtea tranſactio Iubilęo recordatus fuerit eius,non opus eſt, vt amplius ab illa abſoluatur,ſed ſufficit,ut peccatum illud confiteatur.Sed ſi confeſſor illam generalem abſolutionē ad cautelam non fecerit,& pęnitens aliquod peccatum, cui annexa erat excommunicatio,obliuione reliquit,tenetur de nouo confiteri,& abſolutionem ab illa excommunicatione procurare,quia propter eam abſolutio a peccatis non habuit effectum, ut diſcuſſum fuit ſuprà c.quibus cauſis ſit reiteranda confeſſio;& ideo aduertant confeſſores,quòd in omni caſu & tempore antequam abſoluant à peccatis, debent ad cautelam, à cenſuris abſoluere.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM MATERIERVM,

Quæ continentur in hoc eodem decimo capitulo circa Suſpenſionem.

1 DEfinitur ſuſpenſio prout eſt cenſura eccleſiaſtica.
2 Examinantur per ordinem partes definitionis.
3 Dicitur quomodo ſuſpenſio eccleſiaſtica differat ab alijs.
4 Quæ per ſuſpenſionem prohibeantur.
5 Clerici ſoli ſuſpendi poſſunt.
6 Narratur quantos effectus ſuſpenſio facere poſſit.
7 Recitatur Bulla Pij II. ſuper accipientes ordines ſacros ante tempora, vel ætatem à iure permiſſam, & ſine litteris dimiſſorijs.
8 Quando homo dicatur ſuſpenſus ad tempus.
9 Suſpenſio ſine termino quid ſit.
10 Quis poſſit abſoluere à ſuſpenſione.
11 Sine proprio peccato non poteſt incurri pœna ſuſpenſionis.

Digitized by Google

De Suſpenſione.

QVAMVIS prohibitio uſus cuiuſcũque officij, uel facultatis cui cunque facta, ſuſpenſio dici poſſit, tamẽ propriè loquendo de ſuſpenſione, ut eſt una de cenſuris eccleſiaſticis, ſic definiri poteſt.
1 Suſpenſio eſt cenſura eccleſiaſtica, qua prohibetur alicui perſonæ eccleſiaſticæ exercitiũ ſui officij, vel beneficij eccleſiaſtici, in totum, uel in partem, ad certum tempus, vel in perpetuum quo ad partem, ob ſuam culpam.

Et ut hæc definitio melius percipiatur, eius partes per ordinem ſunt examinandæ, ex quibus examinatis, habebitur magna pars intelligentiæ huius materię.

2 Dictum eſt primò (cenſura) pro genere, quia omnis ſuſpenſio propriè ſumpta eſt cenſura, & non econtra; ut patet de excõicatione, & interdicto. Vnde ſequitur quòd non poteſt ferri niſi ab habente iuriſdictionem.

3 Dictum eſt (eccleſiaſtica) ad differentiam ſuſpenſionum laicalium, quæ non ſunt propriè ſuſpenſiones, de quibus hic agitur: ut ſunt ſuſpenſiones ab officio aduocandi, ſuſpenſio alicuius officij, magiſtratus, ſuſpenſio alicuius facultatis conceſſę per Regem dandi gradus, & huiuſmodi.

4 Dictum eſt (qua prohibetur) quia fertur in pœnam, uel alicuius delicti, uel alicuius contumaciæ. Vnde qui uiolat ſuſpẽſionem non ſolum peccat mortaliter, exercẽdo aliquem actum alicuius ordinis maioris, uel minoris ſolenniter, ſed etiam incurrit irregularitatem. ca. 1. §. caueant, de ſententia excomm. lib. 6. & dixi (actum alicuius ordinis) quia ſi exerceret actum etiam eccleſiaſticũ, & ad cultũ diuinum pertinentem, qui non eſt proprius actus alicuius ordinis, nõ incurrit irregularitatem, nec peccat. Vnde ſuſpenſus ab officio ſi pſallat in choro cum aliis, aut canat litanias, aut reſpõſoria defunctorũ, & ſimilia faciat, quę non ſunt annexa ſpecialiter alicui ordini, quamuis ſecundũ additionẽ in Gl. d. cap. irregularitatem incurrat, tamen melius cum Nauarr. dicitur. c. 27. nu. 163. ꝙ non uiolat ſuſpenſionem, quia hęc etiam poſſunt fieri à ſecularibus; ſecus ſi ordinaret in choro, qui eſt ſpecialis actus ſacerdotii, aut celebraret, aut ſolẽniter baptizaret, & diaconus euangeliũ caneret, aut ſubdiaconus ſolẽniter epiſtolã diceret, aut acolytus cereos ferret, uel ampullas porrigeret, tunc incurreret, quia huiuſmodi ſunt facultates, & poteſtates, quæ ſpecialiter traduntur ordinibus, ut dictum eſt. Dixi etiã (ordinis minoris) quia ita uiolatur ſuſpenſio exercendo actum annexum ordini minori, ſicut maiori. Dixi quoque (ſolenniter) quia ſi aliquis acolytus, uel alius porrigeret tantum ampullas, aut cereos ferret tanquam laicus, nõ uiolaret ſuſpenſionem: ſed ſi cum cotta, & habitu decẽti illi ordini ſeruiret, tũc incurreret. Ita etiam dicendum de ſubdiacono ſi caneret epiſtolam cum cotta ſine manipulo, ut ſolent facere quandoque Clerici in minoribus, ſcilicet non incurreret, ſecus ſi cum manipulo. Hinc etiam ſequitur ſi aliquis eſſet ſuſpenſus à perceptione ſacramẽtorũ, quamuis percipiendo peccaret mortaliter; non tamen eſſet irregularis: tum, quia perceptio illa non eſt aliquod opus peculiare alicui ordine annexum. cap. ſi celebrat, de cler excom. miniſtr. tum quia illa non eſt propria ſuſpenſio, ſed impropria, quę ab aliquibus uocatur ſuſpenſio minor. Secus autem ſi eſſet ſuſpenſus à collatione eorũdem, tunc enim incurreret dando illa ſolẽniter: dico ſolenniter ut adminiſtrare baptiſmum quando ſine ſolennitate eum conferret tanquam laicus.

Dictum

Dictum eſt (perſonę eccleſiaſticæ) ad excludendum prohibitiones factas laicis de eorũ officiis, ut dictum eſt; uel factas perſonis eccleſiaſticis de aliis exercitiis, quam quia ſint eccleſiaſtici. Vnde ſuſpenſio facta Clerico aduocandi, etiam in foro eccleſiaſtico, non eſt cenſura, de qua agimus, quia talis aduocatio non eſt propriè officium eccleſiaſticum. Hinc ſequitur, quòd ſicut ſoli Chriſtiani poſſint excommunicari, & non infideles, ita ſoli Clerici, & non laici ſuſpendi poſſint.

Dictum eſt (officij, uel beneficij) nam tripliciter quis ſuſpendi poteſt, ſcilicet, uel à beneficio tantum, uel ab officio tantum, uel ab utroque, cum dictione (&) dicendo, ſit ſuſpenſus ab officio, & beneficio, ut habetur in cap. quia ſępe, de electione lib. 6. ubi ſuſpenditur Capitulum, & ſingulares perſonæ ab officio, & beneficiis, quę uacante ſede Epiſcopali, vel Collegiata, vſurpant ſibi aliqua bona, quæ reliquit uita functus, aut collecta fuerunt tempore uacationis: tunc planum eſt eos eſſe priuatos facultate exercendi officia ordinum eligendi, & huiuſmodi, nec fructus beneficiorum exigere poſſunt, ſiue ſuſpenſio ſit à Iure, ſiue ab homine, & ſi taliter ſuſpenſus eſt Epiſcopus, priuatur etiam iuriſdictione ſpirituali, & conferendi beneficia. Si autẽ cũ dictione (vel) tũc ait Gof. & poſt eum Petrus de Ancha. hanc ſententiam propter incertitudinem non ualere. Si ſuſpenſio eſt à beneficio tantum, ut habetur c. ſtatuimus, §. qui verò, de elect. lib. 6. vbi ſuſpenditur à beneficiis per triennium ille, qui obiicit contra perſonam electi ad aliquam dignitatem, uel perſonarum, defecerit in probatione: tunc non per hoc eſt ſuſpenſus ab ordine, uel iuriſdictione, quæ ei competit alia via: quia ut dicit Glo. in cap. cum Vintonienſis, de electione: talis ſuſpenſio extenditur ſolum ad fructus beneficiorum, nõ autem ad facultatem adminiſtrandi in ſpiritualibus, & temporalibus, unde poſſunt tempore ſuſpenſionis officiare, & hmõi pſtare poſſunt tamẽ auctoritate ſuperioris, ſi egẽt, de fructibus modicam ſuſtentationem habere; ſed ſi haberent patrimonium, vnde uiuerent, tunc temporis nihil de beneficio habere deberent. Si ſuſpenſio ſit ab officio tantum, tunc nõ cenſetur ſuſpenſus à beneficio, unde poteſt ſuſcipere fructus beneficij, præter eos, qui dantur intereſſentibus pro diuinis officiis, ut ſunt diſtributiones quotidianę & huiuſmodi. Sed cenſetur ſuſpenſus ab ordine, & à iuriſdictione ſpirituali, & ab omnibus, quę fundantur in ordine, & ſi eſt Epiſcopus intelligitur etiam à pontificalibus, ut habetur d. 18. c. ultimo, ubi ſuſpenditur Epiſcopus per duos menſes ab officio, ſi poſt peractum cõcilium prouinciale, intra ſex mẽſes nõ conuocarit omnes Abbates, Presbyteros & clericos referens eis omnia acta in Concilio. Si autem ſimpliciter dicitur (ſuſpenditur ab officio) ſine additione (tantũ) an intelligatur etiã à beneficio? ſunt opiniones, ut refertur in glo. cap. cupiẽtes, de ſent. excomm. in Clem. V. ſed melius dicitur, ut diſtinguit Abbas, & Gaſp. referente Sylueſt. Verbo ſuſpenſio, ſcilicet, ſi ſuſpenſio incurritur ob leuem culpam, nõ intelligatur à beneficio: ſi ob graue peccatum, tunc intelligitur: ſed Nauar. c. 27. nu. 160. ait tunc intelligi, qñ ſuſpenſio eſt ita diuturna, vt tacitè, uel expreſsè uim habeat priuationis etiam à beneficio: & credo ꝙ ſuſpenſio ità diuturna nõ poteſt eſſe, niſi ob graue peccatũ. Si ſuſpenſio ſit à diuinis officiis, tunc non poteſt officiare, ordinare in choro, nec intereſſe, aut ſacra audire, niſi tãquã laicus, aliter eſſet irregularis, ut hr c. cum medicinalis, de ſent. excom. li. 6. ſi ſuſpenſio eſt ab ingreſſu Eccleſię, tũc non poteſt in illa celebrare, & uti officio ſuo ſine irregularitate, ſed extra illã, nec poſſet in illa audire diuina ſine peccato mortali, quamuis tunc non eſſet irregularis, ſecundum Sylu. quo ſupra. §. 2. poſſet bene in illa orare tempore quo diuina nõ celebrantur, poſſet etiam extra illam celebrare, & uti iuriſdictione, ſcilicet abſoluere, & ligare, & ſimilia agere, ut notat Glo. in c. is cui, de ſent ex-

Digitized by Google

com.lib.6. Si ſuſpenſio eſt ab ordine tantum, non pôt ea, quæ ſunt ordinis exercere, pôt tamen ea, quę ſunt iuriſdictionis, ac etiam fructus beneficij percipere ſi eſt beneficiatus. Et ſi dicit ab ordine ſimpliciter, intelligitur ab omni ordine, & per conſequens ab omnibus fundatis in illis, ſecundũ Panor. Si autem dicit ab uno ordine intelligitur ab illo tantũ; ſi dicit à diaconatu intelligitur etiam à ſuperiori, & non ab inferiori, & ſic de aliis. Syl. quo. ſup. Et uniuerſaliter ſuſpẽſus à quibuſdam actibus, non eſt ſuſpenſus ab omnibus, ſeu ab alijs. cap. ſignificauit, de corpore uitiatis; ubi ſuſpenditur non ab alijs officijs, ſcilicet baptizare, confeſſiones audire, & ſimilibus, qui fecit ſibi uirilia amputare, putans ſe obſequium præſtare Deo, quia ſuſpenſio non operatur, niſi ad limites ipſius. Multi alij caſus ſunt præter iſtos, qui tangũt ſolos Epiſcopos, & quia de illis parũ aut nihil ad confeſſarios, ideo tranſimus.

Dictum eſt (in totum, uel in partem) quia quãdoque quis ſuſpenditur ab omnibus ordinibus, ut dictum eſt: quandoq; autem ab uno ordine tantum; ut in Extrauag. Pij II. Cum ex ſacrorum. ubi ſuſpenditur qui ante legitimam ętatẽ, aut ſine dimiſſoriis ſui ordinarii, uel extra tempora ſtatuta ſacros ordines ſuſcipere pręſumpſerit; Vnde qui ante vigeſimũ quintum annum ordinem ſacerdotalem ſuſciperet, non poſſet celebrare, ſolẽniter baptizare, ordinare in Choro, & alia quæ ad talem ordinem pertinent exercere, donec abſolutionis beneficium à Papa fuerit aſſecutus, quamuis per cap. conſultatione, de temp. ordin. de iure antiquo uideatur ad Epiſcopos ptinere: quia hęc Extrauagans eſt poſt dic. c. cõſultationi. Sed hodie Epiſcopi poſſunt abſoluere ab ea in foro conſciẽtiæ, & nõ exteriori, quando eſt occulta per Conc. Trid. Seſſ. 24. c. 6. Poſſet tñ talis ſuſpẽſus officiũ diaconatus & ſubdiaconatus exercere, ut ait Gloſator illius Extrauagantis, & habetur per Glo. Verbo (Anno) in Clem. generalem, de ætate, & qualit. & ita in aliis ordinibus dicendũ eſt: quod intellige, si in illo nõ celebrauerit, nam aliàs eſſet irregularis, & conſequenter ab omnibus ordinibus impeditus: ſuper quam irregularitatem; si occulta fuerit, etiam ipſi Epiſcopi diſpenſare poſſunt, ut habetur in Concil. Triden. Seſſio. 74. c. 6. Et ad uberiorẽ huius doctrinę certitudinem, uolui prædictam Bullã hic inſerere, quę sic incipit.

Bulla contra promotos ante legitimam ætatem, aut extra tempora, aut ſine dimiſſoriis.

7 *PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Cum ex ſacrorum ordinũ collatione character inuiſibilis animę imprimatur, ſacra myſteria diſpenſentur, ipſarum cura tribuatur animarum in eorum ſuſceptione, exceſſus graues tanto magis plectendi ſunt, quanto ex illis maiora in mentibus fidelium ſcandala generantur. Cum itaque ſicut ex fide dignorum relatione, non niſi moleſtè accepimus: nonnulli clericorum extra tempora à iure ſtatuta, quidam ante ętatem legitimam, aliqui verò ſine dimiſſorijs litteris, cõtra ſanctiones Canonicas, ſe faciũt ad ſacros ordines promoueri;*

Digitized by Google

moueri: nos eorundem temeritatem tali caſtigatione reprimentes, vt alijs in poſterum committendi ſimilia aditus præcludatur, auctoritate Apoſtolica, hac Cōſtitutione perpetuo valitura, ſtatuimus, & ordinamus, quod oēs, & ſinguli, qui abſque diſpenſatione canonica, aut legitima licentia, ſiue extra tempora à iure ſtatuta, ſiue ante ętatem legitimam, vel abſque dimiſſorijs litteris, etiam citramontani à citramontanis, (Præterquam ſi in hoc vltimo caſu, per Cameram Apoſtolicam iuxta illius ſtylū ordinati fuerint) ad aliquem ex ſacris ordinibus ſe fecerint promoueri; à ſuorum ordinum executione ipſo iure ſuſpenſi ſint: Et ſi huiuſmodi ſuſpenſione durante, in ipſis ordinibus miniſtrare præſumpſerint, eo ipſo irregularitatē incurrant. Præterea, vltra alias pœnas generaliter à iure inflictas, Beneficijs Eccleſiaſticis poſſint iure priuari. Volumus autem quòd præſens noſtra Conſtitutio, in Romana Curia exiſtentes poſt quindecim dies: abſentes verò Italicos poſt duos menſes, alios verò Vltramontanos poſt ſex menſes ab ipſius in audientia contradictarum, & Cancellaria Apoſtolica publicatione, & affixione, ligare incipiat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri ſtatuti, ordinationis, & voluntatis frangere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prȩſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno ab incarnatione Dominica Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimoquinto. 10. Kal. Decembris, Pontificatus verò noſtri anno quarto.

Dictum eſt (ad certum tempus) quia quandoque iura ſuſpendunt ad tempus determinatum, ſcilicet ad menſem, ad annum, ad duos, vel tres annos, & ſimilia, ut habetur cap. præſentium, de clerico percuſ. vbi ſuſpenditur clericus, qui in quodam conflictu pro parte eorum, qui uiolentiam repellebant, proiecerat lapides contra aduerſarios, nec aliquem percuſſit, quāuis ibi aliqui mortui ſint: quia non fuit in culpa, punitur ad cautelam, ut abſtineat à celebratione Miſſarum per biennium, quo tranſacto admittitur, & ita in alijs Extrauagantibus, & Decretalibus videtur: vnde tranſacto tempore præfixo, ipſo iure tollitur ſuſpenſio, ſiue ſit à iure, ſiue ſit ab homine, Gl cap. ſacro, de ſent. excom. Quandoque ſuſpenſio ſit ad tempus conditionatum, puta donec ſatisfecerit, vt habetur cap. quia ſępe, de elect. in 6. & c. ſi qui ſunt, 81. diſtin. ubi ſuſpenditur ſacerdos, diaconus, vel ſubdiaconus publicus fornicarius, donec pœnituerit: ita quòd ſicut per ius incurritur, ita peracta pœnitentia, ipſo iure tollitur, & ſic de alijs.

Dictum eſt (vel in perpetuum quoad partem) & hoc accidit quando in Canone, vel in ſententia Iudicis non apponitur aliqua determinationis clauſula, vt notat glo. in c. vnico, Clem. 3. de rebus eccle. alienan. & notanter dixi (quo ad partem) quia nunquam ſuſpenditur quis in perpetuum, quo ad omnia, & ſi aliquando alicui prohibetur exercitium, officium, beneficium, & omnia huiuſmodi in perpetuum, tunc hęc prohibitio non vocatur ſuſpenſio, ſed depoſitio, per quam clericus omnibus iſtis priuatur, & efficitur inhabilis omninò pro ſemper ad ordinem obtinendum, & exercendum; ſed per ſuſpenſionem impe-

ditur aliquis tantum ab exercitio alicuius, vel aliquorum iſtorum. Sed quis 10 ab ea abſoluere poteſt? Dicitur, ſi eſt ab homine, is, qui eam tulit, uel eius ſucceſſor, aut ſuperior: ſi eſt à Iure, ille, cui Canon reſeruauit. Et ſi Canon nulli reſeruauit, poteſt Epiſcopus, ait Glo. in Clem. multorum, de hæreticis Verbo, excommunicationis. Sed Nau. c. 27. nu. 161. & Syl. Verbo ſuſpen. §. 8. cum multis alijs ad mentem Pan. diſtinguũt, ſi eſt ob contumaciã, poteſt Epiſcopus ſi autem inflicta eſt in pœnam delicti, non poteſt. Hodie tamen per Cõc. Trid. loco ſupra allegato, Epiſcopi poſſunt ſuper omnem ſuſpenſionem prouenientem ex delicto occulto, in foro tantum conſcientiæ, dummodo non ſit deducta ad forum contentioſum diſpenſare.

11 Dictum eſt (ob ſuam culpam) ad differentiam irregularitatis, quæ quandoq; prouenit ex actu non culpabili, ut inferiùs uidebitur; & dixi (ſuam) ad differentiam interdicti, quod ponit quandoque pro culpa aliorum; ſed ſuſpenſio nũquam incurritur ſine propria culpa, arg. cap. 2. de conſtitutionibus, ſaltem ueniali, ſecundum Caiet. in Summa. Et ſi aliquando incurritur ſine peccato, ut eſt ob ſenectutem, lepram, debilitatem, & alia ſimilia, & quæ non ſunt annexa alicui ordini, iſta tamen dicitur ſuſpenſio largo modo, & impropria: unde contrafaciens non incurrit irregularitatem, ut accidit ſuſpenſioni propriè dictę, licet quandoque peccet, ut accidit illi, qui ſuſpenſus eſt à prædicatione, ſecundum Sylue. (quãuis Nauar. dicat irregularitatem incurrere & male) quia prædicatio non eſt officium annexum alicui ordini: idem dicendum de ſacerdote uago, & ignoto, aut publicè criminoſo; quibus prohibetur celebrare, nõ efficeretur irregularis celebrando, quia illa prohibitio non eſt propriè ſuſpenſio: uerum ſi ſacerdos uagus celebraret Neapoli ſine licentia ordinarij, incurreret excommunicationem ſynodalem. Item eſt alia ſuſpenſio, quam uocant minorem, quæ incurritur in duobus caſibus, ſcilicet propter excommunicationem minorem, in qua ſi celebrat, peccat quidem mortaliter, ſed non efficitur irregularis, quia non eſt uera ſuſpenſio, de qua eſt ſermo.

ca. quæſitum, de cohabitatio. Cler. Seſſ. 13. cap. 7.

Et propter peccatum mortale, in quo quis exiſtens antequam pœniteat, non poteſt ſine nouo peccato participare in ſacramentis: immò per Concil. Trident. etiam ſi eſſet quantumcunque contritus non poteſt celebrare ſine ſacramentali confeſſione: niſi dum urgenti neceſſitate currente, copia confeſſoris haberi non poſſet: quo facto, ſtatim poſtea confiteatur, & hæc pro confeſſarijs ſufficiant.

Seſſ. 13. c. 7.

SVMMARIVM MATERIERVM, Quæ continentur in hoc eodem decimo cap. circa Interdictum.

1 *POnuntur multę diuiſiones Interdicti, quę declarantur.*

2 *Communitas interdici poteſt, & non excommunicari.*

3 *Declaratur per multa notabilia quomodo interdicta vna re, intelligatur interdicta & altera.*

4 *Interdicto populo, intelliguntur interdicti & ciues, etiam qui extra ciuitatem inueniuntur, & incolæ, qui iam ciues effecti ſunt.*

5 *Docetur interdictum legale eſſe duplex.*

6 *Eccleſia polluta eſt interdicta, & declaratur quando propriè intelligatur polluta.*

7 *Definitur interdictum, & declarantur partes.*

8 *Tempore generalis interdicti localis, in quattuor feſtiuitatibus anni celebrari poteſt ianuis apertis, eoque tunc ſuſpenditur interdictum, declarando, quæ fieri poſſint tunc temporis.*

9 *Quæ ſacramenta miniſtrari poßint tempore interdicti, quæ non intelliguntur interdicta.*

10 *Quibus negatur ſepultura, reſpectu interdicti.*

11 *Violantes interdictum, quam pœnam incurrant.*

12 *Habens priuilegium audiendi miſſam tempore interdicti, poteſt illud extendere ad ſuos familiares.*

De Interdicto.

INterdictum eſt nomen in utroque iure vſitatum, ſed ſecundum ius Canonicum, prout eſt una de Cenſuris, dicitur quaſi prohibitum. Et antequam definiatur, ſunt quædam pręmittenda.

Interdictum eſt duplex, ſcilicet locale & perſonale, locale eſt quando interdicitur locus, perſonale eſt, quando interdicitur populus, vniuerſitas, collegium, capitulum, & ſingulares perſonę, & quandoque nominatim, ut in c.cum, §.excommunicatos, de priuilegijs.

Et utrumque eſt duplex, ſcilicet generale, & particulare.

Interdictum generale locale eſt, quando interdicitur Regnum, Prouincia, Ciuitas, Caſtrum, Villa, aut locus. Nauar. c. 27. nu. 160.

Interdictum ſpeciale locale, eſt quando interdicitur una eccleſia, uel plures vnius Ciuitatis, prouinciæ, uel loci. Immò ſecundum Archid. referente Syl. verbo interdi r. §.7. quando omnes eccleſiæ unius prouinciæ, ciuitatis, aut loci, interdicuntur, dicitur interdictum particulare locale: nam qñ interdicitur totũ Regnum, aut Ciuitas, uel locus, & tũc non ſolum non põt celebrari in eccleſijs ipſius Regni, Prouinciæ, Ciuitatis, uel loci, ſed ẽt nullibi illius loci interdicti, *Interdictum ſpeciale locale.*

dicti, ſed ſi interdicuntur etiam omnes eccleſiæ vnius Prouinciæ, Ciuitatis, uel loci, poteſt celebrari extra eccleſias in alijs locis prouinciæ Ciuitatis, aut loci, vt in tentorijs, domibus, & huiuſmodi, & ibi audiri diuina.

Interdictum generale perſonale eſt, quando interdicuntur omnes homines vnius Regni, prouinciæ, Ciuitatis, aut loci.

Interdictum generale perſonale. 2 Interdictum ſpeciale perſonale eſt, quãdo interdicitur aliqua pars hominũ, vt Vniuerſitas, Clerus, aut certa perſona, uel incertæ perſonæ, dicendo ſubijcia tur interdicto, qui fecerit hoc, vel illud. Sylu. Ver. quo ſuprà.

Interdictum ſpeciale. 3 Nota primò, quod quamuis de iure communi ſententia excommunicationis ferri non poſſit in Communitatem, ut dictum eſt ſuprà: ſententia tamen interdi cti poteſt, vt patet per Decretales.

Nota ſecundò, quando interdicitur Collegium, aut Clerus, non intelligitur populus, quia Clerici ſunt alterius profeſſionis. Et quãdo interdicitur populus, intelliguntur interdictæ omnes perſonæ ſingulares de populo, ac etiam mulieres, & impuberes doli capaces, & ſecundum Nauar. cap. 27. num 168. etiam infantes, & dementes, quia aliquis innocens poteſt interdici ob culpam alterius. Sed non intelligitur Clerus, niſi de eo expreſſa mentio fiat, cap. ſi ſententia, de ſententia excomm. in 6.

Nota tertiò, quando interdicitur ciuitas, uel quilibet alius locus, non intelli guntur interdicti habitatores illius ciuitatis uel loci, unde quamuis in illa non poſſint audire diuina, tamen extra ciuitatem, aut locum interdictum audire poſſunt. Item quando interdicitur eccleſia vna, aut plures, non intelliguntur interdicti clerici illius, ſeu illarum eccleſiarum, vnde poſſunt extra illam, ſeu il las in alijs eccleſijs, uel locis celebrare, & alia diuina officia exercere. ibidem.

Nota quartò, quando interdicitur ciuitas, aut caſtrum aliquod, intelliguntur etiam interdicta ſuburbia, & continentia, cap. ſi ciuitas, eo. tit. Et per ſuburbia intelligũtur communiter burgi illius ciuitatis, vel caſtri, qui incipiunt à porta illius iuxta viam publicam: & per continentia, intelliguntur ædificia, quæ ſunt propè mœnia circa ciuitatem, quamuis non ſint contigua. Sed quantam diſtantiam iſta continentia requirant arbitrio iudicis definiendum eſt. Glo. ibid.

Nota quintò, quando interdicitur Eccleſia, intelligitur etiam Cœmiterium contiguum, & omnes Capellæ illius Eccleſiæ contiguæ, quarum extrema parietum ſe contingunt: ſecus ſi non eſſent contiguæ. c. ſi ciuitas.

Nota ſextò, quando interdicitur Ciuitas propter peccatum Domini, aut maiorum illius, nullus habitator poteſt ibi audire diuina: ſed illi, qui. non fuerunt culpabiles, poſſunt audire extra Ciuitatem & continentia, & ſuburbia, & eligere ſepulturam: niſi fuerint & ipſi interdicti, ut peccatum Domini, ſeu maiorum in ipſis puniretur, quia quandoque unus punitur pro alio. Culpabiles verò nullibi audire poſſunt, d. cap. si ciuitas.

Nota ſeptimò, qãdo interdicitur populus alicuius ciuitatis, incolæ, qui nõ ſunt ciues, nec de populo, poſſunt ibi audire diuina, nisi etiã & locus eſſet interdictus, quia tunc non poſſent; ſed extra. nec forenſes venientes ad loca inter dicta poſſunt ibi audire, uel facere diuina: quia locus interdictus eſt cuicunque interdictus. Vnde illi qui habitant continuè in continentijs, & ſuburbiis, eo quod ſunt ciues, & de populo, ſunt interdicti, ſicut & populus Ciuitatis.

Nota octauò, quando interdicitur Capitulum, aut Clerus alicuius Eccleſiæ, non intelligitur interdicta illa Eccleſia: Vnde Clerici alterius Eccleſiæ poſſunt in illa officiare, & diuina celebrare: quia aliud eſt interdicere Ciues, ſeu Clerũ, aliud ciuitatem, ſeu Eccleſiam, & aliud utrunque, c. eodem.

Nota nonò, quod interdicta aliquà familià, Clerici de familia intelliguntur interdicti, niſi ſpecialiter excipiantur. Sylu. Verbo, inter, §. 16.

Nota

Digitized by Google

Nota decimò, ſi quis de populo interdicto ſe transferat ad locum non interdictum, primo relicto, ſi eſt de illis, qui fuerunt in culpa, ut interdictum poneretur; quocunque ſe transferat, remanent interdicti: niſi ingrediatur Religionem, nam facta profeſſione, poſſunt ordinari, ſi autem non fuerunt in culpa, dũ deſinunt eſſe de populo interdicto, deſinunt eſſe interdicti; ita tenet Cal. ſuper cap. Alma. de ſentent. excomm. in 6. quem ſequitur Sylue. quo ſupra §. 10. & ſi banniatur, ſimpliciter deſinit eſſe interdictus, ſi uerò regulatur ad tempus, remanet de populo, & ex conſequenti, remanet interdictus. Sed quęritur an ciues, qui dum poſitum fuit interdictum, erant abſentes, uel ſi erant in ciuitate contradixerunt delicto, propter quod fuit poſitum interdictum, ſint cum populo, aut Vniuerſitate interdicti? Reſp. Sylu. quo ſupra Cum Cald. & Io. And. quòd ſic, quia quandoque hac pœna innocens punitur cum nocente. cap. ſi ſententia.

Nota denique quòd qui efficitur de populo interdicto, antequam relaxetur, fit interdictus, quia populus eſt idem hodie, qui fuit ante centum annos, Gloſ. in cap. ſi ciuitas, de ſent. excomm. in 6.

Interdictum eſt etiam duplex, ſcilicet à Iure & ab Homine.

Interdictum à Iure quandoque eſt generale, vt habetur cap. quam, de cenſibus & exact. lib. 9. Vbi interdicitur communitas, ſeu uniuerſitas, quę indebitè faciunt ſoluere pędagia, aut alias exactiones perſonas Eccleſiaſticas pro transferendis rebus ſuis neceſſariis, aut transferenda perſona, quòd interdictum nõ ralaxatur donec ſatisfecerint. & dictum eſt (neceſſariis) quia ſi transferunt fructus, etiam patrimoniales negotiationis cauſa, tenentur. Glo. ibi. Et ut habetur etiam in cap. Clericis, de immunitate Eccleſiaſtica. lib. 6. vbi interdicitur Vniuerſitas, quę ſine aſſenſu Summi Pontificis facit ſoluere perſonas Eccleſiaſticas collectas, aut talias, aut quęcunque alia onera ſub titulo ſubſidii, aut doni, ſeu quouis alio titulo. & Clerici neſcio Pontifice in hoc conſentientes, incurrunt ſententiam excommunicationis: & ita in multis aliis locis.

Quandoque interdictũ à Iure eſt ſpeciale locale, ut habetur in cap. Animarum de ſepulturis, in 6. vbi præcipitur Religioſis, & Clericis ſecularibus, ut neminẽ inducant ſub iuramento, aut uoto, aut fidei interpoſitione, ſeu alio modo ad eligendum ſepulturam in ſuis Eccleſiis, aut electam non mutandam, ſub pęna (ſi ita ſepelire præſumpſerint in ſuis Eccleſiis) reſtituendi ſtatim quidquid occaſione ſepulturę ad eos peruenerit, & infra decẽ dies corpus ſepultũ (ſi petatur) computando à die petitionis reſtituatur eis, ad quos de iure pertinebat ſepelire, quãdo ſine electione ſepulturæ deceſſiſſet, quę niſi perfecerint, Eccleſia, & cœmiterium (ubi ſepultum fuerat) remaneant interdicta, donec integra ſatisfactio facta fuerit. Et ut habetur etiam in cap. is, qui, de ſent. excomm. in 6. vbi per iniurioſam ſanguinis effuſionem, aut per effuſionem ſeminis Eccleſia polluta, efficitur interdicta, donec per Epiſcopum reconcilietur. Verum tunc eſt reconcilianda, quando effuſio eſt ſanguinis humani, & non animalis; in magna quantitate, & non quattuor, aut quinque guttarum: & iniurioſè id eſt ex induſtria, & non à caſu, uel natura: inuadendo, & nõ ſe defendẽdo: & quòd uulneratio ſit facta intra Eccleſiam, & non ſupra, puta telis, uel ſubter in cella cauernę quamuis intra illam in terram ſanguis non cadat. Et effuſio ſeminis ſit fornicaria, uel etiam cum Vxore, tempore tamen quo non aliqua neceſſitate habitarent ibi, vbi in tali caſu licitum eſſet viro reddere debitum, & non aliter: & hoc modo intellige opinionem Archidiaconi, dicentis licitum eſſe vxori debitum in Eccleſia reddere, & quòd caſus ſit publicus, & non occultus; quibus cõditionibus narratis deficientibus, non eſt opus, ut reconcilietur. pro quibus uide c. ſi Eccleſiam, de conſecratione Eccleſię, in 6. Sed ſi antequam reconcilietur aliquis 6 *Eccleſia quãdo polluatur.*

quis

quis ibi celebraret, non efficeretur irregularis, ſed eſſet puniendus arbitrio Epiſcopis, cap. is qui, de ſent. excomm. in 6.

Interdictum particulare perſonale eſt quando interdicitur alicui ſingulari perſonę diuinum officium, vt habetur cap. ex litteris, de officio delegati. His prælibatis ad definitionem ipſius deueniamus.

7 *Definitio.* Interdictum Eccleſiaſticum eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua prohibentur, ſiue à Iure, ſiue ab homine omnia diuina officia, & certa ſacramenta, & Eccleſiaſtica ſepultura.

Dictum eſt (cenſura Eccleſiaſtica) ad differentiam ceſſationis à diuinis, quæ eſt quid facti, qua ſuſpenduntur aliqua, puta Clerici ſuſpendunt organa ſua nõ officiando Eccleſiam: ita quod ibi tunc celebrando non incurritur irregularitas ſicut ſi eſſet interdicta. Glo. in cap. ſi canonici de officio ordinarii in 6. ſed interdictum eſt quid Iuris, quo uiolato incurritur pœna irregularitatis. cap. is, qui, de ſent. excom. in 6.

Dixi (qua probibetur) vt me pręſeruarem ab interdicto Iuris ciuilis, quo nõ ſemper prohibetur, ſed quandoque præcipitur fiendum.

Dictũ eſt (ſiue à iure, ſiue ab homine) quia dupliciter poteſt poni, & ab homine ſcilicet eo, qui poteſt excommunicare, & ſuſpendere. Nau. cap. 27. n. 168. & à Iure; ut patet in corpore Iuris, prout dictum eſt ſuprà, & in his conuenit, cum alijs cenſuris.

Dictum eſt (omnia diuina officia) & per diuina officia intelliguntur omnia exercitia alicui ordini, ſiue maiori, ſiue minori ſpecialiter deputata, eo mõ, ut dictum eſt ſuprà de Suſpenſione. Dixi (ſpecialiter ordini deputata) quia illa, quę non ſunt ordini deputa, exercere poteſt. Vnde quando Clericus eſt interdictus, poteſt benedicere menſam, poteſt agnonizantibus officium recommendationis animæ exercere ſine interdicti uiolatione, ſecundum Cal. quia iſta non ſunt diuina officia. poteſt etiam dicere litanias cum cantu, & ſine cantu, ſine tamen ſolennitate. i. ſine Cruce, cottis, & proceſſione, quia ſine iſtis poſſunt etiã a ſęcularibus dici. Nauarrus quo ſuprà. Non poſſet dicere miſſam ſiccam. Non poteſt benedicere aquam, & populum aſpergere. Et ſi populus tãtum eſt interdictus, & non ſacerdos, poteſt aquam benedicere ianuis clauſis ſubmiſſa voce, ita ut non audiatur à ſæcularibus, ſed non poteſt populum aſpergere, poteſt tamẽ populus interdictus ſumere aquam benedictam de fonte, dum Eccleſiam ingreditur, & ibi priuatim orare tempore, quo diuina non celebrantur, & non dum celebrantur, nec ibi manere, ſed tranſire tantum per Eccleſiam de vna ianua ad aliam, ſecundum Nau. quo ſuprà, num. 173.

Quando Clericis interdicuntur officia ordinum: habentes primam tonſurã canendo in officio, non efficiuntur irregulares, quia primã tonſura non eſt ordo. Sed quædam emancipatio Deo facta; Sylu. Verb interd. 6.

Quando interdictum eſt locale particulare, ideſt ſola Eccleſia particulariter eſt interdicta, non licet Clericis ibi celebrare diuina, & horas recitare, etiam ſi dicerent ſummiſſa voce, ianuis clauſis. Sed quando interdictum locale eſt generale, Clerus poteſt Eccleſias officiare, & diuina celebrare, ianuis clauſis, ſubmiſſa voce, ne à tranſeuntibus audiantur, excluſis inde excommunicatis, & interdictis, niſi interdicti fuerint priuilegiati, campanis non pulſatis: & Clerici nõ intereſſentes amittunt diſtributiones quotidianas, ca. Alma de ſent. excomm. Dixi campanis non pulſatis ad ſignificandum horas officij dicendi, vt eſt prima, Miſſa, Veſpera, & Cõpletorium: ſed ad ſignificandas horas diei, puta horam meridianam & Aue Maria, pulſari poſſunt, vt ibi Glo. Poſſunt etiam tempore interdicti generalis in quattuor feſtiuitatibus Anni. ſ. Paſchæ Reſurrectionis, Pentecoſtes, Natiuitatis Domini, & Aſſumptionis B. Mariæ Virginis,

diuina

Digitized by Google

diuina celebrari in Eccleſiis ianuis apertis,alta voce, pulſatis campanis,& om nia facere, quæ fierent extra interdictũ,ac ſi non eſſet interdictum,per notata ſuper illo verbo.cap.allegato (ſicut prius) quia tunc ſuſpenditur:admiſſis etiã interdictis hominibus ad diuina,ſed non excõmunicatis,& qui fuerunt in culpa,ut interdictum poneretur, debent ſtare remotius, & non appropinquare ad oblationes,nec admitti ad offertorium,c.eo.tit.eo.Et ultra illas quattuor feſtiuitates;per Extrauag.Martini V.additur feſtum Sanctiſs. Corporis Chriſti cum eius octaua.Sed quæritur,quando iſta feſta incipiunt,& deſinunt:quantum ad principium omnes conueniunt, quòd incipiunt à primis veſperis vigiliæ , ſed quantum ad finem omnes non conueniunt , nam aliqui tenent quòd deſinunt in ſecundis veſperis , ſed melius Archid.cũ multis alijs , quos ſequitur Nauar. quo ſuprà dicunt,vſque ad Cõpletorium , quia in beneficiis eſt larga facienda interpretatio.Et quando ſuſpenditur interdictum à Iudice,ſi ſuſpenditur quo ad omnia,poſſunt fieri ſicut prius: ſi ſuſpenditur, quo ad aliqua, puta quo ad ſepulturam tantum, poſſunt fieri omnia,quę ad ſepulturam pertinent,vel quo ad celebrationem Miſſarum tantum , & ſecundum quòd tenor ſuſpenſionis oſtendit,ita obſeruandum eſt, nec poſſunt fieri alia , quàm illa.idem obſerua , quo ad tempus, quo ſuſpenditur. 8 c.alma, ti.de ſent. exc. Dubium.

Dictum eſt(certa ſacramenta)non enim omnia ſacramenta prohibentur dari tempore interdicti: nam quando ponitur generale interdictum poſſunt iſta cõferri,ſcilicet Baptiſmus,tam paruulorum,quàm adultorum,propter mortis periculum:poteſt etiam Epiſcopus Confirmationis ſacramentum conferre.poteſt quoque ſacramentum pœnitentiæ, & viaticũ morientibus,& verè pęnitentib. dari . Vnde propter hoc põt celebrari Miſſa ſemel in hebdomada propter Corpus Chriſti conficiendum,ianuis clauſis, voce ſubmiſſa,cãpanis non pulſatis, excommunicatis & interdictis excluſis, cap.permittimus,de ſenten.excom. Et per c.Alma,de ſen.excom.in 6.iſta Decretalis eſt moderata quod poteſt etiam interdictis ſanis pœnitentiæ ſacramentum miniſtrari , non tamen Euchariſtia, vt ibi gloſ.dummodo non ſint excommunicati,aut de illi,quorum culpa,dolo, uel fraude interdictum poſitum fuit,aut dederunt auxilium,vel fauorem,quorum occaſione poſitum fuit,niſi ſatisfecerint, aut cautionem de ſatisfaciendo dederint;quia tunc poteſt concedi, aliàs non . 9

Poteſt etiam celebrari matrimonium , ſine tamen benedictione nuptiarum. Non poteſt dari extrema vnctio ,etiam ſi eſſent clerici interdicti .

Dictum eſt etiam(Eccleſiaſtica ſepultura)quæ omnibus denegatur tempore generalis interdicti,præterquam Clericis,qui ſeruauerunt interdictum ex ſpeciali priuilegio,tamen debent ſepeliri ſine ſolennitate , & campanarum pulſatione,cap.quod in te,de pœ.& remiſſio . Sed quando eſt interdicta vna Eccleſia, poſſunt ibi ſepeliri tantum, qui ſunt de illa,quia alij habent alias non interdictas, ut ait Panorm. 10

Tam ſæculares quam Clerici interdicti , & qui non ſeruauerunt interdictũ tempore generalis interdicti debent ſepeliri extra loca ſacra,ſine officio diuino,etſi deceſſerunt contriti,& pęnitentes,ſublato interdicto , poſſunt deferri ad loca ſacra,poſſunt tamen Clerici accipere funeralia,& oblatione defunctorum interdictorum,quamuis non ſepeliantur in cœmiterio. Syl.ver.inter.5.

De pœna violantium Interdictum.

CLerici & Religioſi violantes interdictum , non poſſunt eligere, nec eligi, & efficiuntur irregulares,& toties peccant, quoties faciunt , quod eis eſt prohibitum, ſiue ſint ipſi interdicti, ſiue exercendo ea in loco interdicto , ſine tñ illa modificatione ſuprà recitata in c.Alma,de ſen.exc.in 6.quorum una reli 11

cta

Digitized by Google

cta uiolant interdictum, c. is cui, de ſent. exc. & c. is, qui de poſtula prælato. Si Clericus interdictus attentat facere aliquod attributum ſuo ordini, efficitur irregularis, ut ſuprà, ſecus ſi faciat alia, quæ non ſunt ordinibus annexa, ut ſuprà declaratũ eſt, aut facit ea, quę ſine ſolennitate à laicis fieri poſſent, ut baptizare ſine ſolennitate in caſu neceſſitatis, aut canere epiſtolam ſine manipulo, ubi eſt conſuetudo, vt à clericis minoribus dicatur. Sed ſi nõ eſſent interdicti, celebrarent ſcienter corã interdictis, in loco ẽt interdicto, aut reciperent eos publicè ad officia, & ſacra eis prohibita, ut ſuprà, non efficiuntur ſtatim irregulares, ſed interdr eis ingreſſus Eccleſię, donec ſatisfaciant ei, qui poſuit interdictum, & ſi interim ſe ingerunt officio ſuo, tunc incurrunt irregularitatẽ, cap. Epiſcoporũ, de priuilegijs in 6. Religioſi etiã exempti, dum Eccleſia ſeruat interdictũ, debent illud ſeruare, etſi admittunt ſeculares ad diuina audienda, aut ſi foramina & feneſtras facerent in ſuis Eccleſiis, ut laici inde videant Corpus Chriſti tpe interdicti, incidunt in ſententiam excõicat. c. ex frequentibus, de ſent. exc.

Sęcularibus interdictis prohibetur audire miſſam, etiam extra Eccleſiam, nec poſſunt videre eam per feneſtram, aut officium audire dedita opera ſine peccato mortali, niſi caſualiter tranſeundo.

Sæculares nõ interdicti audiẽdo miſſam, vel alia diuina officia in loco interdicto, non peccant, niſi in tribus caſibus. Primò, quando ipſe eſt cauſa, ſiue tacitè, ſiue expreſsè. puta rogando, præcipiendo, aut præbendo cauſam ſua præſentia, conſentiendo, ut interdictum uioletur. Secundo, dum Clerici dicunt officia ianuis clauſis, ipſi intrarent, mẽtiendo ſe eſſe Clericos in minoribus, aut habere priuilegia, quod poſſent audire. Tertiò, quando dicerent talia officia, quæ ha Clerici, dicendo interdictum uiolarent. Nauar. c. 27. nu. 187.

Quando alicui conceditur priuilegium, vt tempore interdicti poſſit audire diuina: hoc priuilegium extenditur etiam ad eius familiares, & domeſticos: dummodo tam ipſe, quam familiares non dederint cauſam, ut interdictum poneretur, aut auxilium, aut fauorem; uel non aſſocientur ipſi familiares in fraudem interdicti, cap. licet uobis §. cum conceditur, de priuilegijs in 6.

SVMMARIVM MATERIERVM, Quæ continentur in hoc eodem decimo c. circa Irregularitatem.

1 *DEclaratur Irregularitas vnde dicatur.*

2 *Definitur Irregularitas, & partes declarantur.*

3 *Irregularitas naſcitur vel ex aliquo defectu vel operatione, in qua eccleſia pœnam poſuit.*

4 *Irregularitas accidere poteſt ſeptem modis ratione defectus, quę omnia declarantur.*

5 *Irregularitas incurri poteſt ex defectu alicuius operationis humanæ, & primo matrimonij.*

6 *Docetur quid ſit bigamia, & quotuplex.*

7 *Irregularitas incurritur propter homicidium, vbi dicitur quotuplex homicidium committi poſſe.*

8 *Dicitur ſex modis homicidium illicitum committi poſſe.*

Qui

9 *Qui operatur, circa id, ex quo mors ſequitur, ieregularis efficitur.*
10 *Iubens hominem occidi, ſecuto effectu irregularis efficitur, niſi ante mandatum reuocauerit.*
11 *Conſulens, & quouis modo perſuadens hominem occidi, ſecuto effectu, irregularis efficitur, & ſi ante factum, conſilium reuocaſſet.*
12 *Defendẽs homicidam, ex quo aliquis interficitur, irregularis efficitur.*
13 *Vim vi repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelę, quomodo intelligi debeat vt peccatum fugiatur.*
14 *Permittens homicidium fieri, quando vel ex officio, vel ex charitate reparare tenetur, aut poteſt ſine ſuo damno, irregularis efficitur.*
15 *Operans vel quouis modo participans in morte alicuius, aſſociando, fouendo, aut ẽt præſentia ſua animãdo, vel ſimile, irregularis efficitur.*
16 *Tractatur de homicidio caſuali, tres regulas dando, & definiẽdo quando ex illis incurratur irregularitas, & quando non.*
17 *Ludus, etſi actus virtutis ſit, in quattuor caſibus vitioſus eſſe poteſt.*
18 *Irregularitas tripliciter in ordine contrahi poteſt.*
19 *Irregularitas quo ad ordines ſuſcipiendos quinque modis cõtrahitur, ſcilicet per apoſtaſiam, infamiam, exercẽdo actum alicuius ordinis, quem non habet, rebaptizando, & homicidium committendo.*
20 *Irregularitas contrahitur dum actu ordines ſuſcipiuntur, multis modis, & rationibus.*
21 *Irregularitas contrahitur poſt ſuſceptos ordines in multis caſibus.*
22 *Episcopi ſuper qua irregularitate diſpenſare poſſint.*
23 *Declaratur quod ſit homicidium uoluntarium, ſuper quo nunquam Papa diſpenſat.*

De Irregularitate.

IRregularitas eſt quaſi priuatio regulæ, vnde irregularis dicitur priuatus regula, quia talem quem priuat, extra regulam ponit, vt in definitione patebit. 1

Irregularitas vt ex Innoc. ſumitur, cap. niſi, de renuncia. num. 7. eſt impedimentum Canonicum impediens ſuſceptionem ordinum, aut aliquem vſum eorum, quatenus ſunt ordines, proueniens, vel ex defectu, vel ex facto. 2

Dicitur (impedimentum) pro genere, nam omnis pœna Canonica hoc facit: & dicitur (Canonicum) quia eſt pęna inuenta à iure Canonico, ideſt poſitiuo, & per hoc excludit excommunicationem, quæ ortum habet ex iure diuino, vt dictum eſt ſuprà.

Dicitur (impediens ſuſceptionem ordinum) ad differentiam ſuſpenſionis, quam includit, & ſuperat: nam ſuſpenſio, vt dictum eſt, tollit vſum ordinum, hęc autem tollit & vſum, & ordines.

Dicitur (aut aliquem uſum) quia aliqua irregularitas impedit ſuſceptionem ordinum, & non vſum acceptorum: & aliqua vnum vſum, & non aliũ, vt infrà dicetur.

Digitized by Google

dicetur, cap. preſbyterum, de cler. ægrotante, vel debilit.

Dicitur (quatenus ſunt ordines) ad differentiam aliarum pœnarum, vt eſt excommunicatio, depoſitio, & degradatio, quæ tollunt vſum ordinum quatenus ſunt officia, ſacramenta, aut beneficia eccleſiaſtica.

3 Dictum eſt (proueniens ex defectu vel facto) nam omnis irregularitas cuiuſcunque ſpeciei ſit, ad hæc duo reduci poteſt. Vt autem ſciatur, quæ ſint, irregularitatẽ inducentia, vt poſſimus illam vitare, & incurſum iudicate, quantum nobis fas eſt, quia in hoc ſtat tota noſtra intentio.

4 Irregularitas proueniens ex defectu, accidit ſeptem modis, ſcilicet, ex defectu Religionis, Aetatis, Rationis, Sexus, Libertatis, Corporis, & Generationis.

Religionis. Primò ex defectu religionis, ſeu fidei, ut ſunt non habentes baptiſmũ, qui cum ſit ianua omnium ſacramentorum, ſine eo ad ſacramentum ordinis quiſque inhabilis eſt, etiam ſi eſſet cathecumenus in fide inſtructus. Neophyti, qui ſunt in fide noui, ignorantes rudimenta fidei, & neſcientes legere, & ſcribere. c. 1. & 2. 48 diſt. c. illiteratos. 36. diſt.

Aetatis. Secundo ex defectu ætatis, vt ſunt, qui ante tempus legitimum ordinari volunt. Tempus autem legitimum hodie, ſecundum ſacrum Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 12. in ſubdiacono eſt vigeſimus ſecundus Annus: in diacono eſt vigeſimus: tertius: in presbytero vigeſimus quintus: de quibus eſt attigiſſe diem.

Rationis. Tertiò ex defectu rationis, vt ſunt, qui non habent vſum rationis, vt furioſus, arreptitius, energumenus à Dæmone obſeſſus: & habẽs epylepſiã, ſeu morbum caducum.

Sexus. Quartò ex defectu ſexus, vt Fœmina, quę potius dicitur incapax quam irregularis. Hermaphroditus, qui habet vtrũque ſexum, & ſi ſexus virilis pręſtat, non debet ordinari ſine licentia Papæ. Nau. c. 27. num. 203.

Libertas. Quintò ex defectu libertatis, vt ſerui, de quibus Nau. quo ſuprà.

Corporis. Sextò ex defectu corporis, & hoc intelligitur multis modis, vel defectu ſanitatis, vt ſunt leproſi Lazari, & huiuſmodi. c. de rectorib. de Clerico ęgrota. vel defectu debilitatis, vt ſunt, qui habent aliquod membrum ita debilitatum ut reddatur penitus inutile. c. præcepta in pœna & ibi glo. diſt. 55. intellige de mẽbris principalibus ait Nauar. quo ſuprà, num. 198. Verum ſi membrũ fuiſſet debilitatum ſine eius culpa, & non impediſſet celebrationem, non induceret irregularitatem. ca. ſi quis eadem diſt. hæc regula non eſt vera de omni membro, fallit. n. in oculo, qui licet caſu amitteretur, promotionem ad ſacros ordines ſuſpiciendos impediret. c. ſi euangelica, ea. diſt. Et ſi eſt promotus ad ſacerdotiũ, & poſtea oculum amiſit, quid dicendum? ſi illa amiſſio oculi grauem induxit deformitatem, non eſt dubium q̃d impedit, ſi autem induxit tantum carentiã viſus ſine deformitate, taliter quòd appareat ſanus, diſtinguendum eſt ſecundum Nauar. quo ſuprà, num. 199. Si eſt oculus ſiniſter, quo nõ poteſt legere Canonem, impedit, vnde vocatur oculus canonis: ſi verò eſt oculus dexter, aut ſiniſtro tantum videt, quantum ſufficeret ad legendum, non impedit, ſecundũ eum, contra Glo. c. 1. de verborum ſignificatione, in 6. Vel defectu mutilationis vt ſunt, qui habent aliquod membrum mutilatum, ſeu truncatum, nõ quodcũque ſed de principalibus, vt brachiũ, manus, pes, & ſimile, irregulares ſũt; pars autem membri illã non inducit, vt digitus. Sed quid de digitis manus? ſi eſt pollex, aut index propter defectũ celebrationis, illam inducit, alius digitus caſu trũcatus, non inducit: dixi (caſu) quia ſi volens, ſibi ipſi aliquis digitũ abſcidit, irregularis efficitur. c. qui partem. d. 55. & ſi ẽt caſu, vel ab alio aliquo infortunio digitos cũ parte palmæ amiſiſſet, quia hoc modo inducerent deformitatem, irregularem facerent, cap. presbyterum, de Clerico ægrot. uel deb. Et ſi ſit mutilatio

Digitized by Google

mutilatio membri occulti, ut ſunt pudenda diſtingue, ſi illa fuerit facta à parentibus, vel dominis in pueritia, aut à paganis, aut per inſidias hominum, aut à medicis propter infirmitatem cauſatam non ex illicito actu, & ſua culpa, irregularitatem non inducit, cap. ſi quis à medicis, & c. eunuchus, & c. ſi quis pro ægritudine, diſt. 44. Et vniuerſaliter defectus ſeu imbecilitas cuiuſcunque mẽbri, per quod homo efficitur inhabilis ad exercendum aliquod officium eccleſiaſticũ, ſiue talis defectus incurratur aliqua culpa, ſiue non, ſemper inducit irregularitatem, qui tamen defectus iudicetur talis, relinquitur iudicio Epiſcopi.

Notandum, quòd defectus prænominati impedientes ſuſceptionem, vel executionem ordinum, ſic intelliguntur, quantum ad ſuſceptionem, impediunt ab omnibus ſuſcipiendis, etiam ſi defectus ſine culpa venerint, vt dictum eſt, quã tum autem ad ordines ſuſceptos, impediunt quo ad illud officium tantũ, quod ratione defectus ſecurè, vel ſine ſcandalo fieri non poteſt, & non quò ad alios, puta qui caret oculo ſiniſtro, uel pollice, aut habet manum deformem, à prædone abſciſſam, priuatur tantum à celebratione miſſæ, & ſic quo ad illam tantum intelligitur eſſe irregularem, ſed non impeditur ab aliis officiis, poteſt enim baptizare, confeſſiones audire, abſoluere, & alia ſimilia facere, cap. presbyterum, de clerico ægrotante vel debilitato. Vel impedimentũ erit ex defectu pulchritudinis debitæ, vt ſunt valde gibboſi, vel defomes, uel ita deturpati, vt propter ſcãdalum redderentur inhabiles, & ut ſunt, qui habent faciem multum deturpatã, & ut ſunt enormiter vitiati in magnis, & manifeſtis membris, ut ex ea. diſtin. 55. per totam.

Septimo, & vltimo, ex defectu generationis, ut ſunt filii & nepotes Hæreticorũ; Marrani, qui ſunt filii, & nepotes Iudęorum, & vt naturales, & ſpurii, id eſt filii presbyterorum, cap. prebyterorum, diſt. 56.

IRregularitas proueniens ex facto eſt duplex, ſcilicet ex defectu Sacramenti, & ex delicto.

Ex defectu Sacramẽti, vt Bigamia, Homicidiũ, & Mutilatio. Vt autẽ ſciatur quid ſit Bigamia, notandũ ꝙ bigamus eſt, qui duxit duas vxores, vel plures. 5 *Bigamia.*

Bigamia eſt triplex, ſcilicet vera, interpretatiua, & ſimilitudinaria, Gloſ. in c. 2. de bigamis. 6 *Bigamia triplex.*

Bigamia vera eſt, quæ dupliciter contrahitur, primo quando quis duxit duas vxores ſucceſſiuè, & cũ vtraq; cõſummauit Matrimoniũ, & notanter dixi (cõſummauit) quia ſi cum vna conſummaſſet, & cum altera ſolum contraxiſſet, & non conſummaſſet, non eſſet bigamus, ſecundo, quando quis duxit vnicã viduam, c. 2. de bigamis non ordinandis, & c. ſi quis viduam, diſt. 50. *Bigamia vera.*

Bigamia interpretatiua dicitur, quando quis viuente vna uxore, duxit aliã; uel quando duxit duas ſucceſſiuè, vnã de iure, alteram de facto; vel quãdo duxit duas de facto inualidè, vel quando quis duxit adulteratam ab alio; vel quãdo quis duxit uirginem, quæ durante matrimonio commiſit adulterium, & poſtea cognouit eam, ſecus ſi non cognouiſſet. Et notanter dicitur (contrahentes de iure, vel de facto) quia ſi qs multas cognoſceret, cũ quibus nullo modo contraheret, ſed eas haberet vt concubinas tantum, bigamus non eſſet. Nauara cap. 27. num. 195. dictum eſt etiam adulteratam ab alio, quia ſi fuiſſet cognita. autea à ſe tantum, & poſtea eam duxiſſet, non eſſet bigamus. Glo. in capit. fin. de Bigam. *Bigamia interpretatiua.*

Nota quòd infedelis cõtrahit hanc Bigamiam, etiam ante baptiſmum, & ex conſequenti irregularitatem, nec poſtea tollitur per baptiſmum: licet per baptiſmum tollatur illa irregularitas, quæ cõtrahitur ex homicidio. Nau. quo ſup.

Bigamia ſimilitudinaria dicitur illa, quæ contrahitur ab eo, qui habet ordinẽ ſacrũ, vel eſt aſtrictus voto ſolẽni, quando contrahit de facto, & conſummat etiam *Bigamia ſimilitudinaria.*

Digitized by Google

etiam ſi illa eſſet virgo. Et dicitur ſimilitudinaria, quia per ordinem ſacrum contraxit cum Chriſto Domino. Syl. Verba, Irregularitas.

Contrahitur etiam Irregularitas, ex parte Sacramenti, per homicidium. Vt autem ſciatur quo modo, & quando contrahatur, nota.

Homicidum eſt duplex, ſcilicet voluntarium & caſuale.

Homicidium voluntarium eſt etiam duplex, ſcilicet licitum, & illicitum.

Homicidium licitum. Homicidium uoluntarium licitum eſt, quando fit auctoritate publica. Ad contrahendam autem irregularitatem ex tali homicidio, quinq; requirũtur: primò, vt occidens ſit baptizatus, ſecũdò, ut iuridicè occidat, tertiò, vt inde ſequatur mors: nã ſi inde euadet, nõ contrahitur: quartò, ut occiſio ſit hominis viui, nã ſi aliquis hominem iam mortuum in partes diuideret, irregularitatẽ non cõtraheret: nec eſſet occiſio, ſed in fruſta diſſectio. quintò vt ſit cauſa proxima homicidij, quis ſit talis, declaratione indiget.

Cauſa proxima poteſt eſſe tripliciter: ſcilicet, ex officio, intẽtione, & ex actu per ſe ordinato.

Ex officio ut Iudex, Aſſeſſor, Conſultor, Aduocatus, Procurator Fiſcalis, Notarius ſcribens ſententiam ſanguinis, Miniſter, Executor Iuſtitiæ, Epiſcopus, ſeu Iudex, vel quilibet Magiſtratus mittens in carcerem durum, vnde mors ſequatur, omnes huiuſmodi ſunt irregulares, ut cauſa proxima ex officio.

Cauſa proxima ex intẽtione eſt ille, qui auctoritatiuè comitatur ſuſpendẽdos, qui præſtat auctoritatem Iuſtitiæ, qui accommodat funẽ, vel gladium ſciẽter ad executionem Iuſtitiæ, accommodans ſcalã, ſeu admouens illam, vel accelerans mortem, vt dicẽdo, *ſta di buona voglia*, & ſimilia verba, vel reuoluens infirmum in lecto, vt citius moriatur, & huiuſmodi.

Cauſa proxima ex actu per ſe ordinato eſt, vt Teſtis, Denũtiator, Accuſator Clericus acclamans, *al ladri, al ladri*, ſi inde capiatur, & ſuſpendatur.

Nota. De accuſatore. Notandum tamen eſt, quo ad accuſatorẽ, etiam ſi eſſet Clericus, ꝙ quãdoq; nõ incurrit irregularitatem, & primò licitum eſt Clerico, etiam ſacerdoti, accuſare Reum in iudicio criminali, iuſtè tamen, remoto omni ſcandalo, modo nõ fiat in odium, et vindictã cum rancore, vel improperio, ſed ad pacem Reipublicæ, & quietem Ciuium, cum proteſtatione tamen ſemper, citrà pœnam ſanguinis, etiam ſi certò ſciat inde mortem Reo euenturam. Immò magis amplio caſum, licitum eſt Clerico retinere malefactorẽ, puta homicidam, furem, vel ſimilem, modo, & intentione ſupradicta, & tradere Iudici cum proteſtatione prius facta, ad maiorem cautelam, & hoc non tantum pro damno inferendo, uel illato Reipublicę, & zelo quietis Cõmunitatis, ſed et pro cauſa ſua, vel ſuorũ, uel pſonę grauis. Et quãdoq; poteſt accuſare ſine proteſtatione, in foro tã ciuili, vel criminali, quãdo ſcilicet nullũ eſt indiciũ, vel cauſa, ꝙ inde mors Reo ſequeretur. Pro omnibus ſupradictis uide Couar. in Clem. 1. de homicid. parte ſecunda, §. 5. Fel. & Abbas, in cap. poſtulaſti, de homicid. & c. Perlatis, de homicid. in 6. Nauar. cap. 27. nu. 213. & 217. & c. poſtulaſti, de homici. uolũt.

Limitant Doctores iſta hoc modo: Clericum accuſantem, modo quo dictum eſt: tũc incurrere irregularitatem, quãdo non pręmiſit proteſtationem, quãuis non habuerit animum inferendi mortem, vel quando habuit animum vindicatiuum inferendi mortem, etiã ſi ſimiles proteſtationes præmiſiſſet, quia quod ore proteſtando dicitur, corde confirmare debet, & non mentiri. Nauar. quo ſuprà, num. 216. cum multis alijs.

Et quamuis dictũ ſit Clericum accuſantẽ non incurrere irregularitatẽ, ſi nõ habet animum vindicatiuum, & proteſtationes fecit tamen ei, hęc regula non ſuffragatur aduocato, teſti, & ſimilibus alijs perſonis ſuprà nominatis, etiam ſi proteſtationes facerent: nec ſuffragatur indicanti furem miniſtris iuſtitię, ſi

inde

Digitized by Google

Inde mors ſequitur,ſecus ſi dederit leuia ſigna, quia tunc nõ incurreret. Nec ſuffragatur Clerico Doctori interrogato à Iudice conſulenti de pena Reo debita, ſi reſpondet deberi Reo pęnam mortis,& eius conſilio Reus ſuſpenditur, tũc enim efficitur irregularis,ſecus ſi interrogaretur in genere,nec ſuffragatͬ Clerico ſcribenti nomine ſuo,uel alterius ad Iudicem de loco,ubi Reus poſſet capi, ſi ex illa captura mors ſequatur,quia tunc pœnã irregularitatis incurrit, etiam ſi proteſtationes fecerit, ac omnes bonas conditiones ſupra nominatas habuerit; Abbas,in cap. ſententia,c. Clericus, vel Monach. nu. 12. Nec ſupradicta regula ſuffragatur Clerico accuſanti pro damno illato extraneis,quamuis proteſtationes fecerit,& bonã intentionẽ habuerit,ſecus ſi ꝑ ſe,vel ſuis,& alijs,ut ſup.

Homicidium illicitum.

Homicidium voluntarium illicitum eſt,quando fit à perſona priuata ſine ſuperioris auctoritate,& fit ſex modis,ſ. facto,pręcepto,conſilio,defenſione,promiſſione,& cooperatione,quæ omnia per ordinem examinabimus.

Facto. *cap. petitio tua, de homi. volunt.*

Primò quantum ad factum. Nulli licet occidere alterum auctoritate propria, quantũcunque reũ,ſeu malefactorem,neque paganũ,neque ſeipſum occidere, aut mutilare poſt licitè,etiã ſi eſſet unus digitus, etiã ſi hoc feciſſet ad euitandũm peccatum mortale,ſiue proprium,ſiue alterius,ſed quomodocunque hoc faciat,peccat mortaliter,& eſt irregularis. Aug. 1. de Ciuit. Dei.

Secundo,quantum ad præceptum. Qui præcipit aliquem occidi, tenetur de homicidio,& ſi reuocauit mandatum antequam effectus ſecutus erat, quo nõ obſtante mandatarius effectum proſecutus eſt,ad nihil tenetur mandans,ſed ſi reuocauit mandatum,etiam toto animo,quando effectus iam ſecutus erat,tũc tenetur de homicidio, & eſt irregularis.

Conſilio.

Tertiò,quo ad Conſilium,qui conſulit aliquem occidi,& poſtea ante factũ conſilium reuocat,ſi hoc nõ obſtante,inde mors ſequitur,conſulens eſt irregularis,quamuis de culpa non teneatur,ratio diuerſitatis à mandante eſt,quia mãdatum totaliter pendet à mandante,conſiliũ uerò non. Sylu. Verbo, homic. 2. §. 2. Item qui conſulit perſuadendo,uel approbando homicidium fieri, etiã in paganum,aut hoſtem,peccat,& eſt irregularis,ſecuto effectu,ſi autem conſiliũ reuocat ante factum,& homicidiũ adhuc ſequitur,etſi non peccet, non tamen euadit pœnam irregularitatis,ratione qua ſupra; ſi uerò diligentiam fecerit,vt impediret executionem effectus quantum potuit,ſcilicet aduertendo occidendum,ut caueret,& ſimilia;ſi ille poſtea occiditur,ad nihil tenetur conſulens. Itẽ,qui conſulit fieri aliquid,ex quo veriſimiliter poterat ſequi mors, si inde poſtea ſequitur,conſulens efficitur irregularis,& si uerisimiliter non dubitabatur inde mortem ſecuturam,diſtinguo;si consilium erat de re licita,non incurrit irregularitatem conſulens,morte ſecuta,si autem consilium fuit de re illicita,puta iactu baleſtræ,aut ſcloperi,& huiuſmodi, si inde ſequitur mors alicuius,conſulens incidit in pęnam irregularitatis. Item,qui conſulit aliquẽ exponi periculo ẽt pro ſe,uel pro patria, ſciens uerisimiliter inde mortem incurſurum,irregularis eſt,illa ſecuta:ſecus ſi pro fide Chriſtiana. Item,qui ſuaſit volenti fugere,ut maneret,ex qua manſione ille occiſus eſt,ſuadens incidit in pęnam irregularitatis,niſi hoc fecerit, putans probabiliter inde periculum nõ imminere,immò pacem facere,puta quia erant conſanguinei, vel antea amici, & ſimilia. Item,qui conſuluit errans in genere,puta adulteros eſſe occidẽdos,uel alios,qui re uera non ſunt occidendi,ſi aliquis tali conſilio occiditur,conſulẽs eſt irregularis,ſi habeatur ut peritus,& error erat in manifeſtis; ſecus ſi nõ habebatur pro tali,cui nõ erat adhibẽda fides,uel ſi erat, errabat tamẽ in re difficili,& occulta. Itẽ,qui conſuluit alicui iuſtã defenſionem,ex qua re nõ dubitabatur veriſimiliter ſequi periculum mortis,ſi fortè inde occidatur,non per hoc conſulens efficitur irregularis,quia fuit caſuale ex re licita,vt infrà dicetur.

12 *Defenſione.* Quartò quo ad defenſionem. Qui defendit homicidam ab his, qui uolebant eum impedire, uel retrahere à propoſito occidendi inimicum. Et qui diſſuadendo retrahit aliquem à bono propoſito, quo uolebat aliquem à morte liberare, ſi intentio eorum erat mala (morte ſecuta) peccant mortaliter, & ſunt irregulares. Itẽ qui occidit ẽt pro defenſione rerũ ſuarũ, eſt irregularis, ſed nõ tenetur de culpa; intellige ſcd̃m aliquos, ſi res quas defendit uitæ ſunt neceſſariæ, & aliter recuperare non poterat. Itẽ, qui occidit pro iniuria facta, uel pro defenſione honoris perſonalis, qñ fugere nõ põt ſine magno dedecore, & uituperio, incurrit ſaltem pœnam irregularitatis. Item, qui occidit pro defenſione uitæ, qñ fugere nõ põt, nec euadere niſi occidat, in hoc caſu, nec peccat, nec irregularitatem contrahit, iuxta illud uulgatum: Vim ui repellere licet, cum moderamine

13 *Vim ui repellere licet.* inculpatæ tutelæ: quæ quidẽ Regula, ait D. T. intelligitur uera, concurrentibus tribus, ſ. modo, tpe, & cauſa. modo i. paribus, aut minoribus armis, nam ſi inuaſorem armis ſuperaret in loco communi, non eſt cur non poſſet euadere; tempore. i. in terminis ueræ defenſionis in eodem cõflictu, alias diceretur uindicta: & cauſa, ideſt propter defenſionem uitę proprię, ut dictum eſt: adde quarto, hęc omnia intelligi, ſi dabat operam rei licitę; nam ſi ita in eum impetus factꝰ eſt, quia dabat operam rei illicitæ, puta, habebat rem cum quadam muliere, in quo actu fuit ei factus inſultus à marito adulterę, unde aliter euadere non poterat, niſi eum occideret, tunc irregularis eſt. Item, qui occidit pro defenſione perſonę alterius innocentis, non potentis aliter ſaluari, licet non peccet, eſt tamen irregularis. Item, qui occidit inuadentem pro mutilatione membri, quem ſciebat tali intentione inuadere, quando aliter euadere non poteſt, non incidit in pœnam irregularitatis. Gl. c. 3. de homicid. Card. in Clem. de homicid.

14 *Permiſſione.* Quintò quantum ad permiſſionem, homicidium committitur non prohibendo, & hoc regulariter intelligitur, quantum ad Prelatos, Pretores, & eos, qui ex officio prohibere tenentur, & nõ prohibent, dum ſine ſuo periculo poſſunt, ut ſuprà, capitulo de reſtit. dixi, oẽs iſti ſunt homicidę, & irregulares. Sed quantũ ad eos, qui non tenentur, diſtinguitur: aut poſſunt ſine periculo prohibere, ſed dolo, & animo iniquo non curant, tunc peccãt, & ſunt irregulares: aut poſſunt quidem ſine periculo, ſed non habent malam uoluntatem, & iſti ſi non prohibent, peccant quidem, quia faciunt contra charitatem, ſed non ſunt irregulares: ſi uerò non poſſunt, aut ſi poſſunt, non tamen ſine eorum periculo, ad nihil tenentur ſi non prohibent. Item qui paſſus eſt iniuriam ab aliquo, & uidens propinquos, & amicos uelle iniuriam ulciſci, & ipſe non prohibet quantum poteſt, ſed conſentit, ſi quidem mors inde ſequatur, aut mutilatio, tenetur de culpa, & eſt irregularis, ſecus ſi ſe oppoſuit quantum potuit.

15 *Cooperatione c. Petrus, de homic. uolun.* Sextò quantum ad cooperantes. Homicidium committitur cooperatione multipliciter. Primò quando multi ſunt ęquales in facto, licet non operentur omnes, uel feriant. Secundò, etiam ſi non omnes ſunt æquales in facto, ſed aliquo modo adiuuant. Tertiò, exibens præſentiam ſuam in bello iniuſto, uel duello, ſeu quocunque alio facto, animando, uel terrendo, uel metum incutiendo, ſi aliquis moritur exinde, homicida eſt. Item Prælatus ubi habet iuriſdictionem exhibendo præſentiam ſuam vbi fit homicidium, tenetur de culpa, & pœnam irregularitatis contrahit.

16 *Homicidium caſuale.* HOmicidium caſuale eſt illud, quod fit præter intentionem, & voluntatem: & fit tripliciter, prout dari poſſunt tres Regulæ, ex quibus poteſt cognoſci in omnibus, quando incurritur culpa, & pœna irregularitatis, & quando pœna tantum, & quando nihil horum.

Prima Regula eſt. Qui dat operam rei licitæ, & adhibet illam diligentiam, quam adhibere debet, ad nihil tenetur, ſi inde accidit aliquid mali, ut in exemplis:

Digitized by Google

plis. Sacerdos aduocans aliquem pro ædificatione domus, dummodò nihil de contingentibus omiſerit, non efficitur irregularis, ſi ille caſu interiit. Itē Clericus pulſans campanam ſi malleus cadens puerum occiderit, ſi id fecit ex officio, uel mandato, & diligentiam fecit in ligando malleum, non eſt irregularis, ſin autem, irregularis eſt, ut in ſecunda, & tertia regula dicetur. Item qui reparans tectum, poſuit ſigna in uia, ut tranſeūtes aduerterent, ſi poſtea aliquis ſtultè ultra ſigna incedens occiditur, non tenetur ad pęnam irregularitatis. Si autē nō poſuit ſigna, ex quo non fecit illam diligentiā, quam tenebatur facere, tunc incidit, per ſequentem regulam, ut dicetur. Item Clericus porcos, uel boues, agrum ſuum damnificantes expellens de agro lapidem proiiciens ſi pue.ū interfecit, diligentia debita circumſpiciendo, non eſt irregularis, quia dabat operā rei licitæ: ſin autem diligentiam non fecit, quia pp damnum paſſum iratus nō aduertebat, & ſimilia, non eſt dubium quod incidat. Per ſequentem regulam poteſt iudicari de omnibus aliis ſimilibus, cap. dilectus.

c. Ioannes, de homi. uolunt.

Secunda Regula. Qui dat operam rei licitæ, & non adhibet debitam diligētiam, tenetur de caſu fortuito ſequenti. Exempli gratia: Clericus magiſter uerberans diſcipulū, qui uel ignorātia medici, uel incuria ſua inde moritur, ſi exceſſit modum correctionis in uerberando, & percutiendo, quia diligentiam nō fecit, uerberauit enim in loco periculoſo, puta, in capite, uel ſimili, efficitur irregularis: & ſi conualeſceret ſemiplenè, & poſtea ex illis reliquiis recidiuaſſet, & moreretur, adhuc tenetur, quò ad illam pœnam: ſi verò non exceſſit modū ſibi permiſſum in corrigendo, & diligentiam fecit in verberando, ad nihil tenetur, per primam Regulam. Item qui ſeruum, uel famulū correctionis cauſa uerberans cum corrigia, ubi erat gladius alligatus, occidit, eſt irregularis, quia etſi rei licitæ operam dabat, & moderatè uerberabat, tamen debebat cogitare de gladio, & aduertere ad id ꝙ accidere poterat. Item puer qui turgidam veſicam frangens, ex rumore prægnantem abortiri fecit, non eſt irregularis, ſecundum Panorm. quia non omnis cauſa, ſed propinqua irregularitatē inducit, & ludus in puero ætatis beneficio eſt licitus, ſecus, ſi per aliquod illicitum ab aliquo factum id accidiſſet. Item, qui arborem ſecat, & non circumſpicit, aut tempeſtiuè fortiter acclamat, ſi arbor cadendo aliquem occidit, ſecans efficitur irregularis, quia non fecit debitam diligentiam. Et ſi arbor non fuiſſet ſua, ſed deuaſtabat eam, aut furabatur ligna, etiam ſi omnem diligentiam fecerit, adhuc irregularis efficitur, ſi mors ſequitur exinde, quia dabat operam rei illicitę, per ſequentem regulam, ex his & ſimilibus collige, quando irregularitas contrahatur ſine propria culpa, cap. presbyterum.

c. ad audientiam, de hom. uolunt.

Tertia Regula. Qui dat operam rei illicitæ, ſiue diligentiam fecerit, ſiue nō, ſemper tenetur de quocunq; caſu fortuito, hęc probantur per cap. ſuſcepimus, de hom. uolunt. uel caſuali: ut in exēplis inferiùs patebit. & primò Monachus, ſeu Clericus, qui mulierem à tumore gutturis curauit, aperto tumore ferreo inſtrumento: ſi illa ſe uento expoſuit, & inde mortua eſt, pœnam irregularitatis incurrit, quia dedit operam rei ſibi illicitę, etiam ſi nihil omiſit de contingentibus, puta, quia illam admonuit, & huiuſmodi, c. tua, eo. tit. Item Clericus qui latronem rem ſuam rapientem, uel aſportātem, lęthaliter percuſſit, ex qua percuſſione ille fugere non potuit, & ab aliis inuentus, occiſus eſt, tenetur de culpa, & pęna irregularitatis, c. ſignificaſti, eod. tit. Item, qui propinauit poculum amatorium, ex quo præter intentionem mors ſecuta eſt, irregularis eſt, qa illicitæ rei operam dedit. Item qui proiiciens lapidem poſt aliquem ad terrorem, ludendo, & ille volens lapidem declinare, impingit in alium, & cadens moritur, irregularis efficitur, ſi iactus lapidis fuit cauſa lęſionis. Panormit. limitat non incurrere pœnam, niſi lapis proiectus grauem læſionem feciſſet, niſi

De hom. uolū. uel caſuali.

 fugiſſet

fugiſſet, quia ludo illicito operā dedit. Et uniuerſaliter quicunque ludendo aliquem occidit, ſi ludus eſt illicitus, tenetur pœna irregularitatis. Et quāuis ludus in ſe abſolutè conſideratus, ſit actus uirtutis, ut D. Th. 2. 2. docet, tamē quadrupliciter contingit eſſe illicitū; uel ratione perſonę ludentis; uel ratione circunſtantię ludi; uel ratione loci; uel temporis; de quibus dantur exempla. Ratione perſonæ ludentis, nam Clericis, & multo magis Religioſis, prohibitus eſt omnis ludus cum armis, uel fuſtibus, aut lignis, ut in cap. continebatur, de homic. uolunt. uel caſuali. Ac etiam ludus hiſtrionalis, baliſtalis, haſtiludialis, qui uulgariter dicitur *gioſtra* laruālis, dictus à larua, ideſt *maſcara*, & uniuerſaliter omnis ludus, qui exercetur propria perſona, ut ſaltare, choreizare, paleſtram exercere, & huiuſmodi, qui ratione honeſtatis Clericalis, eis prohibentur ſub pœna peccati mortalis.

Ludus quadrupliciter illicitus.

Ratione circunſtantiæ ludi, ut eſt ludus circularis, quando milites intra circulum ad pugnandum ſe concludūt; & ludus feriendi taurum, & chorealis, & uniuerſaliter omnis ludus, in quo probabiliter accidere poteſt periculum mortis corporalis, aut mutilationis, aut grauis debilitatis. Ratione loci, vt quādo fit in Eccleſia, uel loco ſacro, nā q̄uis multi ludi de ſe nō ſint mali, tn̄ nullo modo in eccleſia fieri poſſunt, ratione reuerentię loci, vt eſt choreizare per laruas, fabulas, & uana repræſentare, & ſimilia, c. cū decorē, de uita & honeſt. Clerico. Ratione tēporis, ut ſi quis luderet cū magna diſtractione mētis in Paraſceue, quando non eſt tempus recreationis, ſed mæſtitiæ. In omnibus caſibus prædictis, incurritur pœna irregularitatis, ſecuta morte. Sed de culpa, ait Caieta. 2. 2. q. 105. idem iudicium faciendū eſt, ut de cauſa, cum homicidiū in tali caſu non ſi uoluntarium, niſi in ſua cauſa. Vnde, qui dat operam rei illicitę ueniali, homicidij caſualis ſubſecuti culpa erit uenialis: ſi uerò operam det rei illicitæ mortali, culpa erit mortalis.

Quarta Regula addi poteſt, ſ. quòd leuiſſima culpa in homicidio caſuali, nō inducit irregularitatē, ut habetur in c. quęſitum, de pę. & remiſ. & Panor. ut ibi. quam regulam intellige in omittendo, exemplū ſit de puero tenello, ex incuria parentum relicto in cuna, ſi fuerit mortuus inuentus: pro quo eſt notandū, ut hī 2. q. 4. conſuluiſti, quòd parentes non debent tenere filios tenellos in lecto apud ſe, & ſi hoc faciunt pro commodo ſuo, puta ne plorantes ad aures, ſint ſibi faſtidio, aut ne frigeant ſurgentes ad cunas, & huiuſmodi, ſi oppreſſio ſequatur, eis imputatur, etiam pro culpa leuiſſima: ſi autem hoc faciunt pro commodo filiorum, puta, quia ita pauperes ſunt, quòd non poſſunt eos cooperire tempore frigoris in cunis, aut quia illi non ualent in cunis dormire, aut ſimile, tunc ex leuiſſima culpa omiſſionis non tenetur de homicidio, nec ſunt irregulares: ſecus, ſi ſtudioſa negligentia, ſeu alia culpa cōmiſſionis, etiam leuiſſima, puta, quia poſuit eum prope ſe, & ipſa eſt ſolita loca mutare. Aliud exemplum quando datur opera rei licitę, & ſine actu, aut procuratione, ſed ſola omiſſione homicidium ſecutum eſt, puta cuſtodes, aut ſerui infirmi, ſi bene non cuſtodierunt infirmum, quod potuit eſſe, uel quia nimio labore laſſi, uel longa uigilia grauati, nō ſēper attenderūt ſuper infirmo, ſed à ſomno decepti, infirmus longam fecit potationē, cuius occaſione, iudicio medici mortuus eſt, uel quia erat furioſus, ſe ipſū, uel aliū ex freneſi occidit, & huiuſmodi: quia talis culpa eſt leuiſſima, non ſunt irregulares, ſecus, ſi lata culpa fecerunt, puta, quia ſe inebriauerunt, & uigilare non potuerunt, uel dimiſerunt infirmum furioſum, ut irent ad ludendum, uel aliud non neceſſarium faciendum, & certum ſit hoc eorum culpa accidiſſe: & ſi culpa fuit in cōmittendo, puta dederunt infirmo uinum, aut aliquid aliud, contra præceptum Medici, ſi inde mors ſequitur, irregulares ſunt etiam ex leui culpa.

Alia

Digitized by Google

ALia eſt irregularitatas, quę contrahitur ex delicto: & hæc cõtingit tripliciter, uel ante ſuſceptionẽ ordinis, uel in ipſa ſuſceptione ordinis, uel poſt ſuſceptionem. 18

Ante ſuſceptionem ordinis cõtrahitur quinq; modis, ſcilicet per apoſtaſiam à fide, per infamiam criminis notorij, per abuſum ordinis non ſuſcepti, per iterationem baptiſmi, per homicidium, uel mutilationem, de quibus per ordinem. 19 *Ante ſuſceptionem.*

Primò per apoſtaſiam: pro qua nota, ꝙ Apoſtaſia dicitur quaſi retro ſtatio, ſeu retro receſſio, unde apoſtata, ideſt retrocedens, quia ut ait D. Tho. 2. 2. q. 12. per ipſã retrocedit à Deo. Vnde ſicut tripliciter Deo coniungimur ſcilicet, ꝑ fidẽ, uoluntatẽ, & emãcipationẽ ad cultum Diuinum, ita tripliciter à Deo apoſtatamus. Eſt igitur triplex apoſtaſia, ut ẽt notat Gloſ. c. 1. de apoſtatis, ſcilicet, Perfidiæ, quando quis recedit à fide in totum, & ſpõtè; dico in totum, nam qui recedit in parte, eſt hæreticus, & nõ apoſtata; dico etiã ſpõtè, quia ui, uel timore, ut fertur de Marcello Papa, recedens à fide, nõ facit infidelem, ſed qui propria uoluntate apud Turcas, aut alibi renegat fidẽ, & ſacra idolis offert, & hoc dupliciter, uel ex toto animo, uel apparenter, cum ſignis exterioribus, quia ut talis, habetur quo ad Eccleſiam, quæ non iudicat de occultis. *Apoſtaſia quid.* *Apoſtaſia triplex.*

Secunda eſt inobedientiæ, cap. illud, de maioritate, & obed. Sed non omnis inobedientia inducit hãc pęnam, ſed illa, quæ oritur ex infidelitate, puta, quia non credit Papam habere poteſtatem condendi Canones, recedit ab eius obedientia: quæ apoſtaſia ſecundum Gloſ. prææallegatam, cadit in primam apoſtaſię ſpeciem.

Tertia eſt irregularitatis, & eſt, quando Clericus in ſacris, & Religioſus profeſſus deſerẽs habitũ Clericalẽ, aut Religionis, ita laicaliter uiuit, ꝙ omnibus apparet renuntiaſſe Clericatui, & Religioni: & iſti ſunt à Prelatis coercendi, ut redeant: & donec in apoſtaſia perſeuerant ſunt irretiti nexu irregularitatis 16. q. 1. c. leg. & c. hi qui, diſt. 70. Itẽ, qui ex parte recedit à fide, ut sũt hæretici, qui ex parte credunt, & ex parte negant, cap. quicunq; §. hæretici, de hereticis, in 6.

Secundò per infamiam criminis notorij, ut publicus concubinarius, ſeu fornicator, hiſtrio, ioculator, & ſimiles, cap. ult. de cohabit. Cler. & mulierum, & c. ult. de temp. ordin. ſecus ſi eſſet occultus.

Tertiò per abuſum ordinis non ſuſcepti, ideſt qui exercet ordinem nondum ſuſceptũ, intelligendo de ordine ſacro, eſt irregularis, cap. ſolicitudo, diſt. 52. c. 1. & 2. de Cler. non ordi. Nota hic, tria requiri ad hoc, ut talis incurrat irregularitatem. Primò, ut exerceat actum pertinentem ad ordinem quem non habet. Secundò, non fiat iocosè. Tertiò ſolenniter cum ueſtibus ad illum ordinẽ pertinentibus, quod dixi, ut me præſeruarem ab eo, qui canit Epiſtolam ſine manipulo, aut baptizaret ſine ſollẽnitate, vt aliàs dixi. Item qui ſcienter promouetur per ſaltum, vel negligenter ad ſacros ordines, cap. unico, de Clerico per ſaltum promoto, & cap. qui verò, diſt. 52. Item qui ordinem furtiuè ſuſcipit, cap. veniens, de eo, qui furtiuè ordinem ſuſcepit. *Notandum.*

Quartò, per reiterationẽ Baptiſmi, pro quo dicuntur multa. Primò: Qui ſciẽter baptizatũ rebaptizat, irregularis efficitur, c. Rebaptizare, de conſecr. diſt. 4. 2. Bis ſcienter baptizatus, eſt irregularis, c. eos quos, ead. diſt. 3. Miniſtrans ſciẽter rebaptizanti, eſt irregularis, c. 2. de apoſtaſia, 4. Qui rebaptizans aliquẽ baptizatũ ignoranter, ignorantia iuris, tam Diuini ꝗ Canonici, eſt irregularis, & ſi ignorantia eſt facti probabilis, excuſatur: ſed ſi ignorantia facti eſt craſſa, non excuſatur, nã debet credi, & exiſtimari, ꝙ natus de parentibus Chriſtianis, & inter Chriſtianos fideliter cõuerſatus, ſit baptizatus, c. ueniẽs, de presbytero nõ baptizato. Caueat itẽ ſacerdos, ſi ſciat infantẽ domi habuiſſe verã formã ba- *Cauendum.*

 ptiſmi,

Digitized by Google

priſmi, ne iterum baptizet cum conditione, ſed tantuum adhibeat alias cæremonias. Sotus in 4 diſt. 3. q. 1. art. 9.

Nota. Nota ꝙ in reconfirmantē, & reordinantē nulla pœna irregularitatis cadit, ſecundum Cardin. ſuper c. dictum, de conſecrat. diſt. 6.

Quintu & ultimò, per homicidium, de quo ſatis dictum eſt.

In ipſa ſuſceptione ordinis. In ipſa ordinatione cōtrahit irregularitas multis modis, videlicet Clericus excōmunicatus maiori excōmunicatione, ſuſcipiens ordinē ſacrum, irregularis efficitur, cap. cum illorum, de ſententia excommunicatio. Suſcipiens ordinē ſacrum ab Epiſcopo, qui renuntiauit non ſolum loco, ſed etiam dignitati, eſt irregularis, cap. ideſt, de ordinatis ab epiſcopo, qui renunt. epiſc. Qui ordinatur ab epiſcopo excōmunicato, eſt irregularis, cap. 2. eod. tit. Qui eadē die ſuſcipit Ordines Minores, & Subdiaconatum, uel duos ordines ſacros clandeſtinè, irregularitatis pœnam incurrit, cap. 1. & 3. de eo qui furt. ordin. ſuſcep.

Poſt ſuſceptionem. Poſt ſuſceptionem ordinis contrahitur irregularitas in multis caſibus: primò clericus in minoribus ordinibus excommunicatus maiori excommunicatione exercens ordinem ſuum ſolenniter, efficitur irregularis, ſecundum Hoſtienſ. c. cum medicinalis, de ſentēt. excōmun. in 6. & Pan. c. 1. de clerico excō. Syluest. & communiter: dixi (ſolenniter) nam ſi ſine cotta porrigeret ampullas, aut cereos ferret in aliquo caſu, tanquam laicus, non incurreret; vt dictū eſt ſupra. Clericus exiſtens in ſacris, exercens ordinem ſacrum cum excommunicatione, efficitur irregularis, cap. 1. de clerico excomm. Clericus ſuſpenſus ab ordine, ſiue à iure, ſiue ab homine, miniſtrans in ordine ſuo, ut dictum eſt cap. de Suſpēſione, irregularis eſt, pro qua re uide ibi. Clericus interdictus, uel non interdictus, celebrās in loco interdicto, irregularis eſt, pro quo in cap. de Interdicto dictum eſt ſatis.

22 *Nota.* Nota primo, quòd Epiſcopi prout habetur in Sacro Concil. Trident. Seſſ. 24. cap. 6. poſſunt diſpenſare ſuper irregularitate prouueniente ex delicto occulto, præterquam ſuper eā, quæ prouenit ex homicidio uoluntario, & alijs delictis in foro contentioſo: ex qua re ſequitur, quod non poſſunt diſpenſare ſuper illegitimitate, bigamia, defectibus naturæ, & huiuſmodi, quæ non proueniunt ex delicto.

Homicidium uoluntarium. Nota ſecundo, vt ſciatur, quod eſt homicidium uoluntarium, à cuius irregularitate facultas diſpenſandi ſemper excipitur, etiam in magnis Iubilæis in quibus Papa, quaſi nihil ſibi reſeruat, nec diſpenſare ſolet, ſic definitur.

Homicidium uoluntarium eſt homicidium illicitum, intentum, ſiue volitū in ſe, vel ſaltem æquipollenter, aliàs quàm uitandæ mortis cauſa, ab auctore perpetratum.

Dixi (illicitum) ad differentiam illius, quod eſt iuſtum, ut factum à miniſtris iuſtitiæ, & illius, quod eſt iniuſtum, ut factū à militibus in bello iuſto, & illius, quod neque eſt licitum, neque illicitum, ut factum à puero, qui non eſt doli capax, vel furioſo, ebrio, ſine ſua culpa, & huiuſmodi.

Dixi (intentum, vel in ſe volitum) ad differentiam eius, quod non eſt intentum, ſed uolitum in cauſa tantum, ut eſt quando caſualiter aduenit.

Dixi (ſaltem æquipollenter) ad includendum illud, quod etſi non eſt uolitum in ſe, ſed tamē volitum in cauſa propinqua, ita quòd vix accidit illam uelle; & non effectum eius, ut eſt propinare uenenum, & hominem uelle ferire punctim circa præcordia, & huiuſmodi: cum ſciatur, inde non poſſe euitari mortem.

Dixi (aliàs quam uitandæ mortis cauſa) ad excludendum homicidium intentum per ſe, ob defenſionem uitæ. Pro cuius intelligentia eſt aduertendum, quod duplex eſt homicidium illicitum, voluntarium, & per ſe intentum: unū

eſt in-

Digitized by Google

eſt intentum,& uolitum in ſe ſimpliciter & abſolutè,& de hoc intelligitur definitio data,ſuper quo homicidio ſtatutũ eſt, ut nunquam diſpenſetur, prout habetur in Sacro Conc.Trid. Seſſ.14.cap.7.quod incipit: Cum etiam qui per induſtriam occiderit proximum ſuum,& per inſidias,ab altari auelli debet, & cetera. Alterum eſt uolitum in ſe,non ſimpliciter, & abſolutè,ſed defenſionis cauſa;non dico de illa defenſione,qua licet uim ui repellere,cum moderamine inculpatæ tutelæ,ſcilicet,quando niſi occidat,nullatenus euadere poſſet,quia in tali caſu non incurrit irregularitatem,ut dictum eſt ſuprà:ſed dico de defenſione vim vi repellendo,cum exceſſu inculpatę tutelæ, & eſt quando poteſt ſe defendere ſine morte inuadentis,quamuis ſimpliciter illam non intendat. Et hoc homicidium cauſa defenſionis,quamuis ſit illicitum ob exceſſum inculpatę tutelæ,eſt tamen diſpenſabile, ut colligitur ex dicto cap.7.nuper citato,ibi, (Si verò homicidium non ex propoſito ſed caſu,uel uim ui repellendo, & cetera.) Et hoc obſeruatur hodie in Sacra Pœnitentiaria,prout notat Nauar.capit.27.num.239.

Dictum eſt (ab auctore perpetratum) quia non ſufficit,ut perpetretur ab alio: accidit enim quandoque,ut aliquis mandet ſeruo,uel cuicunque,ut aliquã iniuriam leuem inferat alteri,& ſeruus eum occidit,aut mutilat,tunc non imputatur mandanti,quia præter eius uoluntatem factum fuit,ſed ſeruo. Et è contra, quando Dominus mandat ſeruo, ut propinet alteri poculum veneno infectum, fingens eſſe ſale aſperſum,aut aliud ſimile, & id faceret animo ludendi, tunc ſeruo tale homicidium non eſt tribuendum, quia non eſt auctor mali, & ideo in huiuſmodi caſibus diſpenſatur.

Nota tertiò,quod huiuſmodi homicidia diſpẽſabilia ſi fuerint occultiſſima, *Nota.* & probabiliter timeretur,aut certè crederetur homicidam (ſi fuerit ſacerdos) infamatum iri,ipſum homicidiũ feciſſe,niſi celebraret tempore quo oporteret, puta uenit dies Natalis Domini,& ille adhuc non obtinuit diſpenſationẽ:tunc & eo caſu poſſet ſine peccato celebrare, ante quam diſpenſationem obtineat, dummodò ſit uerè contritus,& confeſſus de peccato; Et ratio hujus eſt: quod quando concurrunt duæ leges contrarię,& incompatibiles in eodem,tunc minor cedit maiori,cap.non ſemper,& c.ſi dominus,11.q.3.ſed lex de conſeruanda fama eſt pręſtantior quàm ceſſatio à celebratione,nam illa eſt lex naturalis, iſta verò eſt Pontificia.ergò.

Nota quartò,qui incurrit irregularitatem,ſi poſtea celebrat,aut facit aliquid *Nota.* pertinens ad officium à quo eſt per illam impeditus,licet peccet mortaliter, nõ tamen incurrit nouam irregularitatem,ſignũ huiuſmodi eſt, quod Sedes Apoſtolica diſpenſat tantum ſuper irregularitate contracta antequam celebrarunt. ita Nau.cap.27.num.194.

Nota quintò,qui incurrit irregularitatem ob delictum, poteſt abſolui ab *Nota.* eo,remanente irregularitate: & ę contra,poteſt diſpenſari ſuper irregularitate remanente peccato,Nau.cap.27.num.239.

Nota denique caſum pulcherrimum,& à Clericis benè conſiderandum. Qui- *Nota.* dam in ſacris exiſtens adulterium cõmiſit cum quadam matrona: quod aduertens maritus,poſt multos menſes, quando potuit, eam interfecit. Dubitatum fuit, an adulter per hoc contraxerit pęnã irregularitatis. Hoc dubio agitato in ſacra Pęnitentiaria,tandem reſponſum fuit à feli. recor. Pio V.talem incidiſſe in pęnam irregularitatis,eo quòd dederat operam rei ſufficiẽter directę ad mortem inferendam.pro hoc uide Nau cap.27.num.38.

SVMMARIVM MATERIERVM, Quæ continentur in hoc Tractatu de Iuramento.

1 CO .nuatur hæc pars, cum cæteris huius operis.
2 Oſtenditur, quam hic tractatus ſit vtilis, & neceſſarius.
3 Duplex conſideratio fit de Iuramento.
4 Definitur, quid ſit Iuramentum.
5 Quæritur, an iurare per creaturas ſine relatione ad Deum, ſit verum Iuramentum.
6 Declaratur, an dare fidem, porrigendo manum, ſine locutione, ſit Iuramentum.
7 Quot ſint ſpecies Iuramenti.
8 Iuramentum Execrabile, quid ſit.
9 Iuramentum Aſſertorium cōfirmationis, quid ſit, & quot ſpecies habeat.
10 Probatur, licitum eſſe iurare.
11 Declaratur quam ſit licitum iurare.
12 Ponitur, quot circunſtantias iuramentum habere debeat, ut non ſit vitioſum.
13 Per circunſtantiam (quis) dicitur quis iurare poſſit.
14 Per circunſtantiam (cui) dicitur in cuius manibus iurari debeat.
15 Per circunſtantiam (quod) dicitur quid iurando affirmetur, aut negetur.
16 Ponitur, quando deficiat Iudicium in Iuramento.
17 Ponitur, quando deficiat Veritas in Iuramento.
18 Declaratur, quæ Veritas requiratur in Iuramento promiſſionis.
19 Examinatur pulchrum dubium, ſcilicet, an iurare cum animo non adimplendi, obliget.
20 Quando mulieres iurant ſe velle verberare filios, ſi poſtea non verberant, ad quid teneantur.
21 Ponitur, quando deficiat Iuſtitia in Iuramento.
22 Tractatur de Iuramento conditionato.
23 Fictè iurare ſuper aliquo contractu ſimulato, illa fictio quid operetur.
24 Quæritur, an iurans animo non obligandi ſe, teneatur obſeruare Iuramentum.
25 Dubitatur, an quod Iuramento promittitur, poſſit ſemper in melius commutari.
26 Per circunſtantiam (quod) dicitur quid iurando inuocare debeamus, & ibi dubitatur, & dubium ſoluitur.

Per

Digitized by Google

27 *Per circunſtantiam (ad quid) dicitur quo fine iurare debeamus, & quando finis Iuramentum vitiet.*
28 *Per circunſtantiam (cur) dicitur quando Iuramentum habeat iniquã cauſam, obſeruari non debere.*
29 *Per circunſtantiam (quomodo) dicitur quot modis Iuramentum vitietur, & quibus occaſionibus annulletur.*
30 *Iuramentum factum per vim, quando obliget, & quando non.*
31 *Iuramentum ex timore factum, an obliget.*
32 *In quattuor caſibus non tenemur petere abſolutionem iuramenti, dum iuraſſe pœnitet.*
33 *Quæritur, an liceat quandoq; iurare animo non ſe obligandi, & tunc quibus verbis vti debeamus ſine peccato.*
34 *Iuramentum factum cum iracundia, quando non obliget.*
35 *Iuramentum factum inconſideratè, an obliget.*
36 *Per circunſtantiam (quando) dicitur quo tempore iurandum ſit.*
37 *Tractatur de abſolutione Iuramenti.*
38 *Dicitur quis Iuramentum irritare poßit.*
39 *Quando ſuper Iuramento diſpenſari poßit.*
40 *Quando Iuramento promiſſum commutari poſſit, & à quo.*
41 *Dicitur quis Iuramentum relaxare poſſit.*
42 *Proponitur tractari de adiuratione.*
43 *Quid ſit adiuratio, declaratur.*
44 *Docetur, quando liceat Angelos adiurare, & quomodo.*
45 *Quando liceat Angelos adiurare, & quomodo.*
46 *Quando Dæmones adiurare liceat, & quomodo.*
47 *Quando dicantur adiurari Dæmones, ſupplicatione.*
48 *Dæmones quando dicantur inuocari expreßè.*
49 *Dæmones quando inuocari poſſint, abſque reuerentia eis exhibenda.*
50 *Inuocatio Dæmonis tacita quando fieri dicatur.*
51 *Quando licebit ſuper nos ferre aliqua verba ſcripturę ſacræ ſcripta.*
52 *Dæmon adiurari quando poſſit, abſque pacto cum eo inito, & reuerentia ei adhibita.*
53 *Quando licitum erit adiurare creaturas irrationales, & quomodo.*

Tracta-

Digitized by Google

Tractatus de Iuramento.

1 *Declinare à malo, & facere bonum. Latria Deo debetur.*

AD iuſtitiam legis Diuinæ pertinet (ait Aug. in lib. de correctione, & gratia) declinare à malo, & facere bonum; non enim ſufficit vitare peccata, quæ Deo, & communitati nociua ſunt; verum etiam virtutes amplecti ſub ratione debiti, in ordine ad Deũ, & Cõitatem oportet. Inter ceteras autẽ virtutes, quibus Deo debitum reddimus, eſt virtus Religionis, qua Deo debetur latria. Dupliciter aũt Deo latria exhibetur; Vel per actus interiores, vt ſunt deuotio, de quibus in Prima Parte, (quantum ad munus noſtrum ſpectabat) locuti ſumus; Vel per actus exteriores; quibus ad Deũ venerandum, aut noſtrum corpus exhibemus, quod fit adorando; aut noſtras res offerimus, quod fit, vel dando, vt ſunt ſacrificia, oblationes, primitiæ, & decimæ, (de quibus hic tractare non intendimus; ſunt enim extra ſcopum noſtrę intentionis) vel promittendo, vt fit per votum, de quo ſatis ſuprà locuti ſumus; Vel tertiò latria Deo ipſi exhibetur, aut per actus, quibus ea quæ Dei ſunt, ab hominibus aſſumuntur, ut ſunt Sacramenta nouæ legis, de quibus in quarta parte, Deo fauente, exactè, & diffusè tractabimus; aut per inuocationem nominis Diuini; de qua inuocatione in pręſenti intendimus. Aſſumitur autem nomen diuinum, quantum ad noſtrum propoſitũ ſpectat, dupliciter, ſcilicet, & per modum Iuramenti, ad propria verba confirmanda; & per modum adiurationis ad inducendum alios.

2 *Materia Iuramenti utilis, & neceſſaria.*

Materia hęc de Iuramento eſt non parum utilis, & neceſſaria; multi enim in eo lęthaliter delinquunt, uel ignoranter, non intelligendo ſignificata verborum, uel malitioſè, non aduertendo grauitatem peccati; & ideo in eo elaborandum eſt.

De Iuramento duplex erit conſideratio: una ſcilicet, quo ad eius ſubſtantiam; altera, quo ad eius circumſtantias.

3 *Iuramentum quantum ad ſubſtantiam. Iuramentum pro actu iurãdi. Iuramentum propter quid introductũ.*

Quantum ad primum, Iuramentum dupliciter ſumi poteſt; vel pro actu iurandi; & hoc modo D. Th. 2. 2. q. 89. art. 1 ſic definiuit. Iurare, eſt Deum teſtem inuocare; qui enim iurat, Deum auctorem veritatis ad confirmandum dictum ſuum in teſtem adducit. Vnde Auguſtinus in ſermone de Periurio, ſuper illa verba Iacobi Apoſtoli (nolite iurare) ſic ait: Quid eſt dicere, iuro per Deum? niſi teſtis ęſt Deus.

Introductum eſt iuramentum, ex eo, quòd facta hominum particularia cum ſint contingentia, neceſſaria ratione cõfirmari non poſſunt: homini aũt abſolutè loquenti non creditur, tum quia audiens cordis occulta, loquẽtis, & futura promittentis, an adimplere intendit, cognoſcere non põt: nec minus abſentia, vel præterita aſpicere valet: tum etiam, quia homines fallaces ſunt, iuxta illud Pſ. Os eorum locutum eſt mendacium: ideo alicuius teſtimonij confirmatione indigent: non exiſtente autem aliquo teſtimonio, Deus pro teſte inuocatur, tum, quia eſt infallibilis veritas, tum quia nil eum latet.

Iuramentum pro habitu quid ſit.

Vel Iuramentum ſumitur pro habitu; & tunc merè ſcholaſtico, ſic definitur ab Hoſtienſe in Summa, lib. 2. in Rubrica de Iuramento. Iuramentum eſt affertio, uel negatio de aliquo licito poſſibili, & honeſto, ſacrę rei atteſtatione firmata. Sed hæc definitio non placet; hoc enim poſito, nemo malè iurare poſſet; contrarium tamen verum eſt, ut infrà dicetur: ideo Raymund. aliter dicit: Iuramentum eſt affirmatio de aliquo, ſacrę rei atteſtatione firmata. Sed neque hæc definitio ſufficit, non enim ſolum affirmando, iuramus, ſed etiam negando: Germana igitur definitio hæc erit, ſecundũ Archidiaconum, & Sotum lib. 8. de iuſt. & iure, q. 1. art. 1. ad mentem D. Th.

Iura-

Digitized by Google

Iuramentum eſt dictio, ideſt affirmatio, uel negatio, de aliquo facto, uel fiendo, ſacræ rei atteſtatione firmata. 4

Iuramẽti definitio prima

Dicitur (affirmatio, uel negatio) non ſolum pro oratione uocali, dum ore cõfirmatur, uel negatur aliquid; ſed etiam pro uirtuali: cum ſcilicet quis petit Iuramentum ſuper ſancta Dei euangelia, ita eſſe: & ille ſolummodo ſcripturam tangendo, corde affirmat, ſuper petito; unde tactus ille pro Iuramento habetur ac ſi ore confirmaſſet. Hinc Nau. cap. 12. num. 2. ad definitionem adiunxit (expreſsò, uel tacitè.)

Dicitur (de aliquo facto, uel fiendo) nam quandoque atteſtamur res ſacras, aſſerendo facta præſentia, uel præterita; in quarum rerum teſtimonium, & confirmationem Deum inuocamus; & hoc modo dicitur Iuramentum aſſertorium. Quandoque autem inuocamus nomen Diuinum ad confirmandum aliquod futurum promiſſum pro cuius adimpletione obligamur: & hoc modo, dicitur Iuramentum promiſſorium: de quibus infrà.

Dicitur (ſacræ rei) & per ſacras res intelligimus nõ ſolum Deum ipſum, ſed creaturas inquantum ſunt Dei: ideſt inquãtum in illis reſplendet aliquo modo diuina ueritas. Et primò, dum quis iurat per Corpus Chriſti, per Crucẽ Chriſti, per Euangelium; per Sacra, per Ordines ſacros, per Sanctos, per Reliquias, per Scripturas, & Literas Chriſti, & ſimilia. Vnde Aug. ait: Sciendum eſt, quod Sancti non tam per creaturas, quàm per creatorem creaturarum iurant: neque in creaturis, per quas iurabant aliud, quam creatorem earum uenerabantur. Secundò, per alias res, quę non ſunt ſacræ, ſcilicet per Cœlum, per Terram, Ignẽ, & ſimilia: dum ſcilicet ad Deum referunt: id eſt, inquantum in eis relucet ueſtigium ueritatis Diuinæ; quod fit, dicendo, per Cœlum Dei, per iſtum ignem Dei, & ſimilia. immò dico, ſi non apponatur nomen Dei, vult tamen intelligere. Vnde Innocent. Pap. cap. ſi Chriſtus, de Iureiurãdo, ſic ait: Qui iurat in Cęlo, iurat in throno Dei, & in eo, qui ſedet ſuper eum. Sine autem hac intentione, has creaturas ſimpliciter atteſtari, non eſſet Iuramentum. Et multo magis Iuramentum eſſe dicendum eſt, quando iuramus per aliquam creaturam, in qua, iurando, aliquà Dei memoria nobis peculiariter fit, dicendo, per animam meam, per conſcientiam meam, per habitum Diui Franciſci, & ſimilia.

Dubitatur primo, an iurare per creaturas ſine hac relatione ad Deum, ſit Iuramentum? Reſpondeo, ꝙ non: dictum eſt. n. iurare, eſt Deũ, ut teſtem inuocare; tripliciter autẽ poſſumus Deum inuocare, uel directè, dicendo, per Deum, per Chriſtum, per Sanctam Trinitatem, uel ſimile, uel obliquè, dicendo, per cęlum Dei, per literas Dei, & ſimilia: uel nominando aliquid, in quo relucet diuina ueritas, ut dicendo per Euangelium, quod tantum valet, ac ſi diceret, per Deum, cuius ueritas in Euangelio manifeſtatur: dicendo, per Sanctos: id eſt qui hãc ueritatem crediderunt; dicendo, per Scripturas, aut per Reliquias, in quibus manifeſtatur diuina ueritas: dicendo, per conſcientiam, inquantum per eam Deum, atteſtamur, & commemoramus. Ex hoc ſequitur, quòd atteſtare creaturas, per quas aliquo modo Diuinum teſtimonium non inuocatur, non dicitur propriè Iuramentum; ſed adducuntur ut res humanæ, ad dicti confirmationem. Ita etiam qui affirmat, aut negat aliquid, dicendo per fidem meam, uel in fide mea, ſi de humana intelligit, & mortali non iurat, ſed ad confirmationẽ dicti eius, ſuam fidelitatem adducit, vt facere ſolent Principes, & Nobiles, qui fidelitatẽ profitentes, illã in confirmationem dictorum ſuorum atteſtantur; cuius ſermonis ſenſus eſt; quod dico, ita uerum eſt, ſicut ſum fidelis; ſecus ſi de fide Theologica, & Chriſtiana intelligerent: quia tunc eſſet verè Iuramentum. Itẽ dicendo, in ueritate ita eſt, non eſt iurare: nam nil aliud dicitur, quàm verè ſic eſt; licet enim Deus ſit ueritas, non tamen omnis ueritas eſt Deus; & ideo nõ ſequitur,

5 Dubium, iurare per creaturas, an ſit iuramentum.

torium, ut iuramentum quod teſtis præſtat, vt inde ueritas eliciatur; uel Iuramentum calumniæ, quod datur ad fugandas calumniæ ſuſpiciones; uel Iuramentum diffinitiuũ, quod accidit dari, dum Iudex propter probationis inopiã iudicare non valet, ad definiendam litem, Iuramentum defert.

Iuramentum iudiciale. Iuramentum iudiciale dicitur, quod pars parti in iudicio defert; de quo ad Iuriſperitos remittimur.

EXpedito de Iuramento, quantum ad eius ſubſtantiam; uidendum eſt de ſecundo, id eſt de eius circunſtantiis; & circa hæc multa ſunt dicenda pro quorum introductione dubitatur.

Et primò quæritur, an ſit licitum iurare? Reſpondet D.Th. 2.2.q.89. quòd iurare eſt bonum ſecundum ſe, debet tamen fieri ex cauſa.

Probatur primò, quòd ſit bonum: dictũ eſt enim ſuprà in principio, quòd iurare eſt actus religionis, ſiue latriæ: nam qui iurat, diuinum teſtimoniũ inuocat ad confirmandam veritatẽ: non poteſt autẽ aliquid cõfirmari tanquam uerũ, niſi per aliquod quod eſt magis verum, certius, & potius eo; ergo cum Deum in teſtem inuocamus, ipſum tanquã primã, & infallibilem ueritatẽ ueneramur. Hinc Philoſophus primo Metaphyſ. dicere coactus fuit. Iuramẽtũ eſt quid honorabiliſſimum. Præterea, quos amamus, ꝑ eos iuramus: Vnde Hieronymus ſuꝑ Matth. 5. ſic ait: Qui iurat, aut ueneratur, aut diligit eum, per quem iurat; ſed iurando per Deum, maximũ ſignum amoris oſtendimus; ergo iurare eſt actus religionis. Tertiò qui iurat per aliquem, profitetur illum eſſe potiorem: unde Paulus ad Hebræos dicit c.6. quòd homines per maiores ſe iurant: ſed iurando per Deum, facimus eum potiorem, id eſt cuius ueritas eſt indefectibilis, & ſcientia eſt vniuerſalis; ergo iurando per Deum, eum veneramur, & ex conſequenti iurare eſt quid bonum, & actus latriæ. Hinc dicitur Deuteron. c.6. Dominũ Deũ tuum timebis, & illi ſoli ſeruies, ac per nomen ipſius iurabis.

Inſtantia. Sed contra hæc arguitur, & redit idem argumentũ, ut prius: Chriſtus. Matth. 5. videtur abſolutè prohibuiſſe iurare, ait enim: ego autẽ dico uobis, nolite iurare omnino: cuius ſententiam ſeques Iacobus Apoſtolus in Epiſtola Canõ. c. 5. dicit: Ante omnia, fratres chariſſimi, nolite iurare, neque per cælũ, neque per terram, neque per aliud quodcunque iuramentum, hoc eſt, neque ꝑ Deũ, neque per creaturas. Et reſponſioni Hieronymi primo argumento factæ, replicatur, habẽtur enim 23.q.1.c. Si quis; hæc verba: Si quis per capillum Dei, uel per caput iurauerit, vel alio modo blaſphemia contra Deum vſus fuerit, vbi manifeſtè patet, quòd nec per relata ad Deum, iurare debemus: ergò quomodocunque iuratur, erit illicitum contra concluſionem poſitam.

Ad hæc reſpondetur, & primò dico, quòd iurare abſolutè conſideratum, non eſt peccatũ, c. Tu malum. 22.q.1. ſed peierare. Vnde Auguſtinus ait, & habetur c. In nouo, ead. q. In nouo teſtamẽto dictum eſt, ne omnino iuremus, quod quidem mihi propterea dictum videtur, non quia uerum iurare peccatum eſt; ſed quia peierare immane peccatum eſt. Vnde ad dictum Euangelii, & confirmationem Iacobi dicitur, quòd nec Chriſtus, nec Apoſtolus iurare prohibuerũt abſolutè; ſed in illo verbo (omninò) ſubintelligere uoluerunt, abſque neceſſitate. Vnde idem Auguſtinus in lib. de Mendacio, ca. 15. ait; Cum Paulus poſt mãdatum Domini pluſquam ſemel iurauerit, ut patet ad Romanos, & ac Galat. ipſe nobis mandati ſenſum aperuit. Et ideo nos ſubiunximus in noſtra concluſione reſpõdẽdo ad dubium principale (debet tamen fieri ex cauſa) ne ſcilicet iurando, ad facilitatem iurandi deueniatur, & à facilitate, ad conſuetudinem, & ex conſuetudine, ne facilè ad peiurandum prolabamur: experiẽtia enim docet, ut qui frequenter pro omni minima re iurat, ſæpè periurat, ut habetur c. Ita ergò, ead. quæſtione.

Vnde

Digitized by Google

Vnde Eccleſiaſt.c.23.dicitur:Iurationi nō aſſueſcat os tuum, multi enim caſu in illa. Et Auguſtinus loco citato,ita ſubiungit: Pręceptum Domini de prohibitione iuramenti,ad hoc poſitum eſt,ut quātum in te eſt,non affectes,ut quaſi pro bono,cum aliqua delectatione appetas iuſiurandum.

11 Reſolutio huius dubii eſt, quod etſi Chriſtus nihil nobis uetuerit, per illa verba Euangelii,quod antiquis patribus,non ita erat uetitum;explicauit tamē nobis, quod illis non ita erat apertum; ac deinde docuit utramque partem eſſe præceptum naturale poſitiuum,ſcilicet, iurare, quando ratio id poſcit, & non iurare,quando nec neceſſitas,nec utilitas adeſt. Vnde 22. quæſtio. 1. cap. Non eſt,dicitur:Iuratio non eſt prohibenda,nec tanquam bonum appetenda, ait enim Sotus lib.8.de iuſt.& iure, quęſtio.1.art.2.Sicut Deus præcipiendo, non occides,non furtum facies, non excludit caſus neceſſitatis,in quibus natura ipſa non comprehendit talia præcepta; quòd enim aliquis patiens extremā neceſſitatem prouideat ſibi de neceſſarijs; aut quod Iudex malefactorem necet,aut aggreſſus,ſuum inimicum interficiat, quando aliter euadere non valet,non includuntur in illis præceptis;ſic in propoſito,dicendo,non iurare omninò,non excludit caſum neceſſitatis,& utilitatis.

Iurare quando liceat.

Et ideo iuramentum non eſt habendum inter ea,quæ ſunt per ſe appetēda, & conſequenter non debemus eo frequenter uti.cap.Non eſt, 22.q.1.ſed inter ea,quæ huic uitæ neceſſaria ſunt.

Non licet frequētare iuramentum.

Neceſſitas requirit,ut utamur eo, ad ſubueniēdum alicui defectui corporis, & non ad libitum,& ſine neceſſitate.

Ad cap.allegatum,Si quis,dicitur,quòd tempore,quo Canon ille fuit conditus,Chriſtiani inter infideles uiuebāt,qui aliquas creaturas,ut Deos uenerebātur;unde talis modus iurandi inducebat errorem,intelligēdo Deum,ut Deum, habere caput,& capillos:ideò Pius Papa hoc prohibuit.

Dictum etiam fuit in concluſione(ſecūdum ſe)pro quo nota,ut ait D.Tho. quæſt.præallegata, art.2.quòd nonnulla ſunt bona ſecundum ſe,quibus tamen ſi non utamur conuenienter,ut decet,cedunt in malum:ſicut ſumere Euchariſtiam eſt valde bonum,& tamen indignè ſumere, eſt ſumere iudicium ſuæ dānationis,ſic in propoſito dicendum eſt.

Nota.

Iuramētum ſecundum ſe eſt bonum,& illicitum, poteſt tamē cedere in malum,ex eo,quòd malè utimur eo.

12 Dupliciter autem malè utimur iuramento;vel ſine neceſsitate,ut dictum eſt, vel ſine debita cautela,& circunſtantijs;quibus uitiatis, iuramentum redditur illicitum. Sed quibus circunſtantiis iuramentum reddatur illicitum, his uerſibus comprehenditur,ut affert Hoſtienſis quo ſuprà,& Gloſ.in c.1.22.q.4.

Dupliciter malè vtimur iuramento.

Sit Iuſiurandum licitum diſcerne,notato.

Quis,Cui Quod,Per quod,Ad quid,Cur,Quomodo,Quando.

Quæ omnia per ordinem declarabimus Deo fauente.

13 QVis eſt quæ perſona iurare poſſit; nam ex perſona iurantis, Iuramentū redditur illicitum.Pro quo nota,ꝙ ſicut ait D.Th.2.2.q.89 art.10.in Iuramento duo ſunt conſideranda,unum ex parte Dei,cuius teſtimonium imploratur;& ex hac parte maxima reuerentia Iuramento debetur.Hinc ſequitur, ꝙ Pueri,& Puellæ ante annos pubertatis;id eſt maſculi ante quartumdecimū annum,puellæ ante annum duodecimum,iurare non tenentur.

Quis iurare poſſit.

Nota.

Pueri, & Puellæ iurare non tenentur.

Vnde cogi à Iudice non poſſunt,ſi iurare renuerint,22.q.5.c.Pueri, & cap. Paruuli, propter enim ętatis defectum non ſunt ad iurandum idonei: poſſunt tamē ad iuſm admitti,& nō repelli, ſi ad id ſe obtulerint:qđ intelligēdū eſt, ſi ſunt doli capaces,aliàs nō:nā in iuro adeſſe dēt iudicium;ſed hæc ætas neſcit qd agat, ait Gl. ibi. Hac eadem ratione repelluntur pupilli infantiæ proximi.

Digitized by Google

Furioſi nõ debent iurare.

Hoc idem intellige de furioſis, & mente captis; iuramentum enim cum animi iudicio, & deliberatione fieri debet; quæ furioſi non habent. Hęc autem omnia intelligenda ſunt in iuramento ſollemni, quod ad publicum teſtimonium exigitur: & ideo huiuſmodi teſtes eſſe poſſunt; & de hoc iura intelligunt: ſed extra iudicium, iurare, & periurare poſſunt, quia ſenſum habent, ait Hoſtieſis, quo ſuprà. Verum ſi circa hoc de peccato quæritur, dico quantũ ad iuramentũ execratorium, & aſſertorium, idem iudicium faciendum eſt, quod de delectis; cap. Pueris, de delictis puerorum, ſcilicet, ſi ſunt doli capaces, poſſunt periurando, peccare mortaliter, aut ueniáliter, ſecundũ qualitatẽ periurii, ſicut & ceteri.

Quantum autem ad promiſſorium, impuberes ſi ſunt doli capaces, poſſunt ſe obligare, iurando; & iuramentum valet, tam priuatim coram Deo, quam in iudicio. Vnde Gloſ in c. Paruuli, 22. q. 5. ait: in hoc caſu poteſt quis cõueniri ratione iuramenti, quod præſtitit: dũ eſſet impubes ſi iurauit ſe præſtiturũ operas, ipſe pubes factus, bene conuenitur de hoc iuramento, vt ff. de lib. cauſa; l. vt in fine. Verum pater poteſt eius iuramenta reuocare; Vnde c. Pueri, eo. ti. ſic fertur: & pater eius, ut audierit, ſtatim contradixerit, uota eius, & Iuramenta irrita erunt; & facilius emendabitur Sed differentia eſt inter Vota, & iuramenta, vt notat Gloſ. ibi; quòd iuramentum quam cito ſcit, reuocare tenetur, & debet, vt Canon ait: Sed votum religionis non tenetur ſtatim annullare, ſed poteſt expectare tempus pubertatis, quo tranſacto, amplius annullare non poteſt, ut diximus in cap. de uoto.

Pater poteſt reuocare iuramentũ filij.

Periuri repelluntur à iuramento.

Periuri quoque à Iuramento repelluntur, 22. q. 5. c. Paruuli; itaque ſi iurare ſe offerunt cohibendi ſunt. Ratio diuerſitatis inter periuros, & pueros eſt: quod pueros ſolum naturalis defectus ætatis inhabiles ad iurandum eſſe facit, & propterea ſi malitia ſupplet ætatem iurare uolentes admittuntur: periurios autem ipſum delictum inhabiles reddit; nam iuris præſumptio eſt, quod qui ſemel in tali deliquit, iterabit delictum.

Ideo Canõ ait: Qui ſemel peiuratus eſt, poſt hoc nec teſtis ſit; nec ad ſacramẽtum accedat, nec etiam in ſua cauſa, vel alterius iurator exiſtat: Vnde, nõ poteſt interuenire vt teſtis in contractibus, nec in lite, neque de calumnia iurare poteſt.

Sed hic nota, qđ Archidiac. intelligit de periuris, qui in iudicio conuicti ut periuri & ita vt rei facti, iure condemnati, ſunt tamquam infames infamia iuris. De periuris autẽ publicis, & infamibus infamia facti, cũ ſint quaſi innumeri, dubius eſt: Poſſet tamen dici cum Syluestro, Verbo, Iuramẽtum, 2. §. 3. quòd ſi aliquis millies priuatim iurauerit, vt vulgus periurare ſolet, vel ex colera, inconſideratione, conſuetudine, uel ſimili modo, nõ ideo eſt à teſtimonio ferendo cohibendus: Sed si qui coram multis deliberatè ſuper ſancta Dei Euãgelia tactis ſcripturis falſo euidenter iurauerit; quamuis hoc non faciat corã iudice, tamen ut conuictus tamquam periurius cenſendus eſt. Et huius ratio eſſe poteſt; ſcilicet, iuramẽti grauitas, cum tali deliberatione, & ſcandalo populi, sic publicè facta: ubi autem dubitaretur de tali deliberatione, & falſitate, vel conſuetudo loci id non admitteret, aliter dicendum erit.

Viris grauibus non licet iurare.

ALterum, quod conſiderandum eſt, ſe tenet ex parte iurantis, & ſecundum hanc conſiderationem, uiris magnę auctoritatis, & perſonis aliquo ſublimio igradu, aut dignitate inſignitis, non licet iurare Huius aſſerti rationem reddit D. Thom. loco citato: Iuramentum enim aſſumitur, ut dictum eſt ſuprà, ad confirmandum quod aſſeritur, aut promittitur, eo quod homini aſſerenti, vel promittenti ſimpliciter non creditur, uel ſaltem de eius dicto dubitatur; hoc autem derogat dignitati, & excellentię viri grauis, & perſonæ magnæ auctoritatis, vt ei non credatur, aut de eius dicti ueritate dubitet: & ideò talibus

per-

perſonis iurare non conuenit. Hinc, 2.q.5.c.ſi quis presbyter, dicitur, quòd Sacerdotes ex leui cauſa iurare non debent, niſi pro magna neceſſitate, & vtilitate, & pręcipuè pro ſpiritualibus negotijs, ut per totam prædictam quęſtionem probatur. Quæ omnia intellige in Iudicio; ſed extra Iudicium, ac priuatè, pro nulla re fas eſt iurare. In cuius autem manus iurari debeat, dum in iudicio iurandum eſt, in ſequenti dicetur.

14 *In manus cuius iurare debeamus.*

CVi, ideſt in manus cuius iurandum ſit, dicitur, ſi loquimur de iuramento priuato, ſcilicet, extrà Iudicium, tunc cuicunque iurare poteſt homo: ſi autem de iuramento ſollēni, ideſt in iudicio; tunc quiſque iurare debet ſuo iudici competenti. Hinc clerici, ſi fuerint accuſati coram iudice ſeculari, à quo ſi requiſiti fuerint, vt iuramentum præſtent ad ſe purgandum, & corrigendum, non tenentur: immò prohibentur iurare coram tali Iudice, ſed coram ſuo iudice Ecclesiaſticò ſe purgare debent. 22.q.5.c. Nullus. Adde ſecundum Gloſ. niſi hoc fiat auctoritate Papæ. 2.q.5.ca. Mennam. Nec etiam clerici teſtimonium dicere poſſunt coram iudice ſeculari, ſi in teſtem uocentur, 11.q.1.cap. Teſtimonium. Adde ſecundum Gloſ. & Hoſt. quo ſup. niſi de licentia ſui ſuperioris: aliqui addunt in cauſa criminali: Sed melius dicas, quòd in nullo caſu iurare debeat coram iudice ſeculari ſine licentia ſuorum prælatorum.

15 *Quid iurandum ſit.*

QVod, explicat id, quo iuratur: nam ratione rei pro qua iuratur, aliquando iuramentum redditur illicitum: ideò ſuper hoc inſiſtendum eſt: ſunt enim hic multa dicenda.

Iuramentum debet habere tres comites.

Primo ſciendum eſt, ut iuramentũ ſit licitum tres comites habere debet, ait D.T. 22.q.89.art.3. ſcilicet, Iudicium, Veritatem, & Iuſtitiã, iuxta illud Hieremię c.4. & habetur 22.q.2. Animaduertendum eſt, Iurabis, uiuit Dominus, in Veritate, Iudicio, & Iuſtitia. Vbi autem hæc tria, vel aliquod eorum nõ aderit, iuramentum erit illegitimum, & contra Dei præceptum, ſcilicet, (Non aſſumes nomen Dei tui in vanum) diuerſimodè namque nomē Dei in vanum aſſumi poteſt, prout diuerſimodè eo uti poſſumus, iurando, & conſequenter peccare, licet non eodem gradũ.

16 *In iuramento requiritur iudicium.*

TRipliciter autem iuramento malè uti poſſumus contra tres pręd ictos comites.

Primum eſt, ex parte iurantis, dum deeſt iudicium, ideſt diſcretionis prudentia, quæ tunc deeſt, quando ſine neceſſitate iuratur, uel utilitate, ut dictum eſt ſuprà, uel dum leuiter, & ſine maturitate, & diſcretione nomen Dei in vanũ aſſumitur, quod iuramẽtum dicitur, an nõ enim eſſet temerarium, ſi quis ſpeculatiua dubia, quę ratione, & auctoritate probari debent, iuramento confirmare uellet? Nõne etiam temeritas magna eſſet, confirmare uelle iuramento, quod per ſe manifeſtum eſt? puta, quòd ſol adurit, quòd ventus Aquilonaris nos rigidos faciat, & ſimilia? Indignitas certè magna eſt, nomen Dei, aut ſacras res, ita inaniter, & temerè aſſumere, etiam ſi uerum dicatur, uerißimumque ſit quod aſſumitur, & hoc accidit tam in iuramento aſſertorio, quàm promiſſorio. Sed facere contra hunc primum Comitem, quantum peccatum erit? Dico, regulariter eſſe ueniale, poteſt tamen eſſe mortale, ex triplici capite, ſecundum omnes, & vt affirmat Syluester, Verbo, Iuramentum, a. §.8.

Iurare ſine neceßitate, qđ peccatum ſit.

Primo, rõne contẽptus, dum ſ. homo quidquid aſſerit, iuro confirmat, cũ quadam temeritate, & irreuerentia, non curando, ꝙ vanè, & ſine neceſſitate nomē Dei, vel ſacra aſſumit in vanũ, quod quidē aduertit, & nõ proponit abſtinere.

Secundò reſpectu habitus facti in hoc: dum, ſ. aſſiduo modo iurandi, exponit ſe notabiliter periculo periurãdi; id eſt aſſuetus iurare ꝓ quacunq; minima re, facilè ad iurandum incidit pro mendaci, & falſa, & id aduertendo, non abſtinet à tali vſu. Tertiò dum ex hac conſuetudine leuiter iurandi, quandoq; iurat

affirmando pro vero, quod ſibi dubium eſt, & maximè in alterius prȩiudicium, nam in huiuſmodi aſſerere debet, ut recolit, & ſentit, ſcilicet dubia, ut dubia, audita, vt audita, & ſimilia.

17 *In iuramento requiritur ueritas.*

Secundum eſt ex parte eius quod iuratur, dum ſcilicet deeſt Veritas; iuramentum enim cui deficit veritas, dicitur falſum, inane, & mendax. Requiritur ergò Veritas in Iuramento, puta in Aſſertorio, ut quod affirmatur omninò uerum ſit, & quod negatur, omni ex parte falſum ſit. Et in promiſſorio, ut quod promittitur, cum animo adimplendi promittatur, & cum effectu uerificetur, aliàs periurus eſt: ait enim Magiſter Sent. in 3. diſt. 39. Periurium nil aliud eſt, quam mendacium iuramento firmatum.

Contra hunc comitem multipliciter delinquitur, & primo, quantum ad Aſſertorium iuramentum.

1. Concluſio.

Quicunque iurat falſum, tam in Iudicio, quàm extrà, ſcienter, & deliberatè, peccat mortaliter, in quacunque materia, ſub quacunque forma, uel quocunq; fine, ſeu intentione id faciat.

Dixi (quicunque) ſiue ſit adultus, ſiue puer, dummodò ſit doli capax, ut dixi, ſiue maſculus, ſiue fœmina, peccat mortaliter, c. 1. de Delictis puerorum.

Dixi (tam in Iudicio, quã extrà,) nam ſiue iuret in manibus Iudicis coactè, uel ſpontè, ſiue extrà Iudicium, uoluntariè, vel ex conſuetudine, quomodocunque fiat, peccat mortaliter: niſi quòd iurans falſum in Iudicio, peccat grauius propter Iuramenti ſollemnitatem. Gloſ. & Doctores, ſuper cap. Si aliqua cauſa, 22. quæſt. 1. Et quandoque tenetur ad reſtitutionem, tam damni ſecuti, propter ſuã falſitatem, quàm boni amiſſi, propter ſuam taciturnitatem, ſeu negationem ueri; ut in ſecunda parte, cap. de Reſtitutione in communi, latius diximus.

Dixi (ſcienter, & deliberatè) pro cuius intelligentia dico multa.

Qui iurat falſum ſcienter, uel ſecundum ſuam æſtimationem ſaltem, aduertens ſe iurare, & falſum iurare, peccat grauiter; quia nomẽ Domini in vanum doloſè aſſumit, cap Animaduertendum, 29. q. 2.

Iurare ꝓ certo, quod dubiũ eſt, mortale eſt.

Qui iurãdo affirmat eſſe uerum, quod ita eſſe neſcit certò; ſed in animo ſuo dubius eſt, peccat mortaliter; deberet enim dicere, ſecundum illud quod nouit, & ſentit, aiunt Doctores.

Qui iurando aliter intelligit verba ꝗ ſonant, peccat mortaliter.

Qui iurando, aliter uerbum concipit, & intelligit in mente ſua, quàm ille, qui iuramentum à ſe petit, an peccet, diſtingnendum eſt.

Si iuramentũ eſt neceſſarium, id eſt, cogitur à Iudice; tunc dico uel interrogatur à Iudice competenti, eius ſuperiore, ſecundum formam iuris; puta, interrogatur de aliquo delicto à ſe perpetrato, an ſit verum; & de eo præceſſerit ſemiplena probatio, aut fama publica, aut aliquod ſufficiens indicium; tunc tenetur reſpondere ad interrogata, ſecundum mentem Iudicis, & eius, cui iurat: & ſi aliter iurando, reſpondet, aliud intelligendo in mente ſua, quàm verba ſonant ad aures Iudicis, reus eſt periurij; quamuis ſecundum mentem ſuam uerum dicat.

Si autẽ interrogatur à Iudice incompetenti, uel etiam à ſuo competenti, non tamen ſecundum formam iuris; vel quia nulla inditia habet ut deberet eum examinare, eſt enim peccatum occultiſſimum; uel quia interrogat de rebus impertinentibus, & non ſpectantibus ad cauſam; tunc non tenetur reſpondere; ſed ſilere, ait D. Thom. 22. quæſt. 69. artic. 1. & ſi iuramentum euadere non valet, tunc, ut à periurio ſe præſeruet, dicere poteſt, neſcio quid quæris, & poſtea in mente ſua tacitè ſubiungat, ut dicam tibi: quia non tenetur ei de hac re reſpondere.

Si autem iuramentum eſt uoluntarium, ideſt, ſi eſt perſona priuata, quę iuramentum

Digitized by Google

mentum exigit? tunc dico, ſi exigit ad bonum finem, ſcilicet ad finiendam aliquam controuerſiam, aut ut ſibi ſatisfiat, uel ſimile, & ipſe ſine damno alterius iurare poteſt, aut non iuret, aut ſi iurare expediens, & utile eſſe cognoſcit, iurare debet, ſecundum mentem exigentis iuramentum: aliàs periurus eſſet, & peccaret mortaliter. Si autem perſona priuata exigens iuramentum per metũ, importunitatem, uel ſimile quid illud extorquet, tunc iurans poteſt iurare uerum, ſecundum mentem ſuam, & falſum, ſecundum intentionem extorquentis, capit. humanæ aures, 22. quæſt. 5. Verbi gratia: Maritus cum velit ab Vxore exorquere medio iuramento, an commiſerit adulterium, ait illi, allocuta es Ioannem? Reſpondere poteſt, non; dicendo intra ſe, de re mercatoria: quia petitio mariti tunc eſt iniuſta. Item, qui tempore ſuſpicionis peſtis, Ciuitatem ingredi vellet, ſine litteris ſecuritatis, ſi iuramento interrogaretur, tranſiſtine per talem locum? ſi locus ille ſuſpectus erat de peſte, non poteſt ſine periurio reſpondere, niſi ſecundum mentem cuſtodum portarum Ciuitatis, iuramentum exigentium, tunc enim aliter reſpondendo, doloſè ageret. Si autem cuſtodes importunarent eum ſuper aliqua Ciuitate, quam infectam eſſe credunt, quę re uera non eſt & ipſe non eſt contaminatus peſte, ut fugiat ſuã vexationem, reſpondere poſſet, ſe non tranſiſſe per talem Ciuitatem, intelligendo, intra ſe, per muros, & uiſcera ciuitatis, & ſic de ſimilibus. Ita quidem fertur, Beatum Franciſcum prudenter reſpondiſſe quibuſdam perſequentibus homicidam, qui iuxta eum pertranſierat, ſcilicet hac pertranſiuit talis? Reſpondit, immittens manus in manicas, non tranſiſſe illac, intelligendo per illas manicas.

Subterfugere quando liceat & verba aliter intelligere, quã ſonãt.

Reſponſio S. Franciſci.

Sed hic dubitatur, an hac regula uti poſſimus ſine peccato, dum aliquid à nobis petitum dare non placet? Reſpondetur: ſi res petita eſt illi aliquo modo debita, non poteſt ſine mortali, illi reſpondendo, mentiri, aut aliter iurare, quã ſecundum intentionem petentis: ſi autem non eſt illi debita, nec aliquo pacto ad illam dandam, ſeu commodandam illi tenemur, ſi petit vt ei cõmodemus & commodare non placet, reſpondere poſſumus, non habeo talem rem, dicendo poſtea tacitè, ad commodandum tibi; & ſi nos importunaret, vt demus, aut iuremus, an illam habeamus, poſſumus verum iurare ſecundum mentem noſtram, & falſum ſecundum intentionem petentis. Et uniuerſaliter in omni caſu, ſiue in iudicio, ſiue extrà, quando homo veritatem à ſe petitam, dicere non tenetur, ſuam vexationem fugere poteſt, cum hac cautela. Dico (ſuam vexationem) nam his, & ſimilibus, uti non debemus ſine neceſſitate; neque putetis nos hęc docere, ut iis homines utantur, ſed ut Confeſſarij pœnitentes condemnare, & abſoluere ſciant, dum caſus acciderint.

Dubium.

Qui nolit commodare rem ſuã, quid poſſit iurando dicere.

Confeſſarij aduertant.

Contra hanc determinationem ſic arguitur: Iſidorus lib. 2. Sentent. cap. 31. ſic ait: Quacunque arte verborum quiſque iurat, Deus tamen, qui conſcientię teſtis eſt, accipit verba ſecundum intentionem eius cui iuratur; ergo illa ſupradicta cautela nihil valet.

Inſtantia.

Ad hoc reſpondetur; quod aliud eſt calliditate uerborum iurare, & aliud eſt ſimpliciter intentionem ſuam iurando enunciare: qui enim veritatem manifeſtare tenetur (ut dixi) verbis ambiguis, & duplicibus iuramentum legitimè petenti illam occulare non debet; tunc enim Deus accipit illa ſecundum intentionem quærentis veritatem ſcire, & cum ipſe non reſpondet firmiter ad interrogata, aliud ſignificando, & intelligendo, quam uerba ſonant ad aures iudicis, periurat. Qui autem non tenetur reſpondere, & veritatem manifeſtare; nec illam quærenti ſatisfacere cogitur, ſed ſufficit illum quietare, reſpondendo, & aliud in mente ſua intelligendo ſecundum veritatem, non periurat.

Reſponſio.

Digitized by Google

Intentio iurã di falſum, facit hominem periurum.

Qui paratus eſt iurare falſum, uel quomodocunque contra cõſcientiam, antequam iuret, periurus eſt, etiam ſi poſtea non iuret, cap. qui peierare paratus eſt, 22 q.5.

Qui iurat ſuper aliquod, in quo nihil ſanctitatis eſt, puta lapidẽ, exiſtimans ſe iurare ſuper ſacramento, ſeu Euangelio, falſum dicendo, periurus eſt ex intentione praua; licet ille, cui iurat, ideò ſuper tali re non ſacra iurare facit: quia non intendit illum obligare, & iurans hoc neſcit, cap. ecce dico, 22. quæſtio. 5.

Corollarium.

Hinc ſequitur, ſi quis innocens interrogatus an commiſerit tale furtum, iuret ſuper ſcripturam, in qua continetur, ſe furtum cõmiſiſſe; dicendo, ut innocentiam ſuam comprobaret, ſic immunis ſum à tali peccato, ſicut continetur in tali ſcriptura, putans eſſe illam ſcripturam, quam ipſe ſcripſerat, in qua ſe iuſtificauerat, non per hoc eſt reus periurij, Deus enim non accipit, quod in ſcriptura continetur, ſed quod mens iurantis cogitat.

Qui iurat falſum inaduertenter, putans eſſe verum; tamen talis diſpoſitus erat, quòd ſi ſciret, & aduerteret, illud eſſe falſum, adhuc falſo iuraret, & peccat mortaliter, propter malam diſpoſitionem, quam habet ex intentione, itaq; illa inaduertentia nõ eſt cauſa periurij, quæ valeat excuſare, ſed potius comes, ait Caiet. 22. quæſt. 89. artic. 3. & Nauarrus cap. 12. num. 6. & cum ſit comes non excuſat.

Qui iurat verum pro falſo, peccat mortaliter.

Qui iurando, dicit verum, putans eſſe falſum; & tamen affirmat eſſe verũ: puta, ꝙ Franciſcus interfecerat Ioannem, quod ipſe ignorat, imò tenet in animo ſuo tale homicidium Franciſcum non feciſſe, & tamen iurat Franciſcũ hoc perpetraſſe; peccat mortaliter: quamuis enim non mentiatur materialiter, eſt tamen periurus formaliter, ex intentione, c. homines, eod. tit. q. 2. habet enim Canon illæ hæc verba. Intereſt quemadmodum uerbum procedat ex animo, ream linguam non facit, niſi mens rea.

Corollarium.

Hinc ſequitur, periurum eſſe illum, qui habet aliquid ex auditu, etiam ab homine fide digno, ſi deponit affirmando, illud habere ex cauſa ſcientiæ, quamuis iurando, verum ſit quod dicit.

Qui iurando, falſum affirmat, putans eſſe verum, non habens animum fallendi; ſi diligentiam fecit, vt ſciret, non peccat, c. is autem, & cap beatus Paulus, 22. q. 2. ſi autem inaduertenter, & temerè iurauit, peccauit tantum uenialiter, hoc enim modo non fallit, ſed potius fallitur, cap. homines, 22. q. 2. & ibi Glo. & Doctores.

Iurãs falſum pro uero, quãdo peccet.

Qui iurat falſum pro uero, putans eſſe tale, ductus ignorantia, an peccet? Reſpondetur, ſi eſt ignorantia iuris, peccat mortaliter, tenetur enim ius non ignorare, niſi res ignorata eſſet de his, quibus ius neſcire permittitur. Si autem eſt ignorantia facti, aut fecit debitam diligentiam illud ſciendi non peccat: Si uerò nullam fecit diligentiam, itaque talis ignorantia craſſa, & ſupina iudicabitur, & non excuſatur à mortali, rationibus ſuprà dictis, & ſi aliquam fecit diligentiam, ſed non ſufficientem, peccat tantum venialiter.

Dubium.
Quæ ſit ignorantia iuris.

Sed quæritur hic, quæ ſit ignorantia iuris, & quis excuſet ab ea, quęue ignorantia facti? Reſpondetur: Ignorantia iuris eſt, quando ignoratur ius, ideſt id, quod ius pręcipit; puta ius pręcipit, ut nemo accipiat propinquam in uxorem; qui illam acciperet, credens non eſſe prohibitum, peccat ignorantia iuris, qui autem hoc ſciret, & tamen acciperet Bertã in vxorem, ignorans ſibi eſſe propinquam, peccaret ignorantia facti, ius autem ignorare permittitur militibus, mulieribus, ruſticis, & minoribus, ff. de probationibus, l. cum de indebito, §. Si autem is, 1. q. 4. §. Notandum. Reliqua, quæ de ignorantia dici poſſent, uide in prima parte, ibi enim abundè locuti ſumus de hac.

Qui excuſentur ab hac ignorantia iuris.

Qui indu-

Qui iuramentum præſtat, aut præſtare facit aliquem quẽ ſcit falſo iuraturũ,

aut

Digitized by Google

aut àd periurandum prouocat, reus eſt periurii, ac ſi ipſimet periuraſſet, cap. ſi quis periurauerit, 22.q.5. Niſi præſtans iuſum, & inducens ad iurandum fuerit Iudex, qui ad inſtantiā partis, iuris ordine ſeruato, illum ad iurandū admiſerit.

cit aliquē ad periurādum, periurus eſt.

Qui cogit aliquem ad periurandum, aut attrahit, uel ſolicitat, & pecunia corrumpit; duplex periurium committit; quoniam ſuam, & proximi animam interficit, c. Ille qui, & c. Si quis conuictus, eod. tit. Qui exigit iuramentum ab eo, quē probabiliter neſcit, quòd falsò iurabit, excuſatur à tali peccato, c. Qui exigit, eod. tit. Hæc dicta ſint pro illis uerbis (ſcienter, & deliberatè.)

Dixi (in quacunque materia) iurare namque falſum eſt peccatum mortale, non tantum in re graui, uerum etiam in re parui momenti; tam enim periurium eſt falsò iurare, te non lauiſſe manus, ſi lauiſti, quàm te iurare, non patraſſe homicidium, uel non furatum fuiſſe, ſi id commiſiſti. Itaque ut ait Sotus lib. 8. de iuſt. & iure, q. 2. artic. 3. nullum mendacium tam leue eſſe poteſt, quin ſit peccatum mortale, ſi iuramento armetur. Vnde ſequitur, quòd ocosè, uel ex animi leuitate, uel excuſando ſe, uel ſimile quid faciendo falsò iurat, peccat mortaliter. Quamuis Gloſ. in c. Veniens, de iureiurando, contrarium dicat, quæ à nullo acceptatur, ut Nauarrus confitetur, c. 12. num. 5. Immò quanto res, pro qua falsò iuratur, erit parui momenti, tanto maior irreuerentia Deo fit; & ideo grauius peccat, quia magis uanè aſſumit nomen Dei ſummè reuerendum & uenerandum.

Mendaciū de re minima iuramento firmatū eſt mortale.

Dixi (ſub quacunque forma) ſiue enim dicatur per Deum, per Sanctos, & ſimilia, ſiue ita Deus me adiuuet, ſiue dicat, in conſcientia, ſeu per animā meam, per filios, & ſimilia, ſemper eſt mortale.

Et quod ſit mortale, non ſolum patet ex præcepto Decalogi, ſed etiam ex c. Neceſſe eſt, 32. q. 4.

Verum qua pœna feriatur, qui periurat, habetur in c. Qui ſacramento, eod. tit. vbi præcipitur, vt abſtineat à communione Corporis, & Sanguinis Domini; peccatum eleemoſynis, fletibus, & quantis potuerit ieiuniis redimat.

Pœna periuri.

Dixi tandem (vel quocunque fine, & intentione) ſed de hoc inferius.

IN iuramento promiſſorio, quod fit, quando ſub Iuramento promittitur, vel Deo, vel homini aliquod futurum faciendum, vel dimittendum; ſi non adimpletur, ſeruata in eo iuſtitia (ut infrà dicetur) mortaliter delinquitur.

Ratio huius eſt: nam in Iuramento promiſſorio debet eſſe Veritas, ſicut in Aſſertorio, de quo ſuprà dictum eſt: & ideo utrunque habet quandam obligationem, diuerſimodè tamen, nam in iuramento Aſſertorio, quod fit de re præſenti, vel præterita obligatio non cadit ſuper re præſenti, vel præterita, ſed ſuper actu iurandi, ſcilicet ut ſit verum, quod Iuramento aſſeritur, ut uidiſtis, ſed in Iuramento promiſſorio accidit è contra, obligatio namque cadit ſuper re à nobis agenda, ut ſcilicet quod Iuramento promittimus, verum eſſe faciamus: tunc autem promiſſum verum facimus, quando exequimur quod iuramus.

Veritas in iuramento promiſſorio.

Itaque qui iurat aliquid ſe facturum, illud exequi obligatur, ut in eo Veritas impleatur.

Verùm obligatio iſta ſupponit alios duos comites, ſcilicet, Iudicium, & Iuſtitiam, vt dictum eſt, & dicetur, ſine quibus obligatio non tenet; & ut omnia fiant plana, ſequemur Concluſiones per ordinem, ut cœpimus

Sed pro meliori iſtorum intelligentia, nota, ꝙ Iuramentū promiſſorium eſt duplex, ſcilicet abſolutum, & cōditionatū. Quantum ad abſolutū, dico multa.

Iuramentum promiſſorium duplex.

Qui iurat ſe facturum aliquod licitum, quod poſtea potens facere non facit, peccat mortaliter, ſecundum omnes.

Secunda concluſio.

Dixi (potens) quia ſi iurando, habuit animū adimplendi, deinde termino promiſſionis maturato, aliqua impotentia, aut neceſſitate ſuperueniēte, nō adim-

Impotentia excuſat à periurio. *Admonitio.*

plet, & non propria uoluntate, excuſatur, donec talis impotentia durat, c. Querelam, de Iureiurando. Hinc colligitur, quam malè pro eorum anima faciunt, qui ſub iuramento promittũt ſiue uerbo, ſiue ſcripto, ſoluere certam quantitatem pecuniæ, vel aliud tali tẽpore, quo maturato, potentes non curant ſoluere, immò nolunt, donec à iudice condẽnentur, ut interim illis utantur pro ſuo commodo, donec poterunt, non curantes de intereſſe, damno, & expẽſis creditoris: nec de his cõfitentur, cum ſint uno modo periuri, uerum etiam ad reſtitutionem intereſſe obligati, vt in ſecunda parte dictum eſt.

Iurans cũ animo non adimplendi, mortaliter peccat.

Qui iurat cũ deliberatione ſe aliquid facturum, ſine animo adimplẽdi illud, periurus eſt, & peccat mortaliter; ait enim Auguſtinus lib. Pſal ſuper Pſal. Domini eſt terra, & habetur 22. q. 2. c. 1. In dolo periurat, qui aliter promittit, quã facturus eſt.

Sed hic quæritur, an qui taliter iurauit, iuramentum adimplere teneatur?

19 *Dubium.* *Iſidorus.*

Et uidetur quod ſic, Iſidorus enim lib. 2. Sententiarum, & refertur 22. quæſtio. quinta, capit. Quacunque, ſic ait: Quacunque arte verborum quis iurat, Deus tamen, qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit, ſicut ille, cui iuratur intelligit.

Gregorius.

Ex his habetur ꝙ licet iurans animum ſe obligandi non habeat, iuramentum tamen obliget. Oppoſitum dicere uidetur Gregorius lib. 6. Moralium, qui ſic habet: Humanæ aures talia uerba noſtra iudicant, qualia foris ſonant. Diuina verò iudicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur.

Ex quibus colligitur, quòd qui nõ habet animum ſe obligandi, non remanet tali iuramento obligatus.

Solutio D. Th.

Pro cuius difficultatis ſolutione, D. T. 2. 2. q. 89. art. 7. in reſpõſione ad 4. argumentum, reſpondet cum diſtinctione: ſcilicet, quando intentio iurantis, & eius cui iuratur, non eſt eadem in iuramento, dupliciter accidere poteſt. Aut ſic iurans, dolo, & animo decipiendi id facit, & tunc iuramentum adimplere tenetur. Et ad hũc ſenſum auctoritas Iſidori intelligenda eſt, ſubiungit enim: dupliciter reus fit; quia & nomen Dei in uanũ aſſumit, & proximum dolo decipit. ergo de iuramento doloſo intelligit. Aut iurans, ſine dolo, & alterius præiudicio id facit: & tunc non tenetur iuramentum obſeruare: niſi ſecundum intentionẽ ſuam: & ad hũc ſenſum intelligitur auctoritas diui Gregorij. Sed quia verba D. Th. nõ ſunt adeò clara, & aliqui indifferentur tenẽt, ꝙ qui iurat cum animo nõ ſe obligandi, non tenetur iuramentum adimplere; ideo hęc Philoſophia eſt altius explicanda.

Pro cuius rei intelligentia eſt aduertendum, quòd in iuramento promiſſorio, de quo eſt ſermo, tria ſunt foris conſideranda, & alia tria intus. Foris conſideranda ſunt hæc, ſcilicet Promiſſio, Iuramentum quo promiſſio confirmatur; & hæc duo reſpiciunt tempus præſens, quando iuratur: tertium Promiſſionis executio, quæ reſpicit tempus futurum; in quo iuramentum adimpleri debet.

His tribus, quæ foris fiunt, reſpondent alia tria, quæ intus in animo iurantis exiſtũt; nempe animus, & intentio iurandi, intentio promittendi quod iurat, & tertio intentio adimplendi, quod iuramento promittit.

His ſtantibus, loquendo de iuramento doloſo, triplex dolus ſeu fraus in iuramento committi poteſt.

In iuramento promiſſorio triplex dolus cõmitti poteſt.

Primus eſt quando deficit intentio tantum adimplendi, quod promittitur, & tunc ponitur hæc concluſio.

1. Concl.

Qui uerè iurat, & uerè promittit cũ intentione non adimplendi promiſſum, peccat mortaliter: & ultrà hoc, tenetur iuramentum obſeruare: exemplum, qui profitetur Religionem cum iuramento, in qua profeſſione promittit tria uota

eſſentialia,

Digitized by Google

eſſentialiã, & tamen continentiam obſeruare non intendit, ſed luxurioſè uiuere.

Probatur, quòd peccat mortaliter, quia deficit primus comes, ut ſuprà explicuimus, ſcilicet, Veritas.

Et confirmatur per auctoritatem Auguſtini ſuprà allegatã. Probatur, quòd tenetur iuramentum obſeruare; quia defectus intentionis in non adimplendo quod promittitur, non excludit vinculum iuramenti; vnde ſibi aſcribitur, ac ſi poſt factum iuramentum hæc iniqua intentio adueniret.

Secundus dolus eſt, quando deficit animus, & intentio iurandi, & tunc ponitur ſecunda Concluſio.

Si quis fingit ſe iurare, tamen animum iurandi non habet, peccat mortaliter; ſed nullũ uinculũ obligationis remanet; quia re uera, iuramentum nullum eſt. 2. Concl.

Exemplum eorum, qui proferunt uerba iuramenti, non tamen iurare intendunt; ſed mendacibus uerbis ſe iurare ſimulant.

Probatur, quòd peccat mortaliter, nam qui legitimè requiſitus, ſponte ſic exterius iurat, proximum uerbis doloſis circumuenit mendaciũ pernicioſum dicẽdo, nam mendaciũ, non modo eſt contrarium uero iuramento interiori; ſed etiam exteriori, dum ſcilicet apparet ſe iurare, & nõ iurat; quòd non eſt ſine irreuerentia mortali; ſicut enim cultus exterior Idolis exhibitus, ſine animo colẽdi, eſt peccatũ mortale (ut legitur feciſſe S. Marcellinum Papã) ita atteſtatio & inuocatio Dei, quę eſt actus latriæ, ſuper mẽdacio & re ſimulata, erit irreuerentia mortalis. Dixi (legitimè requiſitus) ut me pręſeruarem ab eo, qui etiam ſine metu, aut ui eſſet requiſitus ab eo cui iurare nõ tenetur, ut Iuramento ſibi daturum promitteret, uel commodaturum rem, quam dare, aut commodare nõ eſt obligatus; ſi propter illius importunitatem, ut à tali uexatione ſe abſolueret, ſe iurare fingeret, non auderem eum ad mortale condemnare; quia cum non fiat præiudicium tertio, non eſt mendacium pernicioſum, nec teſtimoniũ Dei mortaliter illuditur, ubi dolus non eſt: dicerem tamen eſſe ueniale, ſicut mendacium officioſum.

Dixi (ſpontè ſic exterius iurat) nam ſi hoc faceret ui, aut metu aliquo, non apparet ita clarum: unde Sotus loco citato, ſuper hoc dubitat, ſed inferius de hoc ſuo loco dicemus, in circunſtantia, Quomodo. Probatur, quod nullum uinculum remanet, quoniam cum iuramentum ſit actus humanus, id eſt uolũtatis, vbi non adeſt iurandi intentio, nullum exiſtit iuramentũ, & ex cõſequẽti, nulla obligatio abſolutè remanet in conſcientia. Dico (abſolutè) nam ſi iuramentum factũ eſſet ita in publico, ut ſcãdalum eſſet illud non obſeruare, tũc illud obſeruare teneret, quantũ neceſſariũ eſſet ad ſcãdalũ euitandũ, nõ ex ui Iuramenti; ſed ne haberetur ut homo periurius apud illos. Dico (in conſcientia,) nam ſi tale iuramentũ fuiſſet ſollemnę coram Iudice, aut Notario factum, quamuis in conſcientia non obligaretur; tamen propter ſollempnitatem; ad illud obſeruandum cogeretur; quia ſibi dicenti, ſe non iuraſſe ex animo, non crederetur. Exemplum, Petrus iurauit ducere Lucretiam in uxorem, sine animo ducendi, atque iurandi, aſtringetur à Iudice illã ducere, ac tenere, donec maneret in Ciuitate, nam extrà poſſet facere, ut vult.

Tertius dolus eſt, quando adeſt intentio iurandi, ſed deficit intentio, & animus promittẽdi, ut patet in his, qui licet iurent ſe aliquid facturos, in eo de tamen non uerè promittunt; ſed mendacibus verbis ſe promittere ſimulant. Et circa hoc aliqui dicunt tale iuramentum non habere uim obligandi: de quibus eſt Syluester, in Verbo, Iuramentum, 4. Probant hanc ſuã opinionem hoc pacto: Iuramentum eſt confirmatio promiſſionis; vbi autem nõ eſt promiſſio, nulla videtur eſſe Iuramenti obligatio; confirmant etiam hoc auctoritate Diui Syluestri opinio.

Gregorij,

3. Concluſio. Caietani. Opinio Soti.

Gregorij, ſuprà allegata. His non obſtantibus, ponitur tertia Concluſio ad mentem Caietani loco citatio, & Soti lib. 8. de iuſt. & iu. quæſtio. 1. art. 7. Vbi adeſt vera intentio iurandi, quamuis deſit intentio promittendi, & adimplendi, ſequitur obligatio, etiam in conſcientia: ratio huius eſt: nam obligatio ita ſequitur naturam iuramenti, ut caliditas naturam ignis; unde ſicut ignis eſſe nõ valet ſine caliditate, ita iuramentum (ſi uerum iuramentum eſt) ſine obligatione eſſe non poteſt. itaque homo obligationem à vero iuramento ſeparare non ualet; Probatur, quòd obligatio ſequitur naturam iuramenti, ait enim D. Thom. in corpore articuli citati: in iuramento promiſſorio duę ueritatis rationes ſunt; una ſcilicet, quę eſt ratio iuramenti aſſertorij: puta dum quis iurat, intentionem cum uerbis conformem habet: altera, quæ eſt ratio iuramenti promiſſorij; puta, dum quod iurat, poſtea in effectum ponat: unde cum iuramentum feratur in vtranque veritatem, conſequens eſt, ut ſi adeſt prima ueritas, ideſt ſi uerè iurat, uinculum ſecundæ ueritatis inde naſcatur, ſcilicet obligatio exequendi, quod iuratur; ſola enim intentio iurandi, quæ ſua natura alios comites habere debet, eſt cauſa obligationis; ac ſi utraque intentio, ſcilicet promittendi & ſe obligandi adeſſet. Concluditur ergo, quòd ſi uerè iurauit, remanet obligatus, quantumcunque animum promittendi non habuerit. Ad argumentum in contrarium reſpondetur, cum quis promiſſoriè iurare intendit, tenetur ſimul promittere, & ſe obligare: unde ex ſola intentione iurandi, oritur naturaliter obligatio, & neceſſariò, ac ſi intenderet ſe obligare, quamuis animũ promittendi non habeat; talis enim animus obligationem à iuramento ſeparare non ualet, ut dictum eſt: unde fàlſo aſſeritur, vbi non eſt promiſſio, nulla videtur eſſe iuramenti obligatio. Ad confirmationem Gregorij dicitur, illam habere locum, ubi non adeſt dolus, & fraus ex parte iurantis, & præiudicium ex parte illius, cui iuratur.

Omnia autem ſupradicta intelligenda ſunt de iuramento facto ſuper materia; inferius, ſuper tertio comite, ideſt iuſtitia, quæ in iuramento requiritur, abundè loquemur, Deo duce, ſequendo igitur Concluſiones, dicimus quod.

4. Concluſio. Iurans ſe facturum aliquid, quod nõ poteſt facere, peccat mortaliter.

Qui iurando promittit ſe facturum aliquid, quod credit probabiliter, elapſo termino ſe adimplere non poſſe: ut multi facere ſolent, qui proximũ cõueniũt in negotijs, promittentes maria, & montes, & tamen ſciunt, maturato tempore promiſſionis, non habituros facultatem adimplendi promiſſum, omnes iſti ſunt periuri, deficit enim ueritas in iuramento Hoſtienſis, Sylu. Verbo, Iuram. 4. §. 18. ſecus ſi probabiliter credebat, ſe in termino ſatisfacturum, puta ex fructibus maſſariæ, ex redditibus, uel ſimilibus in quo caſum fecit ſuũ poſſe, ſi poſtea nõ adimpleuit, excuſatur à peccato. Et ſi dũ promiſit erat dubius, & incertus de poſſibilitate adimplendi, periurus eſt, quia in hoc deficit iudicium, ait Hoſtienſis, & Syluest. Verb. Iuram. 4. §. 25. requirit enim iuramenti reuerentia, ut homo diligentiam faciat, antequam promittat, an adimplere ualeat, quod intellige in materia graui, ait Sotus, quo ſup. in illis enim, quæ ſunt parui momẽti, non eſt neceſſaria tanta diligentia: unde defectus ille non eſt plus, quam culpa uenialis.

Qui iurat non facere aliquod peccatum, duplici uinculo tenetur, & conſequenter dupliciter peccat, illud committendo.

5. Concluſio. Iurans facere rem parui momenti, non adimplendo, an peccet mortaliter?

Qui iurando promittit rem licitam, & leuem parui ve momenti, non adimplendo, peccat mortaliter ſecundum Caietanum; quia in iuramento deeſt primus comes, ſcilicet ueritas. Sed D. Ant. 2. p. tit. 10. c. 4. & Nauar. c. 12. num. 10. aiunt peccare uenialiter, ratione paruę materiæ, quę in omni caſu excuſat à mortali. Verum omnes iſti ſunt diminuti in decidendo, ideo aliter reſpondendum eſt cum Soto, lib. 8. de iuſt. & iu. quæſt. 1. art. 7. ſcilicet in iuramento promiſſorio,

Digitized by Google

miſſorio, duæ ueritates ſunt attendendæ; una requiritur ex parte cauſæ formalis, ut ſcilicet habeat in animo intentionem adimplendi, id quod promittit: & tunc ſi iurando non habuit animum adimplendi quod promiſit, quamuis leue fuerit, peccauit mortaliter, quia hic non attenditur paruitas reis, ſed iniuria, quæ fit Deo, falsò iurando, ut de iuramento Aſſertorio dicebamus; in quo etiã ſi de re minima, uel ioco quis periurauerit, erit mortale. Altera ueritas ſe tenet ex parte materię, quæ promittitur in iuramento, & hæc ſequitur obligationẽ Iuramenti; ex eo enim quòd iurando promiſiſti, illud uerum facere, in effectu obligaris. Hæc autem obligatio quanta ſit, non debet iudicari ex menſura ueritatis, ſed ex natura materiæ: Vnde, ut ait D. Thom. 2. 2. quæſt. 89. artic. 7. in reſponſione ad ſecundum argum. ex diuerſitate rei promiſſæ in Iuramento promiſſorio, oritur diuerſitas obligationum, & ex conſequenti multipliciter, deficiendo, delinquitur; vt de materia uoti dicebamus. Hinc ſequuntur multæ Concluſiones: quandoque namque deficit prima ueritas, quandoq; ſecunda; quandoque deficit Iudicium, quandoque Iuſtitia, quandoque multa illorum, & quandoque omnia; & ſic de peccato, quod ex eorum defectu ſequitur, dicendum eſt.

In iuramento p̄miſſorio ſunt duæ veritates.

1. Concluſio.

Qui iurando promittit aliquid, cum animo non adimplendi, quidquid ſit illud, peccat mortaliter, quia in eo deficit primus comes, id eſt prima Veritas, quę eſt forma iuramenti.

2. Concluſio. Promittens paruam rem non adimplẽdo, peccat venialiter.

Qui iurando promittit aliquid, animo adimplendi, ſi non adimplet illud, eandem rationem faciemus de peccato, quam de re promiſſa, quam ſequitur ſecunda Veritas: unde ſi res eſt licita, & magni momenti, peccat mortaliter, nõ adimplendo, ratione iam dicta: ſi eſt parui momenti, peccat uenialiter, ratione paruitatis materię.

3. Concluſio.

Qui iurando promittit aliquod illicitum, quia in hoc deficit Iuſtitia, de qua paulò poſt loquemur, illuc uos remitto.

4. Concluſio.

Qui iurando, inconſideratè promittit aliquid notabile, cuius inconſideratio ortum habet, uel à ſubtractione iudicij, uel à magno timore, quia in hoc deficit Iudicium, inferius, de hoc in (Circumſtantia Quomodo) dicemus.

Si autem res Iuramento promiſſa eſt quid indifferens, tunc dico, & ſit quinta concluſio, quod.

5. Concluſio. Promittens aliquod indifferens, nõ tenetur ad iuramentum.

Qui promittit facere aliquid abſolutè indifferens, puta, non fricare barbã, non tranſire per talem uicum, uel ſimile quid, non obligatur promiſſum adimplere, ſtante indifferentia, quia promittere huiuſmodi, uanitas quędam eſt, & materia iuramenti debet eſſe actus uirtutis. Dixi (abſolutè indifferens) quia ſi tale iuramentum fieret aliqua utili intentione, puta quia in tali uico habitat quędam impudica mulier, prouocans eum ad libidinem, tunc tenetur promiſſum adimplere. Dixi (ſtante indifferentia) quia, etſi iuramentum de re in ſe indifferenti factum, aliqua utili intentione obliget, ea tranſacta, tranſit pariter obligatio.

20 *Dubium.*

Ex dictorum occaſione quæritur, an mulieres dũ iurant ſe velle uerberare filios, si poſtea non uerberant eos, peccent mortaliter? Dico ſi iurant animo non verberandi, peccant mortaliter, niſi excuſarentur à mortali, quia iurant ex impetu Iræ, uel inconſideratione: ſi aũt iurant cũ ueritate, ſi poſtea non adimplẽt ex amoris teneritate, uenialiter peccant: ſicut, dum iurando, promittunt dare poma, uel ſimile, & poſtea eos decipiunt. Idem iudicium faciendum eſt de ijs, qui ſe inuicem præuenientes, iurant, ſe non proceſſuros ultrà, ſi poſtea alter cedit, uel dum ſe mutuo ad conuiuium, iurando, inuitant, ſi aliter mente proponunt, quam ore promittunt, peccant mortaliter, rõne iam dicta: ſi aũt promittunt, animo adimplendi quantũ in poteſtate iurantis fuerit, ſi poſtea nõ adimplent,

Digitized by Google

plent, vel quia res pendet ab aliorum conſenſu, uel quia eſt parui momenti, excuſantur à mortali.

Eodem pacto in ſimilibus iudicari poteſt, prout erit diuerſitas materiæ propter quam iuratur. Sequendo igitur ſemitam inceptam, dico:

6. Conclu. Iurans ſoluere vſuras, tenetur.

Qui promiſit ſoluere vſuras ſimpliciter ſine iuramento, non tenetur, ſi autem iurauit illas ſoluere, non ſoluendo, periurus eſt, propter ſacramenti ſolemnitatem, niſi neceſſitas excuſaret, poteſt tamen poſt ſolutionem illas repetere, cap. debitores, de iureiur.

7. Conclu.

Qui dando in pignus, puta domum, pro centum aureis, iurat creditori ſuo, rem pignoratam non repetere, nec aliquod grauamen inferre, niſi prius ſoluerit debitum, non poteſt ſoluendo debitum, cum fructibus compenſare, ſine peccato periurij, ſicut poſſet, ſi talia iuramento non promiſiſſet, ſed prius ſoluat centũ aureos, deinde quærat pignus cum fructibus perceptis, uel qui percipi poſſent, c. ad noſtram, de iureiur.

8. Conclu. Iurans obſeruare ſecretũ quando obligetur.

Qui iurat obſeruare aliquid ſub ſigillo ſecreti, & non obſeruat, eſt periurus: niſi in caſibus quibus debet & tenetur reuelare: puta, quando poteſt prodeſſe, & non reuelando, multa incommentia occurrerent, vel quando ſecretũ eſt tale, quòd illud reuelare intereſt Superioris, & Reipublicæ, vel ſimile: quia in his caſibus iuramentum non obligat; quamuis enim abſolutè iuret, ſemper tamen intelligi debent aliquæ conditiones, quibus exiſtentibus, iuramentum non tenet, arg. c. B. Paulus, 22. q. 2.

21 In iuramento requiritur iuſtitia.

TErtium, in quo malè vtimur iuramento, eſt, quando deficit Iuſtitia: Hoc autem fit, dum vergit in deteriorem exitum.

Iuramentum pôt vergere in deteriorẽ exitũ dupliciter.

Dupliciter autem iuramentum poteſt vergere in deteriorem exitum, ait D. Tho. quo ſuprà, in reſponſione ad ſecundum. Vel à principio, quando ſcilicet promittitur aliquid, quod eſt vel per ſe malum, damnoſum, aut impoſſibile factu, vel maioris boni impeditiuum, uel alteri præiudiciale, aut inutile, aut denique vanum, & ſtultum.

Vel poteſt vergere in deteriorem exitum in fine, id eſt poſt iuramentum factum, propter aliquid quod de nouo emergit, propter quod promiſſum prius licitum, factum eſt illicitum.

Iuramentum promiſſorium per ſe requirit, ut habeat iuſtitiam.

Hinc habetur comitem hunc ſolum habere locum in iuramento promiſſorio, ut bene ait Caiet. 2. 2. quæſtio. 89. artic. 3. etſi Sotus lib. 8. de iuſt. & iure, eodem artic. dicat extendi poſſe ad iuramentum Aſſertorium, & hoc tamen impropriè dicitur.

Quantum ad primum, ſcilicet, quando uergit in deteriorem exitum à principio, ponuntur multi caſus per omnia membra examinandi: Quo ad primum membrum, quod eſt per ſe malum, ponimus plures Concluſiones.

Iuramentum quãdo ſit per ſe malum. 1. Conclu.

Qui iurat, velle facere aliquid, quod eſt contra præcepta Dei, & Eccleſiæ, peccat mortaliter dum iurat, & multo magis, ſi poſtea Iuramẽtum adimpleat, D. Th. quo ſuprà, & habetur 22. q. 4. c. 1.

2. Conclu.

Qui promittit iurando facere aliquid, quod ſi fieret, eſſet peccatum veniale, venialiter peccat, nec illud adimplere tenetur, eſſet enim addere peccatum peccato, eod. tit. c. Si quis.

3. Conclu.

Qui iurat facere contra leges, & ſtatuta humana, quę ſunt de bonis morib. ad mortale obligantia, mortaliter iurando, peccat, nec iuramentum obſeruare debet, ut habetur in regula, Non eſt obligatorium, de regulis iuris, in 6. Si aũt iuramentum non eſt contra bonos mores, & ſtatuta ad peccatum obligantia, obſeruari debet.

Quę autẽ ſint ſtatuta ad peccatum obligantia, in prima parte dictum eſt.

Quo ad ſecundum membrum, quod eſt damnoſum, ponuntur alij caſus.

Qui,

Digitized by Google

Iuramentum quando ſit dãnoſum

1 Concl. & 1. Caſus.

Qui iurando promittit facere aliquid, quod uergeret in damnum propriæ corporalis ſalutis, ſiue illud accidat à principio, ſiue poſt factum de nouo emergat, non tenetur illud obſeruare, c. ſi non licet, 23. q. 5. Quod limita, quando directè uergit in damnum ſalutis, ſin autem occaſionaliter, iuramentum obſeruare tenetur, uerbi gratia, iurauit manere Romę de menſe Auguſti, quamuis timeret ibi mori, eo quod in tali menſe aer Romę eſt peſtiferus, tenetur tñ Iuramentum adimplere, quia hoc non ſemper accidit, niſi talis eſſet conditionis, & cõplexionis, quòd probabiliter crederetur eſſe moriturum.

2. Concl.

Qui iurat facere aliquid, quod uergeret in damnum Eccleſiæ, uel communitatis, peccat mortaliter, ut periurus, & non debet illud iuramentum obſeruare.

2. Caſus.

Caſus eſt in c. Sicut noſtris, de Iureiurando, ubi refertur, quoſdam Canonicos, uacante Epiſcopali ſede, iuraſſe in damnum iuris Epiſcopalis: deinde unus ex illis Epiſcopus effectus quæ acta erant denunciauit Papę, conſulens eum an iuramentum ſeruandum eſſet: fuit reſponſum, quò non; ſed ꝙ de incauta iuratione pœnitentiam agere deberet.

3. Concl. & 3. Caſus.

Qui iurauit facere aliquid, quod in ſe bonum erat, putabat tamen malum eſſe, peccauit mortaliter iurando, propter malam uoluntatem, ſed Iuramentum ſeruare tenetur, propter Sacramenti reuerentiam, quia illud obſeruare, peccatum non eſt. capitulo Quanto, §. Veruntamen, de Iureiurando.

4. Concl.

Qui iurauit facere, quod malum, & illicitum eſt, neſciens ſuam malitiam, si abſque peccato ſeruari poteſt, ſeruandum eſt, aliàs non, capit. eodem, §. si verò.

4. Caſus.

Qui iurauit facere aliquid, quod in ſe illicitum eſt, putans tamen non eſſe illicitum, non peccauit iurando, quia non habebat malam intentionem, tamen illud adimplere non tenetur, propter eius malitiam, capit. Actione quarta, 22. quęſt. 4.

5. Concl. & 5. Caſus.

Qui iurat facere contra primum Iuramentum, peccat mortaliter, si primũ habet illos tres comites, & tunc ſecundum non tenet: si autem primum eſt cõtra rationem, quia deficit aliquis prędictorum comitum, tenet ſecundum, c. tua nos, de iureiurando, & c. Veniens, eodem tit.

6. Concl. & 6. Caſus.

Qui iurat non facere aliquid, quod omittere eſſet error, & contra bonos mores, non tenetur illud obſeruare: puta, non accuſare, quem accuſare teneretur propter bonum commune, vel propriam ſalutem, uel quia noxius eſt, & moleſtus Reipublicæ: vel iurauit nõ denunciare aliquem, quod omittere, eſſet contra denunciandi ſalutem, cap. quemadmodum, §. illud autem, de iureiurando.

7. Concl. & 7. Caſus.

Qui iuraret obſeruare aliquod particulare Statutum in Ciuitate, quod eſſet iniquum, & contra iura, peccat mortaliter, & non debet illud obſeruare. Clem. de Vſuris, cap. ex graui, vbi excommunicantur, qui cogunt obſeruare Statutum de ſoluendis vſuris, vel de ijs non repetendis.

Quo ad tertium membrum, quod eſt impoſſibile.

Iuramentũ de re impoſſibili.

Qui iurat facere aliquid, quod eſt ſibi impoſſibile, vt ſtultus reputatur, & pœnitere debet.

Iuramentum quando eſt impeditiuũ maioris boni.

1. Caſus.

Quo ad quartum membrum, quod eſt impeditiuum maioris boni ponuntur plures caſus.

Qui iurat abire vltrà mare, aut aliud ſimile facere, ſi poſtea vellet intrare Religionem, uel ſi eſt Clericus, curam animarum ſuſcipere, quod magis expedire cognoſcit, uel ſimile facere, quæ omnia fieri non poſſent, niſi promiſſum iuratum deſerat, non tenetur illud adimplere, non enim promiſſum infringit, qui illud in melius commutat, c. peruenit, el ſecondo, de iureiurando.

Qui

Digitized by Google

2. *Caſus.* Qui iurat ſe non facturum opera conſilij, puta non ingreſſurum Religionem, non fieri clericum, non accipere prælationem in caſu, quo expediret eam accipere, non vouere, non mutuare, quando ex charitate tenetur, non facere eleemoſynas, & ſimilia, peccat iurando, inquantum Spirituiſancto obijcem ponit, qui eſt bonorum propoſitorum inſpirator, non tamen peccat iuramentum adimplendo, niſi in caſu, quo illa conſilia obſeruare contingit, ideſt incidunt in vim præceptiuam: puta dum uidet proximum in magna egeſtate, vbi tenetur illi mutuare ſine ſuo damno, uidet pauperem morientem, ubi tenetur ei ſubuenire. Verumtamen melius eſt, nullum iſtorum iuramentorum obſeruare, ait D. Thom. 22. quæſtio. 89. artic. 7. ad ſecun. argumentum. Syluest. Sotus quo ſuprà, & omnes.

Et ſi iurauit in nullo caſu, etiam ſi occurreret magna neceſſitas, nullo vnquã hęc obſequia præſtare, peccaui mortaliter, quia fecit contra charitatem, & iuramentum obſeruare non debet.

3. *Caſus.* Qui iurat non fideiubere; eſt in poſſe ſuo illud obſeruare, & non obſeruare; quia cum ſit opus conſilij, ad illud homo non tenetur; nam cum excludat opus perfectionis, Deus illud non acceptat; uerum ſi accideret caſus neceſſitatis, in quo non fideiubendo, proximus periclitaretur, peccaret mortaliter recuſando, dummodò eſſet cautus de omni damno ſuperuenturo; quia ſi iuraſſet non fideiubere hunc caſum exceptuando, iuramentum eſſet temerarium, & contra charitatem, ait Syluest. quo ſuprà, §. 29.

Iuramentum quando ſit alteri præiudiciale. Quo ad quintum membrum, quod eſt alteri præiudiciale, ponuntur aliqui caſus.

1. *Caſus.* Qui iurat facere aliquid, quod adimpleri non poteſt ſine præiudicio alicuius ſiue particularis, ſiue Communitatis, tale iuramentum obſeruare non debet: Exemplum; Vir iurauit non reddere debitum Vxori, iuramentum hoc non valet: quia ſit in præiudicium Vxoris, propter debitum Matrimonij, c. tua nos, de iureiurando. Et ſi iuraſſet non petere, an iuramentum valeret? Dico, quòd ſi tale iuramentum ſit ab Vxore, tenet; ipſa enim poteſt iuri ſuo renunciare, nec impeditur ex hoc maritus, ut non petat, ſi autem ſit à marito, credo, quòd non teneat, huius ratio eſt, quia cum mulieres propter uerecundiam, quaſi nunquam petunt, ſi maritus non poſſet petere, eſſet fraus matrimonij, in præiudiciũ mulieris, & incentiuum adulterij, tutius tamen eſſet, abſolutionem ab Epiſcopo petere. Et ſi ambo iurauerunt non petere? Reſpondet Papa in dicto cap. tua nos, si poſſunt continere, contineant; ſin autem reddant, ne adulteri fiãt. Aliud

2. *Caſus.* exemplum pro Communitate: Syndicus, aut alius Ciuitatis electus, si iuraſſet gubernatori dictæ Ciuitatis obſeruari facere quædam ſtatuta, quæ ſunt contra Priuilegia Ciuitatis à Rege conceſſa, non debet illud obſeruare, c. Venientes, de iureiurando, & Clem. de Vſuris, cap. ex graui. Item Abbas, uel Canonicus alienauit quaſdam res ſuę eccleſiæ, & iurauit illas non repetere; iuramentum non tenet, eo quòd fuit in præiudicium eccleſię factum, & maximè, cum prius in ſua inueſtitura iuraſſet utilia agere, &c. cap. intellecto, eod. tit. & ſic de ſimilibus iudicandum eſt.

Iuramentum quando ſit inutile. Quo ad ſextum membrum, quod eſt inutile, cum ſit idem, quod indifferens ſecundum materiam, ſufficit quod ſuper hoc paulò ſuprà dictum eſt.

Iuramentum quando ſit uanum, & ſtultum. Quo ad ſeptimum, & vltimum membrum, quod vanum, & ſtultum, ponuntur aliqui caſus.

1. *Caſus.* Qui iurat ſe facturum, quidquid à ſe poſtulatum fuerit, si is, cui iurauit petierit, quod iniuſtum eſt, non tenetur illud obſeruare, aliquando. n. promiſſum ſeruare non expedit, ſi vergit in deteriorem exitum, c. eſt etiam, 22. q. 4. Vnde in Concilio Eliberitano, & refertur eod. tit. Diffinitio incauta laudabiliter ſoluenda

uenda eſt,nec eſt præuaricatio,ſed temeritatis emendatio. Itaque in tali caſu nō licet imitari Herodem,qui iurauit filiæ Herodiadis ſe daturū quidquid petiiſſet,petito deinde Ioannis capite Iuramentum obſeruari non debebat, fuit enim ſtulta iuratio,& iniqua petitio,ſed potius imitandus eſt Dauid,qui iurauit occidere Nabal uirum ſtultum,deinde ad preces mulieris minas remiſit,Primo Reg cap.25. *Herodes non imitandus,ſed Dauid.*

Qui iurando,abſolutè promittit,quidquid Titius à ſe petierit,ſi poſtea Titius petit, quod ſine interitu ſalutis compleri non pōt,non eſt obſeruandum, quamuis enim ſtultè fecerit,promittendo ſimpliciter ſine aliqua reſeruatione, tamen quantūcunque ſimpliciter promittat, ſemper reſeruatio de iuſto intelligēda eſt,ait glo.ſuper cap.quemadmodū,de iureiurando,& ſubiūgit Panormitanus ibi, quòd ſi reſeruatio exprimatur, non per hoc dicetur iuramentum conditionatum.Si autem quod Titius petit,ſine animæ detrimento ſeruari poteſt;quamuis cum damno promittentis,ſeruandum eſt. *Secundus caſus.*

Qui ſimpliciter iurat ſtare mandatis alicuius,ſi ille mandat poſtea aliquod illicitum,iniuſtum,& iniquum,non tenet mandatum, cap.Quintauallis,de iureiurando. *Tertius caſus.*

Qui iurat uerbis generalibus,non ſe reſtringendo ad aliquod particulare, illa verba non ſunt ita generaliter intelligenda,ſi eorum interpretatio cōtra Iura,& Canones extenderetur,eſſet enim ſtulta iuratio,cap.ad noſtram,el ſecondo,de iureiurando. *Quartus caſus.*

Quantum ad ſecūdum,ſcilicet,quando propter aliquod de nouo emergens, Iuramentum uergit in deteriorem exitum;ponuntur Concluſiones. *1.Concl.*

Qui iurat facere aliquod licitum,& debitum,ſi poſtea effectū eſt impoſſibile,vel difficillimum,puta iurauit commodare equū,poſtea fuit ſibi ſurreptus, non tenetur,promiſit ſoluere centum, non poteſt adimplere,excuſatur,ſi fecit poſſe ſuum,donec uenerit ad meliorem fortunam.

Qui iuramento promiſit aliquod licitum,uel debitum,ſi poſtea efficitur illicitum,& damnoſum,nō eſt periurus nō adimplendo promiſſum,puta, promiſit commodare ſclopetum,vel reſtituere gladium domino, poſtea illo effecto furioſo,propter quod poſſet ſe,vel alium interficere,non tenetur donec durat impedimentum.D.Tho.quo ſuprà. *2.Concl.*

Qui promiſit aliquod in genere,non tenetur ad ſpeciem,de qua non cogitauit,ſecus,ſi de illa intra ſe cogitaſſet: verbi gratia, clericus promiſit ſuo prælato,de ſtando eius mandato,quidquid ſibi mandauerit,qui poſtea præcepit, ut renunciaret beneficio, & de eo nō appellaret: conſtat,quod clericus tale non cogitauerat,quòd ſi cogitaſſet,nō ſe obligaſſet,eo caſu non tenetur ſtare mandato Prælati,quia ſic fuit deciſum in Rota.Si autem mandaſſet dare ſibi equū de quo ſuſpicatus fuerat,quod forſan talem in ſpecie petiiſſet,tenetur illum dare.Gl.in cap.ad noſtram,de iureiurando. *3.Concl.*

Quantum ad iuramentum promiſſorum conditionatum,aduerte, quòd duplex cōditio poteſt eſſe cauſa iuramenti:una illicita,& prohibita,& tunc iuramentum fundatum ſuper pacto iniquo,& iniuſto,ſeruari non debet, cap.diligenti, de foro compet.Exemplum, iuraſti aſſociare Franciſcum cum hoc pacto,& cōditione,ut ſi eius inimicus ei obuiam uenerit, eum adiuuares ad illū interficiendum,tale iuramentum ſeruari non debet, ideſt,Franciſcum aſſociare nō teneris,etiam ſi eum iuuare nolles, non enim iuramētum debet eſſe uinculum iniquitatis,cap.inter cetera,22.q.4.Et in omni ſimili caſu,quando principale,ideſt id propter quod fit promiſſio,non tenet,neque acceſſorium. Arg. 22.q.1.cap.paratus.Eadem ratio currit,dum promiſſio facta eſt ſuper re licita, quæ deinde efficitur illicita. *21 Iuramentum promiſſorium cōditionatū.*

Altera

Digitized by Google

Altera cauſa iuramenti conditionati erit licita,& tunc dico.

Qui iurat facere aliquid ſub tali,vel tali cōditione,non tenetur illud adimplere,donec illa conditio non exiſtat ; qua poſtea exiſtente,ſi iuramentum nō adimplet , peccat mortaliter, duę namque promiſſiones , quando adinuicem ſe reſpiciunt,vna non expleta,altera non tenet,ſic intelligitur illa regula:

Frangenti fidem,fides frangatur eidem.

Quod intellige in materia graui,& alicuius momenti,ut ſuprà dixi :

Qui iurat ſe ſoluturū,centū aureos , ſpe futuræ numerationis ab alio , ſi ei poſtea pecunia non numeretur,poteſt contra iuramentum uenire,quia ibi habet tacitam conditionem , ſcilicet ſi pecunia fuerit numerata. Gloſ. in dicto loco.

Dubium. Sed hic dubitatur:ſi is,cui iuratur nō adimpleat conditionem,ex aliqua impotentia ſuperueniente,an iurans teneatur adimplere promiſſum? *Reſponſio prima.* Reſpondent aliqui , ſi talis impotentia non eſt cauſata voluntate, aut negligentia eius,cui iuramentum factum eſt,non obſtante conditione non adimpleta , adhuc iuramentum tenet , Panormit.in capit,peruenit,el ſecundo,de iureiurando , *Reſponſio ſecunda.* tenet indiſtinctè, ſcilicet ſi conditio non adimpletur aliqua neceſſitate , aut impotentia , quacunque ex cauſa illa uenerit , iuramentum obſeruari debet. *Reſponſio Auctoris.* Ego autem dicerem, ſi promiſſio cum conditione facta eſt ad tempus in determinatum,verbi gratia, tunc faciam hoc,quando feceris illud , quomodocunque conditio non adimpletur, ſiue culpa eius,cui iuratur , ſiue non , nunquam iuramentum adimplere tenetur,per regulam ſupradictam: ſi autem facta eſt ad tempus determinatum,in duobus tantum caſibus non teneri,conditione non adimpleta.

Primò,quando conditio prodeſt rei iuramēto promiſſę:puta,in Paſchate Romam ibo, ſi tunc quinquaginta aureos pro itinere mihi ſolueris: ipſis quacunque neceſſitate non ſolutis,non tenetur adire.Item promiſi tibi domum fabricare,ſi in Aſſumptione B.Mariæ Virginis ſolueris decem, non ſoluis , nec teneor,etiam quacunque neceſſitate defeceris.

Secundò,quando in animo ſuo ſe obligare non intendebat, niſi conditione expleta, quacunque ex cāuſa. In ceteris autem caſibus , neceſſitas , & impotentia ſuperueniens conditioni, non abſoluit ab obligatione iuramenti.Et omnia hæc intelligo in foro conſcientię,nam in foro iudiciali,cōditione appoſita in contractu,niſi adimpleatur contractus,non adſtringitur is qui eam appoſuit etiam ſi fuerit adhibitū iuramentum.

Dubium. Dubitatur ſecundò, ſi promiſſiones ad inuicem factæ non referantur ad inuicem, ſed ad diuerſa, an una deficiente , altera impleri debeat ? Puta,promiſi tibi centum ſimpliciter,& tu promiſiſti mihi facere aliquid, non ratione illorum centum , ſed ſimpliciter : an ſi non feceris illud , tenear ad centum ? Dicitur , quòd ſic: quia vna promiſſio non dependet ab altera; ſed ambæ ſunt ſimpliciter factæ : vnde de ſpecie ad ſpeciem neceſſariò non fit compenſatio , ſecus, ſi promiſſio iuratoria fieret reſpectu alterius promiſsionis ſibi factæ ab eo cui iuratur ; qui ſi ex alia parte , cuius reſpectu præbuit iuramentum, conditio non adimpletur, nec ipſe adimplere tenetur,cap.peruenit,el ſecondo,de iureiurando.

Dubium. Dubitatur tertiò,an iuramentum factum cum conditione , & ex cauſa , pro vtraque obliget;Dico,ſi obligatio dependet à conditione,& cauſa ſimul,puta, iurauit ardire Neapolim,ſi ibi erit ſuus frater,& vltrà hoc,vt citet ſuum debitorem,ſi frater diſceſsit,& debitor ſoluit,non tenetur ardire , ſi autē deficit vnū eorū,adhuc tenetur propter aliud:Exemplū,iurauit aliqs ardire Romā,ſi ſuū fratrem ibi inueniret,& ultra hoc,vt viſitaret ſeptem eccleſias:quamuis enim

conditio

Digitized by Google

conditio deficeret,ſcilicet,quod diſceſſiſſet frater, tenetur tamen propter cauſam,id eſt,vt viſitet ſeptem Eccleſias.

Si uerò tota obligatio dependet à conditione tantum,vel cauſa tantum,illa deficiente,deficit obligatio.

Quando aliqui de Capitulo,Collegio,Vniuerſitate,vel Societate,iurant facere aliquid,cum hac conditione,ſ.ſi reliqui id fecerint, ſi omnes alij,aut maior pars id non faciunt; nec ipſi ad iuramentum tenentur. Et ſi minor pars id non facit,& reliqui faciunt,ad quid tenentur? Videndum eſt de intentione iurantium,ſi intendebant non ſe obligare,etiam ſi vnus tantum id non obſeruabit,non tenentur.

Et ſi iurantes ad hoc non aduerterunt, itaque eorum intentio ſciri non poteſt,melius eſt iuramentum obſeruare. Hinc poteris iudicare in alijs ſimilibus iuramentis conditionatis. 23 *Primum dubium.*

Pro vberiori doctrina huius circunſtantiæ examinatæ ponuntur aliqua dubia. Et primo quæritur,an iuramentum præſtitum ſuper contractu ſimulato, operetur aliquid,ac obliget? *Iuramentum ſuper re ſimulata, an teneat.*

Reſpondet Panormitanus,in c.Cũ contingat,cum diſtinctione.Si ſimulatio eſt de conſenſu ambarum partium ſuper re licita,& cauſa iuſta,ſcilicet,ad euitandam vexationem,vel pro iuſto timore,vel ſimili;exemplum primi, aliquis vult locare domum amico, vel primum conductorem à domo ſua eijcere vellet,quia eam damnificat,& non poteſt, quia non vult eam cedere, fingit eam vendere amico, vt illum expellat, tunc iuramentum apparens, & ſimulatum non obligat, deficit enim amborum conſenſus,& cauſa fuit iuſta,verum ſi conductor primus conueniret amicum vendentis,vt iuret ſi verè emiſſet, affirmando eſſet periurus. Exemplum ſecundi,Dominus,vel Tyrannus quærit equum à vaſallo multo minus, quam valet,& vaſallus nollet eo priuari, vnde fingit eum donare nepoti clerico, contra quem Dominus non præualet;tunc quamuis donatio ſtipulata ſit cum iuramento, ipſum non tenet, ratione iam dicta, uerum non poſſet iurare ſine peccato, ſe uerum dominum eſſe. Si autem contractus ſit de re illicita, ſine iuſta cauſa, vel ad decipiendum, & fraudandum iuſtitiam,non liceret: exemplum primi, aliquis ſoluens quantitatem pecuniæ ſuper domum ſibi pignoratam, aut ſibi datam *à godere*, vt aiunt Neapolitani, fingit eam emere cum pacto retrouendendi,vt fructus domus lucretur,cũ ambo animum verè alienandi minimè habeant, ſed fingunt vnũ contractum eſſe alium,iurantes,ſingula in contractu poſita eſſe uera, cum non ſint, ſtatim efficiuntur periuri,quia contractus eſt de re vſuraria,& prohibita, nec fructus in conſcientia lucrari poteſt.. Verum ſi venditor iurauit tacitè contractum non detegere,ſed obſeruare pignoratitium ad certũ tempus, vel aliud ſimile, quod inter eos ſecreto conuentum fuerit per alias ſcripturas, tenetur obſeruare Iuramentum,ac ſi iuraſſet ſoluere vſuras,in quo caſu tenetur: facit ad hoc textus in c.Debitores,de Iureiurando.

Exemplum ſecundi, Titius vult emere vineam, facit ſtipulari contractum emptionis à filio Clerico, fingens, quòd ille emat, qui iurat, ſe emere ex propria pecunia, cum non ſit ſua, ſed patris, cauſa fraudandi gabellas: eſt ipſo facto periurus, & tenetur ad reſtitutionem. Aliud exemplum; Quidam monachus emere vult domum, quam prætendit donare ſuo nepoti; & quia ſcit, quòd Religio hoc non permitteret, (quidquid enim acquirit monachus, acquirit Monaſterio) fingit, quòd ſuus nepos emit eam ex propria pecunia, in fraudem Monaſterij: in quo caſu, ultra quòd periurus eſt, tenetur illam Monaſterio reſtituere. In his enim caſibus ſimulatio eſt ex parte ementis tantum, qui aliud habet in ore, dicendo, ipſum emere,

Digitized by Google

& aliud in corde, emendo ad inſtantiam alterius,& de pecunia aliena.Si verò ſimulatio fuerit de uno cõtractu licito,pro alio cõtractu illicito,qui ſine peccato ſeruari non poteſt,quia eſt prohibitum,puta promiſit centum pro beneficio,pro quo finxit illa debere pro mutuo,uel ſimile:tũc iurans ſcienter,peccat mortaliter,nec promiſſum ſeruare debet.

24 Secundò quæritur, an iuramentum factum, cum animo non ſe obligandi teneat?

Secundum dubium.

Iuramentum ſine animo obligandi ſe.

Bonauent.

Richar.

Ad hoc dicitur, quòd hæc fallacia ortum habet à dolo alterius contrahentium,niſi enim aliqua ex parte dolus interueniret,ad quid animo mentiri uellet? Vnde Bonauentura in 3.ſen.q.3.tenet indiſtinctè, & generaliter quacunq; ex parte dolus interuenit,ſi animum obligandi ſe non habuit, non tenetur iuramentum obſeruare.

Verum Richardus eodem in loco ſubiũgit,ſi dolus interuenit ex parte iurantis,tenetur ſatisfacere damno proximi,quem dolo decepit.Hęc opinio eſt periculoſa,& ideo non tenenda.Vnde melius cum.D.Tho.2.2.q.89.art.7 ad 4.arg. dicendũ eſt,quem ſequũtur Caietanus ibi,& Sotus,li.8.de iu.& iure q.1.ar.7.

D.Thom.Caietanus Sotus.

Reſpondendo ad dubium igitur,cum diſtinctione,dico,ſi dolus interuenit ex partè iurantis tantum uolentis proximum decipere, dic, ut ſuprà in principio ſermonis iuramenti promiſſorii,ubi exactè hunc articulum diſputauimus. Si autem dolus interuenit ex parte quærentis iuramentum,decipiendo iurantem exemplum de puella,ſeducta à fratribus,ut renunciet bonis paternis,eo quod non ualent plus, quàm ſua dos, cũ ualeant multo magis:tunc dico,ſi iurat cũ animo non ſe aſtringendi,quia cognoſcit fraudẽ fratrum, & putat ſe eſſe deceptam,ſed iurat cũ animo repetendi illud plus,non peccat,nec tenet obligatio ad hoc facit l. Tres fratres,ff.de pactis,& eſt ſententia D.Tho.ſuprà allegata.Si autẽ iurat ſimpliciter decepta ſuaſionibus fratrum,putans, bona fide, & credens,bona paterna non plus ualere, quam ſua dos,quod ſi ſciret, non iuraret,iuramentũ non tenet,ait Syluest.Verbo,Iuramẽtum,4.§.19.quia ubi fraus, & dolus ibi excluditur uoluntas,l.1.ff.de dolo,ſed melius eſt,vt abſolutionem à iuramento procuret,ut practicatur.

25 Tertiò quæritur, an res iuro promiſſa, ſemper poſſit in melius commutari? Dicitur,quod ſic,c.peruenit,el.2.de Iureiurando,& D.Th.2.2 quæſt.89 arti.7. Quod limitat D.Anton.in dicto c.Peruenit,in duobus caſibus.Primò,quando res iuramento promiſſa nõ eſt impeditiua maioris boni,in quod permutari uellet,quia cum utrunq; ſeruari poſſet,nõ eſt permutanda,auctoritate propria:ſecus ſi utrunque ſeruari non poſſet.Verum hæc regula huius primi caſus nõ habet locum in ingreſſu Religionis;quamuis enim utrumque ſeruari poſſet,Religio tamen tollit omnem aliam obligationem.

Tertium dubium.

Iuramentum promiſſum in melius commutari poteſt, & quando.

Secundò quando res iuramento promiſſa cõcernit utilitatem proximi; quia tunc contra eius uolũtatem permutari non poſſet,etſi eſſet melius id,in quod permutaretur.

Huius ratio eſt,non enim quod eſt melius ſimpliciter,ſequitur,quòd ſit ſemper melius creditori cui debetur, quod accidit,uel propter eius cõmoditatem, uel affectionem,uel ſimile.

Quartum dubium.

Et ſi promiſſio iuratoria ſoli Deo facta fuerit?Dicendum ut in cap de Voto, circa finem.

Promittens ſeruire Hoſpitali, quando tenea tur.

Quartò quæritur,an iurans ſeruire gratis Hoſpitali per menſem,uel annum, & non habens unde uiuat,teneatur ad iuramẽtum implẽdũ,ſi factores Hoſpitalis ei uictum negãt?Reſpondetur,ſi iurando, cogitauit victum habere à factoribus Hoſpitalis;ſi illi denegant,abſolutus eſt ab obligatione. Si autẽ promiſit ſeruire ſumptibus ſuis;tũc dico,aut dum iurauit poterat ſe alimentare,aut nõ,

ſi poterat,

Digitized by Google

ſi poterat,deinde venit in paupertatem:ſi eſt plebeus, qui poſſet mendicando aut laborando, ſibi victum acquirere,ita facere debet, & ſeruare; ſi autem talis conditionis eſt,ut talia ſibi non conueniant,aut tales uires non habet, excuſatur, donec aliter facere non valet; Si uerò non poterat ſe alimentare; tenetur, aut laborare, aut mendicare, & ſeruire, & ſi non eſt talis conditionis, obligatur ad aliquod poſſibile fieri, ne ſacramento iniuria fiat, debuerat enim promittens aduertere, ſi adimplere potuiſſet. Et ſi quomodocunque ſit refellitur à factoribus? Dico, ſi ſe obligauit tali determinato, ſi refellitur ab illo, liber eſt, ſi autem ſe obligauit ſimpliciter; tenetur adire alium, uel alium; & ſi refellitur ab omnibus illius loci, uel locorum, de quibus cogitauit, abſolutus remanet.

Quintò quæritur,an iurans redire ad carcerem,non redeundo, ſit periurus? Reſpondetur ſi carcer erat iniurioſus,ideſt detinebatur contra iuſtitiam, tunc non tenetur: ſi autem carcer non erat talis,ſed iuſtè detinebatur; ſi iurauit in veritate,quod rediret; tunc tenetur,etiam cum periculo vitæ,aliàs periurus eſt. Et ſi iurauit cum animo non ſe obligandi, ſed finxit iurare, ut euaderet? *5. Dubium. Iuramẽto promittent redire ad carcerẽ, an teneatur.*

Dic,ut inferius dicemus;dum de iuramento per uim,aut metum extorto,tractabimus.

Sextò quęritur,an iurans ſimpliciter ſoluere decem pro tali tempore,in quo prætendit ab illo,cui iurauit tantum,poſſit ſine periurio compenſare? Reſpondeo;aut illa cum quibus compenſare intendit ſunt liquida; aut non: ſi ſunt liquida,Panormitanus dicit,quòd non:quia iuramentum obſeruari debet in forma ſpecifica,quod non facit,qui compenſet;& quamis in effectu ſoluat: Bart. concludit,quod ſic. Sed hæc dicta conciliari poſſunt hoc modo, ſi dum promiſit,ideo ſe obligauit, quia compenſationem facere intendebat, clarum eſt per ſupradicta,quòd compenſare poteſt:quia iuramentum intelligitur ſecundũ intentionem ſe obligantis in hoc caſu, & illa intentio eſt tacita conditio, ſi autem de hoc non cogitauit,ſed ſimpliciter ſe obligauit,si poteſt ſoluere sine cõpenſatione,tunc non debet iuramento contrauenire, ſed ſoluat,& repetat: & si non poteſt,quia non eſt ſoluendo, nisi compenſet, tunc idem iudicium de hoc faciendum eſt,ut de impotenti, ut dictum eſt. Si verò non ſunt liquida, in nullo caſu compenſare poteſt,ſed prius ſoluere debet, deinde liquidare,& repetere. Quæ omnia intelligo in foro conſcientiæ, in foro autem iudiciali, Iudex non reſpicit omnia iſta. *6. Dubium. Iuramento obligatus an poſſit compenſare.*

Septimò,quęritur, an iurans non amplius cognoſcere concubinam, poſſet poſtea eam in uxorem ducere? Dicitur,quòd sic,nam iuramentum illud intelligitur de coitu fornicario,& non de actu licito. Glo. in cap. Ad noſtram, de Iureiurando. *7. Dubium.*

Et denique quantum ad iuramentum promiſſorium,quidquid aliud dici poteſt, reſolue ex his, quę de uoto dicta ſunt: ſunt enim in hoc ſimilia:iuramentum namque, ut ait Magiſter ſent. eſt Voti confirmatio.

PER quod,id eſt quas res,iurando, in teſtimonium adducere debemus, poteſt enim iuramentum illicitum eſſe,dum iurando, creaturas atteſtamur, non inquantum ſunt àliquid Dei,aut inquantum in eis aliquid relucet, ſed inquantum creaturę ſunt, eis illam reuerentiam, & honorem attribuendo, quæ Deo debentur, dictum eſt enim ſuprà, quòd iurare eſt actus Religionis, & latriæ; inquantum in confirmatione dictorum noſtrorum, Deum inuocamus,aut aliquid Dei, in quo relucet directè, aut aliquo alio modo diuina ueritas, & ſumma maioritas. 26 *Iurãdo, quas res atteſtari debeamus. Iurare eſt actus religionis.*

Qui ergo,iurando,aliquam creaturam atteſtaretur, inquantũ creatura eſt,ei attribuendo,quę ſoli Deo debentur,maximam iniuriã Deo faceret. Hinc Chri-

Digitized by Google

ſtus prohibuit, ne iuremus per cęlum, & terram, Hieroſolymam, & ſimilia intelligendo ad hunc ſenſum, ut habetur 22. quæſt. 1. per totam, & ſuprà latius diſputauimus.

Iurare ꝑ mẽbra Dei, quã do ſit peccatum.

Item illicitum eſſe iurare per aliquod membrum Dei, per quod error induci poſſet, puta, dicendo per caput, per capillum Dei, & ſimilia, hæc Deo attribuẽdo, inquantum Deus eſt, c. Clericum, & c. Si quis per capillũ, 22. q. 1. Secus, ſi iurando per caput, per corpus, & ſanguinem Dei, intelligeret hæc, & ſimilia de Chriſto, Deo humanato, hoc enim modo, non eſt error. Itaque ſi iuramentum hoc eſſet illicitum, eſſet ratione aliarum circunſtantiarum ſupradictarum. Nec ex hoc inferas, licere atteſtare membra Chriſti quocunq; modo, nam ea atteſtare, uituperando, deteſtando, aut irreuerenter nominando, eſſet peccatum mortale. ut in Auth. Vt non luxur. contra naturam, col. 6.

Iurare ꝑ falſos Deos.

Et multo magis illicitum eſt iurare per falſos Deos. Vnde, qui iurat per falſos Deos, ſiue falſum, ſiue uerum dicat, non ſolum periurius eſt, uerum etiam ſceleſtiſſimus blaſphemator; itaque talis iuratio eſt omniũ grauiſſima. Huius dicti rõ eſt: qui enim per falſos Deos iurat, honorem, qui ſoli, & verò Deo debetur, iis, qui ſunt falſi, & tali honore digni non ſunt, attribuit, dictum eſt enim ſuprà, quod iurare, eſt actus religionis, & latriæ, per quod maxima reuerentia Deo, tanquam infallibili veritati, & omnium ſupremo Domino exhibetur. Cum igitur hæc, quæ ſibi ſoli debentur, ſicut Deus ſolus eſt, aliis ab ipſo attribuuntur, maxima ei iniuria fit, quę ad blaſphemias hęreticales pertinet. Vnde Io. Chryſoſtomus ait: Idolatram ſe facit omnis, qui per aliud à Deo, iurat.

Inſtantia.

Sed contra hanc determinationem inſtatur, & primò contra primam partẽ, ſcilicet, quod ſit periurus: Non minorem iniuriam faceret Gentilis, iurando verum per ſuos Deos falſos, quàm Chriſtianus, ſed nobis licet uti fide Gentiliũ, & eorum Iuramenta accipere, dum iurant per falſos Deos, ut habetur 22. quęſt. 1. cap. Mouet te; ergò uerum iurare per falſos Deos, non eſt periurium. Sed dices hoc non ſequi; nam peccatum in hoc caſu aſcribitur Gentili, & non Chriſtiano illud petenti.

Reſponſio. *Replica.*

Contra hanc reſponſionem arguitur; nam capit. Si quis periurauerit, eod. tit. dicitur, eadem pęna puniri debere, qui periurat, & periurare facit, ergò, ſi faciendo iurare Gentilem, non efficitur periurus, nec ipſe iurans per Deos Gentilium; non efficitur periurus.

Secunda inſtantia.

Secundo inſtatur contra ſecundam partem, ſcilicet, quòd ſit ſceleratiſſimus blaſphemator. Dicitur enim per Aug. & habetur c. mouet te, eodẽ tit. uerum tamen ſine ulla dubitatione minus malum eſt iurare per Deos falſos ueraciter, quàm per Deum uerum fallaciter: quanto enim per quod iuratur magis eſt ſanctum, tanto magis eſt pęnale periurium: ergo iurare per falſos Deos in ueritate, non eſt blaſphemia.

Reſponſio ad primum.

Ad hæc reſpondetur. Ad primam dico, ꝙ nobis licet uti fide Gentiliũ, quando iurant per Deos falſos, dummodò utamur eą non ad malam rem, ſed bonã & licitam: non enim per hoc peccato eorum ſociamur, qui per Dæmonia iurãt: ſed bono pacto eorum, quod fidem ſeruaturi ſunt, & huius ratio eſt: dum enim licitè cum idolatris negotiamur, ſi ad ſeruandam fidem, & promiſſionem parati ſunt iurare de more, & uſu ſuo, per Deos, quos falſos eſſe conſtat: ſi eorum iuramentum recipimus, non magis peccamus, quam ſi mutuo ſub uſura ab eo qui paratus eſt vſuram committere, acciperemus: ſed conſtat, nos non peccare, inducendo vſurariũ alioquin ad hæc paratũ, ſi ad iſta neceſſitate mouemur. Sic legitur feciſſe Iudæos, dum pactum cum Romanis inierunt, ut habetur lib. 1. Machab. Ita etiam fecit Iacob, cum fœdus iniſſet cum Laban: iurauerunt enim ad inuicem, Iacob, per Deum verum, & Laban, per Deum Nacor, ut habetur Geneſis capit. trigeſimonono. Hac etiam lege uſus fuit Carolus

Digitized by Google

rolus Quintus Imperator: dum pacta & fœdus iniit cum Rege Tuniſi: accepit enim ab eo iuramentum, per Bagomet; quod licitum fuit in illo caſu.

Ad ſecundũ dico, ꝙ in iuratione per falſos Deos, duo attenduntur; unum; quod eſt falſitas, aut ueritas, aliud quod eſt idolatria, quæ illic inuoluitur, dum honor Dei Dæmonibus exhibetur. Dico igitur, quantum attinet ad rationem periurij, in quo ſtat ueritas, & falſitas, minus malum eſt iurare uerum, per falſos Deos, quam falſum per Deum uerum: imò ſtando intra latitudinem, & rationem periurii, primum non eſt periurium: & hoc eſt, quod Aug. dicere vult in loco citato: Vnde ſubdit, quanto id, per quod iuratur, ſanctius eſt, tanto magis pœnale periurium eſt: intelligendo quantum ad rationem periurii. Sed ſi in iuramento conſideretur id, quod iurando aſſumitur; tunc falſos Deos atteſtando, honor Deo debitus, Dæmonibus attribuitur: quid ſceleſtius? minus enim malum eſt eius ueritatem in dicendo, dehoneſtare, quod attinet ad rationem periurii, quam eius maieſtatem offendere, ſubtrahendo ei ſuum honorem per tale iuramentum: quod pertinet ad peſſimam blaſphemiam: quæ cum ſit maius peccatum, quam periurium, ideo talis modus iurandi eſt peſſimus, ut aſſerit determinatio noſtra. *Reſponſio ad ſecundum.*

Ad quid; ideſt ad quem finem utimur iuramento? Dupliciter autem iuramento malè uti poſſumus, uel iurando in ueritate ſine debito fine, ideſt, utilitate, & neceſſitate, & tunc regulariter eſt ueniale; dictum eſt enim ſuprà, quod iuramentum eſt faciendum pro fœdere pacis, vt 22. quæſtio. 1. capit. 1. ad controuerſias ſedandas, & mentes hominum ſerenandas, ubi aliter ueritas oſtendi non poteſt. Igitur ſine iſtis rationibus iurari non debet, ut ibi exactè monſtrauimus. 27 *Iuramentum ad quem finẽ, dirigendum ſit.*

Vel malè uti poſſumus iuramento, ordinando illud ad aliquem finem indebitum, pro quo uitiari poteſt; & tunc eſt mortale. Dupliciter autem ex fine uitiari poteſt, prout duplici circa hoc iuramento utimur, ideſt Aſſertorio, & Promiſſorio. *Iuramento quando malè utamur.*

Primò, quantum ad Aſſertorium, octo finibus hoc iuramentum uitiari poteſt, prout octo genera mendacij in hoc ponuntur ab Auguſtino, in lib. de mendacio, cap. 14. *Iuramentum aſſertorium octo finibus uitiari poteſt.*

Primò, dum qui iurat, affirmando aliquod falſum contra articulos fidei, ad deſtructionem fidei Chriſtianę, & ad inducẽdos alios ad errorem; ſed illud eſt peſſimum, ſapiens hęreſim.

Secundò, dum quis iurat falſum contra proximum ut eum iniuſtè lędat, ſine alterius iuramento, puta, dum quis proximum accuſando, imponit ei falſum in iudicio, uel falſum teſtificando in cauſa criminali; ſine alterius, aut ſui utilitate.

Et iſte non ſolum tenetur bonæ famæ ſatisfacere, quam abſtulit detrahendo, ſed etiam damna reficere, quę proximus ſe defendendo paſſus eſt; quia nulli facienda eſt iniuria.

Tertiò, dum quis falſum iurando, ut proſit uni, alterum lædit: puta, producitur ut teſtis in cauſa pecuniaria, ut abſolueret amicum à debito, alterum iniuſtè condemnare facit. Et iſte tenetur pro damno illius, quia nulli conſulendum cum alterius iactura.

Quartò, dum quis delectatur in mendaciis, aſſerendo multa falſa, ſola libidine mentiendi, quę ut ſibi credantur, iuramento confirmat. Et hic etiam peccat mortaliter, ſunt enim huiuſmodi per ſe ipſa uitioſa.

Quintò, dum quis mẽtitur complacẽdi cauſa: quod accidit adulatoribus, & ſimilibus, qui ſuauibus uerbis, multa falſa de dominis affirmãt, ſine tamẽ alte-

Digitized by Google

rius præiudicio,ſed ſolum ut eis placeant: ac etiam eorum facta mala laudando;quod eſt mortale.Diſt.46 cap.Sunt nonnulli.

Et quamuis adulatio, ut ſuprà,quandoque ueniale ſit; ut diſt.25.§.Alias,tamen Iuramento confirmata,ſemper eſt mortale.

Sextò,dum quis falſo iurat,ut alicui proſit,ſine, alterius offenſione:quod accidit dum quis, uerbi gratia, interrogatus, quid ſit de pecunia talis,& cognoſcens, quòd illam iniuſtè auferre cupiunt, iurat ſimpliciter cuicunque petenti illam ſe neſcire ubi ſit;quod mendacium, etſi ſimpliciter ueniale eſſet, tamen adiuncto iuramento,mortale eſt;non enim pro cuiuſuis temporali commodo, periurandum eſt.diſt.14.c.Quod ait.

Septimò,dum quis,nulli obſtando multum alicui prodeſt, falſum iurando: puta,excuſat homicidam, uel aliũ ſimilem malefactorem,ne ſuſpendatur,aut aliud ſimile patiatur: quod etiam mortale eſt; non enim præferenda eſt ſalus temporalis cuiuſquam propriç ſaluti animæ, contra ordinem charitatis: Et ſi pro homicidio, & ſimili alio damno, pars offenſa, uel ſui eſſet damnificati in aliquo,teneretur ad eorum intereſſe.

Vnde Auguſt in lib.contra mendaciũ,& habetur 22.q.2.c.Faciat.Homo debet quantum poteſt, defendere uitam proximi, ſine Dei offenſione cum autẽ ad hoc uenerit,ut ſine peccato ei cõſulere non ualet,ſciat, ſe amplius non poſſe;non enim debemus alterius ſaluti conſulere mendiante noſtro peccato.

Octauò, dum quis ut ſeipſum à malo liberet,iurando,mẽtitur, & peccat mortaliter:ait enim Aug ſuper Pſ.Perdes eos qui loquuntur mendacium.& habetur 22.q.2.c. Ne quis,Non debet homo occidere animam ſuam pro euitanda uita tẽporali, in cuius morte non occiditur. Et ſi hoc uidetur durum;ad minus taceat, in omnibus iſtis, ut euitet peccatum mortale: aliud eſt enim occultare tacendo,& aliud eſt falſum dicere mentiendo; in caſu tamen, quo licet uerum occultare.

Quando autem hoc liceat ſine peccato,in prima pate cap.de reſtitutione Famç dictum eſt.

Iuramentum promiſſorium quando ſit uitioſum, ex fine.

Secundò,quantum ad iuramentum promiſſorium,ut ſciatur, quando eſt uitioſum ratione finis;tria ſunt conſideranda,ſcilicet,Iuramentum,Materia, quç promittitur, & Finis, id eſt qua intentione iurando ſe obligat.

Quantum ad materiam,ſi ipſa de ſe eſt illicita;quocunque fine iuretur,iuramentum non eſt obſeruandum;deeſt enim iuſtitia, ut ſuprà abũdè declarauimus. Si autem eſt licita,& ordinatur ab bonum finem,tunc quidquid promitti tu obſeruari debere,nulli dubium eſt.Sed an iuramentum de materia licita factum ob malum finem,obliget,nõ eſt ita clarum:& ideo pro dilucidatione huius ueritatis dubitatur.

Dubium.

Quæritur ergò,an propter quemcunque finem malum,iuramentum inualidatur?ita, ut ſeruari non debeat? Et uidetur, ꝙ ſic:ait.n.Hoſtienſis in Summa lib.2.in Rubr.de iureiurando,Regula Logicalis ſic habet, cuius finis bonus eſt ipſum quoque bonum eſt, & contra, cuius finis malus, ipſum quoq; malum. Vnde cum finis malus faciat materiam, de licita, illicitam, iuramentum obſeruandum non eſt. Ex aduerſo uidetur, quòd non omnis finis malus uitiat materiam Iuramenti,faciendo eam,de licita,illicitam, & ex conſequenti iuramentum non obligare.

Solutio.

Iurare ob malum finem tripliciter accedit.

Pro ſolutione huius dubij,eſt notandũ,ꝙ tripliciter poteſt homo iurare ob malum finem. Primo quãdo illud bonum,quod iuramento promittitur,ordinatur ad malum finem principaliter, id eſt ita coniunctum eſt fini, quòd depẽdet ab illo:& quia actio moralis ſumit ſpeciem à fine,ideo quãuis illud,quod promittitur,ſit bonum in ſe, tamẽ quia finem malum annexum habet, ideò ratione finis,

Digitized by Google

ne finis,malum eſt,& ex conſequenti,efficitur materia illicita,& nō obſeruanda: Exemplum,qui iurat donare puellæ decem,ut illi conſentiat, peccat iurando, & multo magis ſi iuramentum adimplet. Vnde ſi finis,quo iurauit,pœnitet, Iuramentum obſeruare non tenetur; quamuis enim donare decem, in ſe licitum ſit, tamen quia iurando non intendebat donationem tantum, uel principaliter, ſed fornicationem donationi iunctam,quæ facit donationem uitioſam, ideo non obſeruanda eſt.

Secundò,quando finis,propter quem iurat facere aliquid,non eſt ita coniunctus materię promiſſæ, ſed eſt occaſio quędam, propter quam ad promittendum mouetur: exemplum. Quidam iuuenis iurauit dare puellæ eleemoſynā, ex cuius occaſione illam ſolicitare prætendebat:peccauit iurando cum tali intentione,& ſi huius intentionis pœnitet,adhuc iuramentum obſeruare tenetur, quamuis enim finis,ideſt ſolicitatio fuerit occaſio promittendi,illa tamen non vitiat actum, ſcilicet eleemoſynam,quę eſt bona in ſe, ſed intentionem, & voluntatem promittendi.

Ratio diuerſitatis ſtat in hoc, ſ. in ſecundo caſu: finis eſt quid extrinſecum materię iuramenti, & non ita intrinſecum, & annexum, ut in primo caſu, & ideo non poteſt illam vitiare, & iuramentum annullare.

Tertiò quando finis malus coniungitur materiæ indifferenti,tunc peccat iurando,& multo magis iuramentum exequendo,ſed deficiente fine ceſſat obligatio iuramenti:nam dum materia indifferens manet in ſua indifferentia, non eſt materia iuramenti,quia non eſt actus uirtutis,ut requiritur,& dictum eſt ſuprà,cum autem determinatur ex aliquo fine,fit bona,uel mala,ut finis:ſi ergo finis, propter quem iuratur eſt malus,ipſa non eſt exequenda,quia induit malitiam finis,& ſic efficitur illicita, & ſi finis deficit, remanet in ſua indifferentia inutilis,& uana,& ex conſequenti non exequenda.Exemplum,iurauit quidam adire Panormum,ut ibi fornicaretur, propter copiam meretricū, quæ ibi ſunt: iſta promiſſio eſt mala,& ſi exequitur,eſt peior,& ſi pœnitet intentionis fornicandi,non eſt neceſſe adire Panormum,Deus enim non curat de tali acceſſu, cum nihil boni ſic abſolutè in ſe habeat: Idem dicendum de illo,qui iurauit comedere calida,ut coitum aptius exercere valeret, & ſic de ſimilibus.

Quidquid aliud dici poſſet circa hanc finis circunſtantiam, vide in c.de Voto,quando Votum obligat ratione finis mali.Votum enim reſpectu finis vouentis,& iuramentum promiſſorium,quantum ad finem, ob quem fit,paria ſunt, & ideo ex uno iudicabitur aliud.

CVr,in hoc loco,explicat cauſam concomitantem,quæ ſi turpis fuerit,illicitum facit eſſe iuramentum.Exemplum, qui iurant ad inuicem alicuius delicti ſocietatem,damnabiliter iurant, & ſi id adimplerent, damnabilius facerent: unde potius iuramentum deſerere debent,ut ad bonum redeant,ait Aug. in lib.de bono coniugali, cap.4. 28 *Iuramentum cur non ſit faciendum.*

Item,qui faciunt coniurationes, & conſpirationes iniuſtas contra ſuperiorem;Cõitatem,uel alios,peccant,iurantes,& multo magis exequentes,22.q.1. c.Coniurationem, & Conſpirationum, unde talia iuramenta non tenent. *Iurare coniurationes malum eſt.*

Dubitatur primo, an coniurantes ad inuicem, ut aliquam domum ſpoliarent, cum pacto,ut quiſque partem æqualem habeat,ſi poſtea alter alteri partem ſpolii negat, ſit periurus? Reſpondetur, ſi ideo partem dare negat, quia totum domino reſtituere uult,periurus non eſt,non enim iuramentum uiolas, qui ab bonum redit, ideſt peccatum emendat:ſi autem partem negat,ac totum ſibi retineat,periurus iudicatur,immò utrobique perfidus efficitur, & iurando; pro mala ſocietate, & iuramentum deferendo, peccatum peccato addendo, 22.q.4.c.Si ad peccatum. *Dubium.*

Digitized by Google

Dubium. Dubitatur ſecundo, an mulier coniugata, iurans ſeruare fidem adultero, poſtea conſentiens viro, ſit periura? Dicitur, ſi ad uirum redit, fidei violatrix dici non debet, ſi autem neglecta coniugali fide, adultero fidem ſeruat, peccat mortaliter, & multo peius ſi cum tertio adultero ſe coniungit, nam ultra peccatum adulterij periurium committit, c. Mulier, 22.q.4. Ex his iudicare poteritis in ſimilibus.

29 *Iurandi modus explicatur.* QVomodo, explicat modum, quo iuramentum illicitum eſſe poteſt. Hæc circunſtantia comprehendit multos defectus, quibus iuramentum infirmari poteſt. dicendo (quomodo) id eſt per uim, aliquo timore, Iracundiæ calore, & inconſideratione.

Dubium. Quantum ad primum dubitatur, an iuramentum extortum per uim, obliget? *Iuramētum extortum per uim.* Et uidetur, quod non, nam iuramentum eſt actus uoluntatis, ſicut & Votum ergò, ubi non interuenit uoluntas, non cadit obligatio.

30 *Iuramentum aſſertoriū falſum per uim factum, non excuſat.* Reſpondetur, & primò, quantum ad iuramentum Aſſertorium, dico, quod quomodocunque quis iurat, tenetur uerum aſſerere: puta, dominus cogit famulū, aut uaſallum, ut dicat, Titium talia feciſſe, pater cogit filium, maritus uxorē, & ſic de reliquis, nō debet dicere falſum, quia obligat ad mortale, potius enim debet homo omnia mala pati, quàm falſò iurare, 22.q.5. c. Ita ne, niſi petēs iuramentum, peteret impertinentia, & inconuenientia, tunc enim homo poteſt iurare verum ſecundum ſuam intentionem, & falſum, ſecundum intentionem petentis, & extorquentis iuramentum, & uti illa cautela, qua vſus fuit Diuus Franciſcus, ut ſuprà dicebamus, ad fugiendum periurium, quando aliter euadere non valet.

Quantum autem ad iuramentum Promiſſorium hic non eſt ſermo in ſoro exteriori, Eccleſia enim cum de occultis non iudicet, iubet, ut quomodocunq; fiant, obſeruentur. Eſt ergo quęſtio, an homo in foro conſcientiæ teneatur obſeruare, quod ui promiſit.

Reſponſio D. Thom. Reſpondet D. Thom. 2.2. quæſtio 89.7. ad tertium argu in iuramento coacto duplex eſt obligatio, una, qua iurans obligatur homini, per promiſſionem, altera, qua obligatur Deo per iuramentum: prima tollitur per coactionem, qui enim vim intulit, non meretur ut promiſſum ſibi ſeruetur, ſecunda, quæ Deo debetur, non tollitur in conſcientia, quin adimpleri debeat, ob reuerentiam iuramenti, potius enim debemus damnum temporale ſuſtinere, quam iuramentum uiolare.

Inſtantia. Sed hæc diſtinctio patitur inſtantiam; ſi enim in iuramento eſſent duæ obligationes, ſequeretur, quòd pars, cui fit promiſſio, non poſſet relaxare iuramentum pro ſe factum, puta latro, qui in nemore iuramentum per vim à viatore extorſit, ut ſibi afferret centum, aliter ei vitam auferret, ſi poſtea dicto viatori ſuam remitteret obligationem, illam tamen Dei remittere non ualeret; unde viator adhuc iuramentum adimplere teneretur reſpectu Dei, quod eſt falſum: nam ille, cui iuratur, poteſt omnem obligationem relaxare, ita, ut iurans non teneatur amplius ad iuramentum.

Declaratio reſponſionis D. Thom. Reſpondent ad hoc expoſitores pro D. Th. eodem in loco, quòd hæc verba non ſunt intelligenda, ut in fronte apparent, ſed intelliguntur hoc modo, ſ. In iuramento ſunt duæ rationes obligandi, non per duas promiſſiones diſtinctas, ſed per unam promiſſionem homini factam, iuramento confirmatam, unde oritur una obligatio duplici ratione conſtituta, ſcilicet, & virtute promiſſionis, & uirtute iuramenti; quę obligatio, ſi ab eo, cui fit remittatur, tota remittitur, *Replica contra dubium principale.* & ex conſequenti nulla remanet obligatio. Sed quidquid ſit de hac expoſitione: difficultati tamen principalis dubij, non videtur ſatisfieri: & ideo his prætermiſſis arguitur contra reſponſionem ad dubium principale: nam durum videtur,

Digitized by Google

tur, q̄ homo coactus iurare, ut ſua bona alteri det, in conſcientia iuramentum obſeruare teneatur; iuramentum enim apud Deum vim obligandi non habet, niſi ubi materia uirtutis adeſt, ut de uoto dicebamus, ſed conſtat, me dantem furi, uel tyranno per vim à me extorquenti mea bona, non ſolum non facere actum virtutis, ſed contra iuſtitiam, quę ubi deeſt in iuramento illicitum eſt, ut ſuprà uidiſtis, ac propter hoc obſeruari non debet. Hac, & aliis rationibus, quas breuitatis cauſa omitto, ſuaderi poteſt, hanc reſponſionem non habere veritatem.

Iuramẽti materia debet eſſe actus virtus.

Pro hac igitur veritate dilucidanda, eſt aduertendum, quòd huiuſmodi iuramenta triplici ex parte conſiderari poſſunt, primo ex parte iurantis, ſecundo ex parte cogentis iurare, tertio ex parte materiæ, pro qua iuratur. Quantum eſt ex parte iurantis, glo. in cap. eos quos, de Conſecratione, diſtinctio. 4. dicit, quod duplex eſt vis, & coactio, una abſoluta; quæ fit per attractionem, ſuffocationem, cruciatus corporis, uel ſimile, & tunc iuramentum taliter extortum non obligat; quia hoc modo non iurat animo, ſed uerbis tantum, vt ſuprà dictum eſt.

Vera reſponſio.

Coactio duplex.

Altera eſt conditionalis, ideſt cum aliqua conditione propoſita: puta, ſi non promiſeris hoc, te interficiam, aut ſimile damnum faciam, tam in perſonis, quã in bonis, ut minis inducatur ad iurandum: & hic modus uiolentandi non eſt aliud, quam inducere hominem ad promittendum aliquo timore, & tunc iuramentum ſic factum obligat, cap. presbyteros, diſt. 50. Quia ut Aug. ait, voluntas coacta, eſt voluntas, licet enim habeat aliquid de inuoluntario, tamen conſtituit actum uoluntarium, teſte Ariſt. in 3. Ethic. qui ponit exemplum de proijciente merces in màre, tempore tempeſtatis: quamuis enim nollet eas proijcere, tamen timore naufragij uult proiicere, & ſic proiicit.

Iuramentum timore factũ.

Voluntas coacta, voluntas eſt.

Quantum eſt ex parte cogentis iurare, iuramentum non eſt obligatorium, quia, ut ait ſupra D. Thom. qui iniuſtè exigit, non meretur, ut iuramentum coactum ſibi obſeruetur, & in hoc non eſt difficultas. Quantum uerò eſt ex parte materiæ, pro qua iuratur, tunc ſecundum ſubiectam materiam dicere oportet, ſcilicet, ſi iuramentum eſt ſuper re illicita, ipſo iure non obligat, ſiue quis ſpontè, ſiue timore ductus, & coactè iuret; puta promiſit fratri cum iuramento, ut ſuum inimicum occideret, uel promiſit domino, tyranno, ſeu alij nobili uiro ſuam uxorem ad adulterandum, uel his ſimilia, non tenetur promiſsũ obſeruare, 22 q. 4. per totum.

Iuramentum ſuper re illicita non tenet.

Si autem iuramentum factum eſt ſuper re licita, aut eius obſeruantia uergeret in deteriorem exitum, aut non. His ſtantibus, pono has Concluſiones.

1. Concluſio. Iuramentum ſuper re licita ex timore, obligat.

Qui ui, ſeu timore ductus, iurat dare, vel facere rem licitam, ſi intendebat ſe obligare, tenetur in conſcientia iuramentum obſeruare.

Dixi (ui, ſeu timore) intelligendo de violentia, & coactione conditionata, & non abſoluta, nam de abſoluta clarum eſt, quòd non obliget, de Conſecratione diſtinctio. 3. cap. eos quos, & diſtinctio. 45. cap. de Iudæis, & ibi Gloſ.

Dixi (iurat) nam promiſſio facta ex timore ſine iuramento, ſi non adimpletur, eſt peccatum ueniale. Glo. in c. Vnuſquiſque, 22. q. 4.

Dixi (dare, uel facere) nam utraque ratione fieri poteſt: exemplum primi.

Titius incidit in latrones, qui eum occidere volebant, niſi iuramento promitteret, ut eis in talem locum centum aureos deferret. exemplum ſecundi, habetur in c. Abbas, & in c. Ad audientiam, de iureiurando.

Dixi (rem licitam) ut in exemplis patet, nam de illicita, vana, impoſſibili, & indifferenti, dictum eſt ſuprà, in tertio Comite, ideſt Iuſtitia.

Contra hoc aſſertum arguitur; Dare inuaſori latroni centũ coactè, ut in exemplo

Inſtantia.

plo dicis, non eſt actus virtutis, ergò non tenetur iuramentum obſeruare, ut uult concluſio: probatur, quia non eſt actus iuſtitiæ, nam ceſſante iuramento iſte non teneretur, quia coactè promiſiſſet, ut dictum eſt, deficit enim ratio debiti, ſine qua actus iuſtitiæ ſaluari nõ poteſt. Neque eſt actus liberalitatis, quia non donat, nam ſi ſic eſſet, non poſſet poſtea repetere, ut dicimus.

Nec eſt actus fidei promiſſæ, dictum eſt enim ſuprà, coactio facit, ut latroni fides non obſeruetur.

Neque eſt actus charitatis: quia dantur homini indigno, & non indigenti, ſed latroni vſurpanti, quod habet ſpeciem mali.

Nec denique eſt actus religionis, ex iuramento vim habens, nã inter Votum, & iuramentũ hæc eſt differentia: materia enim Voti fit actus virtutis ex Voto, dum promittitur, ſed materia iuramenti, opus eſt, vt ſit actus virtutis antequã iuramento promittatur, ſed conſtat, quòd nõ eſt, ut probaui, unde ergo habet ut ſit materia licita, & obſeruari debita dare centum latroni coactè?

Et confirmatur, quod dico, nam iſta exhibitio centum aureorum eſt damnoſa animę recipientis, peccat enim, illa recipiendo contra conſcientiam, & quamuis non exhiberetur, tamen ſtando in illa opinione, adhuc peccaret, & recipiendo, peccaret magis, & ultrà hoc exponeretur periculo nõ reſtituendi, igitur omni ex parte traditio iſta pecuniæ eſt uitioſa, & iniuſta, & conſequenter, non adimplens iuramentum, non eſt periurus.

Reſponſio. Reſpondetur, quòd iſte actus promiſſionis, ſcilicet dare centum latroni, dupliciter conſiderari poteſt, prout duo reſpicit, vno modo, vt reſpicit latronem, vi, & metu illa centum extorquentem, & recipientẽ, & ſecundum hunc reſpectum nullius virtutis actus eſt, vt benè inſtantia probat; altero modo, ut reſpicit dantem coactè pro redemptione ſuæ vexationis, nempè pro uita euadẽda, & ſaluanda, & quia talis actus, ut ſic, induit formam redemptionis vexationis, eſt actus uirtutis, itaque ſi ſit pro euadenda vita propria, eſt actus charitatis, ſi autem pro vita proximi, eſt actus miſericordiæ; debet enim homo, ordine charitatis vitam proximi bonis propriis præponere; & quia huiuſmodi iuramenta coacta fiunt pro redimenda vexatione tantum, & non alio fine, vt in caſu propoſito; ideo ſub promiſſione ducatorum centum, non intelligitur datio latroni; ſed illa exhibitio centum ducatorum latroni facta, pro tali fine, ſcilicet, pro redemptione vexationis.

Quo fit, licet actus iſte, ſcilicet dare centum latroni, ut terminatur ad recipientem, ſit illi nociuus, & ex conſequenti illicitus; ut tamen exit ab agente ſub forma redemptionis, eſt actus virtutis, & licitus: & ideò, cum ſit iuramento firmatus ad redemptionem vexationis, eſt adimplendus.

Replica. Sed contra hæc dicta adhuc inſtatur, ſi actus iſte licitus eſt, pro quanto induit formam redemptionis vexationis, ſequitur, vt dum homo euaſit è manib. latronis, & periculum vitæ, non tenetur ſoluere vexationem promiſſam, quia iam poſitus eſt in tuto, & vexatio pręterita eſt, & ex conſequenti illa datio nõ amplius habet formam redemptionis, ut licita ſit.

Dixi (euaſit periculum vexationis) dum ſcilicet poſitus eſt in tuto, & non timet amplius vexari; nam ſi latrones poſſent adhuc eum vexare; quia ſępè veniunt ad Maſſariam, quo ipſe accedit, uel poſſent eum damnificare in bonis, occidendo boues, oues, vel ſaltem ignem mittere in ſegetes, vel ſimilia facere, ſi promiſſum non adimpleret; reſponſio ſatisfaceret, & argumentũ non procederet; ſed ubi hæc non timerentur, & ipſe è manibus eorum euaſit, non amplius tenetur vexationem redimere; quia iam tranſacta eſt, & tranſacta vexatione, & periculo, ceſſat forma redemptionis, ac per hoc non eſt amplius materia Iuramenti, & conſequenter non obligat.

Reſpon-

Digitized by Google

Reſpondetur, quod licet ceſſante forma redemptionis, datio illa eſſe materia talis iuraméti; non tamen ſequitur, quòd tranſacto periculo vexationis, iſta exhibito centum non fiat ſub forma redemptionis; nam actus iſte dandi centum fit ſub forma, quia iuratus eſt; conſtat autem, quòd iuratus eſt ſub forma redemptionis; ergo quando exercetur ſub forma repemdtionis in iuramento inchoatę exercetur. *Reſponſio.*

Et cum dicitur vexatio non eſt, ergò non poteſt redimi.

Dico, quod uexatio fuit, & quamuis ſit tranſacta; redemptio tamen inchoata dum erat uexatio; adhuc eſt, uirtute illius uexationis, à qua dependet; ideo exequenda eſt; ne Deus, qui in teſtem huius conſumandæ promiſſionis inuocatus eſt remaneat iniuriatus.

Et hæc iura perunt, ut habetur in c. Si uerò, de Iureiurando. Veruntamen Romani Pontifices conſueuerunt, à talibus iuramentis obligatos abſoluere; ne uideantur iniquitatem eorum fouere, qui talia iuramenta extorſerunt.

Sed nota, qui contrauenit tali Iuramento, antequam ſe abſoluere faciat, peccat mortaliter, ait D. Tho Sylueſt. in Verbo Iuramentum, 4. §. 7. Archidiaconus Calder. & alij: quòd non eſſet; niſi teneretur iuramentum obſeruare, ut probatum eſt. *Nota.*

Verum non eſt ita acriter puniendus; metus enim etſi non excuſat à toto, excuſat tamen à tanto. Gloſ. in c. Verum, de Iureiurando. Vnde dicendum, qui coactus à latronibus, iurauit eis dare centum, pro redemptione vitæ propriæ, uel alterius ſi ſoluit, non poteſt eos repetere, niſi prius à iuramento abſoluatur: & ſi iurauit etiam non repetere, non poteſt repetere, ſed Eccleſię denunciare, ut ipſum cogat reſtituere. *Metus etſi nõ excuſet a toto, excuſat tamen a tanto.*

Et ſi iuraſſet, nec etiam denuntiare; tunc iuramentum non teneret: eſt enim contra pręceptum Domini, cap. ſi peccauerit in te, 3. q. 1. Si autem non ſoluit, verbi gratia, obligauit ſe per contractum donare Tyranno, uel alteri, pro eo magnis minis, uel metu amittendi bona, uel ſimile; deinde nollet dare: non poteſt uti exceptione, & contractum reſcindere, ſine peccato, ſtante iuramento: quia ut ait D. Tho. & habetur per multos canones citatos, promiſſio eſt de re licita, quæ ſine interitu ſalutis obſeruari poteſt, ergò obſeruanda eſt; Et quamuis in huiuſmodi, dum conſtat de uiolentia, & iuſto timore, qui cadere poſſit in cõſtantem uirum, iudex ſolet non cogere debitorem, ut ſoluat: hoc fit quia iuſtitia publica non attendit, niſi pacem, tranquillumque ſtatum Reipublicæ: ne iniurię, per vim illatæ foueantur. Quantum poſtea ad ea, quæ ad conſcientiam attinent, ſi non adimplet iuramentum, ipſe uideat. Veruntamen poteſt petere à Iudice Eccleſiaſtico ante terminum ſolutionis, ut cogentem aſtringat, ut non quęrat promiſſum, uel ut abſoluat eum à iuramento. Glo. in cap. auctoritatem. 15. q. 6. Et ſi iudex ad hoc induci non poteſt, ſoluat, & repetat, ut prius, ut peccatum mortale euitet. *Reſponſio ad tacitam obiectionem.*

Fallunt omnia iſta, ſcilicet ut non teneatur abſolutionem quærere in quattuor caſibus. 32

Primò dum alienantur bona Eccleſię, cap peruenit, el primo de iureiurando. Vnde ſi res non eſt tradita, poteſt uti exceptione, ut contractus reſcindatur: ſi autem tradita eſt, poteſt illam repetere, & ſi iuraſſet non repetere, iuramentum non tenet. Et quamuis in textu allegato, Papa dicat, (abſoluimus) illud verbũ non eſt intelligendum, quod abſolutione indigeat: ſed aut ſit ad cautelam, aut intelligendum eſt, abſoluimus, id eſt abſolutum eſſe oſtendimus. *Abſolutio iuramento quãdo & quot caſibus non ſit petenda.*

Secundus caſus eſt, in dote, ff. quod metus cauſa, cap. ſi mulier, §. dos.

Tertius caſus eſt, in matrimonio, vt extra de ſpõſalibus, niſi coactio, & timor fuerit leuis, de quo non ſit caſus, uel carnaliter ad inuicẽ ſeſe miſcuerint; tunc

enim

Digitized by Google

enim non impeditur. Quartò in voto, c. prælatum, de his, quæ vi, uel metus cau ſa fiunt, & in Cap. de Voto diximus affluẽter. Et hęc de dubio moto. Dixi quoque redeundo ad Concluſionem (ſi intendebat ſe obligare) ſi enim iurando non intendebat ſe obligare, non tenetur ait Ioan. Andr. & Panormit. in cap. ſi uerò, de iureiur. quia in conſcientia apud Deum non obligat, quamuis in foro eccleſiæ non liberaretur, ne daretur occaſio ſępè allegandi metum, & animum contrarium, & conſequenter periurandi; ideò ſtatuit, ut quomodocunque iuret: ſi de metu conſtat, ab huiuſmodi iuramentis abſolutio petatur: ſed quo ad Deum non indiget abſolutione, ut adimplere nolit, puta iurauit uerbis tantum, animo non ſe obligandi, ſi de hoc moleſtari non poteſt, ſecurus eſt quo ad Deum, ſi non adimplet, ſi autem iurauit in ſcriptis, de quo aſtringi poteſt, quamuis coactè iurauerit, & animo non ſe obligandi, tamen poſſet aſtringi, & ſi hæc allegaret, ut ſolutionem fugeret, non abſolueretur in foro exteriori; quia ei non creditur: poſſet bene eccleſia dare ei actionem ut repetat. Neque iſta, quæ hic dicta ſunt, aduerſantur ſuperius dictis, ubi contendebamus, eos, qui animo non ſe obligandi, iurauerint, teneri iuramentum adimplere: nam ibi eſt ſermo de his, qui dolo, & fraude proximum iuramento conueniunt, & ideo tenentur; hic autem eſt ſermo de his qui vim patiuntur, & à uexatione ſe liberare quærunt.

Iurans cũ animo non ſe obligandi, non tenetur ad iuramenti executionem.

Nota ſolutionem contradictionis.

33 Sed oritur pulchra difficultas; an hi peccent iurando cum animo nõ ſe obligandi? Ad hoc dico plura; & primò, ſi iurando intendunt, in nullo ſenſu facere uerum, quod iurant, ideſt intelligunt uerba iuratoria ſecundũ intentionem eorum, quibus iurant, & cum hoc non intendunt obſeruare id qđ ore promittũt, mortaliter peccant, ſecundum omnes: deficit enim Veritas in Iuramento. Si autem iurant uerum ſecundum intentionem propriam, & falſum ſecundum intentionem eorum, qui iuramentum petunt: ideſt, ſi ſecundum ſenſum ſuum intendunt obſeruare, quod promittunt, licet ſit diuerſum ab intentione eorũ, quibus iurant, non peccant. Sed difficultas ſtat in hoc: quomodo ſint componenda, & accommodanda uerba, ut uitetur falſitas iuramenti, & ex conſequenti peccatum mortale. Syluest. uerbo, Iuramẽ. 4. § 7 & Nauar. c. 12. nu. 14. aiunt: Qui iurat uerbis abſolutis, ſecundum intentionem poſcentis iuramentum, & intrà ſe intelligit ea conditionatè, non peccat: ait enim Hieronymus, ſuper Epiſtolam ad Galatas, c 2. Vtilem ſimulationem in tempore aſſumendam. Exemplum; ait latro inuadens: iura mihi dare centum, reſpondet inuaſus, iuro dare, intelligendo intra ſe, (ſi debeo) ſed Caietanus, 2. 2. q 89. ar. 7. ad tertium argum. & Sotus lib. 8. de Iuſt. & iure, q. 8. art. 7. non approbant hunc modum loquendi: nam illa conditio, ſola mente concepta, non poteſt facere, ut ſenſus uerborum, abſolutè prolatorum, exterius ſit uerus, ſi non exprimetur uerbis: & ſententia Hieronymi, in eorum fauorem adducta, non habet hic locum: nam illa intelligitur, ubi nulla interuenit falſitas in uerbis: ſed modo, uerba ſic abſolutè prolata, ſine reſtrictione, non faciunt uerum ſenſum, etiam ſecundum mentem iurantis, quamuis concipiat intra ſe (ſi debeo) quia ſola mens non conſonat uerbis: & ideò ſunt falſa. Vndè dico pro conciliandis iſtis, ideſt, quod mente concipitur, debet etiam exprimi, vt ſenſus uerborum non dicatur abſolutus, ſed conditionatus, & ſic uerus, ad mentem iurantis: tamen ita uoce ſumiſſa, ut non intelligantur à poſcente iuramentum, verbi gratia, volo, ut des mihi centum, ſub iuramento: reſpondet, iuro dare: deinde ſubmiſſa uoce, dicat (ſi debeo) differt enim ſola mentẽ concipere, & uerbis exprimere; ut intelligantur ſaltẽ à loquente. Sed melius eſſet, ſi uteretur uerbis æquiuocis, & ambiguis in iurando, quæ habent diuerſos ſenſus: intelligendo ſecundũ unum ſenſum, uerum ad mentem ſuam, & diuerſum à ſenſu, quo intelligit extorquens iuramentum:

Dubium pulchrum.

Iurare uerbis duplicib. & ambiguis, quãdo liceat.

Syluest.

Nauar.

Caietan.

Sotus.

Author.

Exemplum

Exemplum; ait latro, iura mihi numerare tantum pecuniæ. li (mihi) poteſt duplicem ſenſum facere; uel referendo ad (numerare) & tunc erit ſenſus, iura mihi numerare, ideſt mihi tradere centum: & ſic intelligit latro, uel referendo ad uerbum (iura) & tunc erit ſenſus: mihi iura, numerare centum, qđ intelligi poteſt, cui vis: & ſic ille reſpondet: iuro tibi, numerare centũ, intelligendo apud me cui volo: nã tunc li (tibi) non refertur ad (numerare) ut intelligit latro, ſed ad (iuro) quod eſt dicere, tibi iuro, me numerare centũ, cui volo: decipiendo latronem ſine mendacio: quod licet in hoc caſu. Dico in hoc caſu: nam ſi iuramentum peteretur à quibus peti debet, legitimè, ſecundum iura, non liceret vti hac aſtutia. *Iurare uerbis ambiguis qñ non liceat.*

Poteſt etiam aliter uerbis artificioſis uti, & reſponderi. Dicit latro, iura dare centum: reſpondet, iuro dare centum, relinquendo literam (i) & tunc non eſſet iuramentum, quamuis diceret mendacium ueniale, ex his exemplis potes applicare animum ad praxim in ſimilibus.

Dixi tandem in concluſione (tenetur in conſcientia) nam ſermo noſter intelligitur, dum ſumus in foro pœnitentiali: ſed in foro contentioſo, pro iudicib⁹ aliter proceditur, quia iudicant de occultis.

Quantum ad iracundiæ calorem, quomodo ex illo iuramentũ infirmari poſſit, quæritur. An ſcilicet iuramentum factum ex impetu iracundię obliget? Reſpondent aliqui dicentes: ſi furor, & calor iracundiæ eſſet talis, quod poſtea tale iuramentum, plena deliberatione non feciſſet, non obligat: in iuramento enim promiſſorio requiritur deliberatio, ſicut, & in voto; in hoc enim de pari procedunt: & quia de uoto malè locuti ſunt (ut ibi notauimus) ideo nec hic bene dicunt: non enim eſt neceſſaria tanta deliberatio, ad obligandum aliquẽ iuramento, & uoto, quanta iſti dicunt: ſcilicet, ut ſit plena. Vnde breuiter dico; calor iræ, qui deliberationem attenuat, non eſt tantus, ut iudicium rationis penitus ſubuertat; iurans cum illa tenui deliberatione, & animo ita irato, obligatur. Si autem calor iracundię, & furor iræ eſt tantus, qui ita rationem occupat, ut homo non aduertat, quid dicat, tunc non obligaretur; tanta enim turbatio ſapit quandam mentis alienationem; quę cum excludat etiam uoluntatẽ, merito facit, ut iuramentum ſit nullum. 34 *Iuramentum ex iracundia* *Opinio Angeli.* *Refutatio.* *Opinio auctoris.*

Et ſi inſtiteris, poſtquam illa tenuis deliberatio, & paruus calor iræ, iuramẽtum irritum non reddit; quantus, & quam paruus eſſe debet, vt ſufficiat ad faciendum iuramentum ualidum? Reſpondetur, quantus ſufficeret ad faciendũ & iudicandum unam actionem eſſe peccatum mortale, cum tali deliberatione: vnde infertur: ſi furor & ira eſſet tantus, mentem occupans, qui ad excuſandũ hominem ab homicidio ſufficeret, etiam ſufficeret ad excuſandum ab obligatione iuramenti, ut accidit iјs, qui tali furore inebriantur, quòd nec cogitant, nec cognoſcunt, quid dicant, aut faciant. *Inſtantia.* *Iracundia quanta eſſe debeat, vt iuramentum annullet.*

Ex his infertur, etiam quantum ad inconſiderationem, quòd ſi inconſideratio eſt talis, quę non auferт ex toto deliberationem, (ut dictum eſt) quamuis illam infirmet, non tollit obligationem. Si autem ita ex abrupto, & penitus ſine deliberatione iurauit, nihil cogitans de promiſſione, talis inconſideratio, nõ ſolum infirmat, ſed tollit obligationem iuramenti, quia caret conſenſu. Ita dicendum, ſi inconſideratio oritur ex aliqua infirmitate auferente iudicium, ex ebrietate nimia, dementia, & ſimilibus. Ita docent Sylu. Ver. iura. 4. §. 9. Archidiac. Panor. & alij. Multa alia ſuper iracundia, & inconſideratione, & quando annullant iuramentum, & quando non, dici poſſent: & quia abundè de hac re in cap. de Voto, dictum eſt, quando hęc etiam uotum annullant; ne uidear idem repetere, ideo illuc vos remitto. 35 *Iuramentum inconſideratè factum.*

Nota tamen, quòd quando hæc prædicta non tollunt iuramenti obligationem, *Nota.*

tionem, tamen ita illud infirmant, quòd facilè ſuper eo diſpenſari poteſt.

Nota. Nota ſecundò, quòd hic eſt ſermo de iuramento promiſſorio: nam in iuramento aſſertorio non accidunt illa inconuenientia.

Nota. Nota tertiò, quòd prædicta inconuenientia ſolummodo accidere ſolent in iuramento promiſſorio uerbis tantum facto, & ſubitò: in illo autem, quod fit in ſcriptis, cum longam moram requirat, non eſt perſuadendum, quòd tantus impetus iræ, qui iuramentum annullare poteſt, tanto longo tempore durare poſſit.

36 *Quo tempore liceat iuramẽto uti. Nota.* Quando, dicit tempus, quo iuramento uti debemus. Sed hic nota, quòd hęc circunſtantia non intelligitur, niſi in iuramento ſollemni, ſiue fuerit aſſertoriũ, quod in iudicio, uel in conteſtatione litis, uel dum examinantur teſtes: ſiue fuerit promiſſorium, dum ſtipulatur aliquis cõtractus, uel fit aliqua ſollemnis obligatio, uel ſimile. Vnde non licet die dominico cauſas, & lites ventilare, teſtes examinare: niſi pro cauſis piis, & pro Eccleſia, uel pro pace, uel cauſis criminalibus, 15. q 4. cap. 1. & ibi Gloſ. Nec iuramentum ſtipulationis accipere, fas eſt; niſi in cauſis matrimonialibus, uel in quibus uertitur periculum animæ: in aliis verò cauſis ciuilibus, pro aliqua neceſſitate, & vtilitate, iurari poteſt cum licentia Ordinarij, ut ait Hoſt. in Somma, lib. 2. Rubrica de Feriis. Si ſecus factum fuerit, iuramentum tenet, ſed mortaliter delinquitur. Idem qui ſuprà, in Rubr. de iureiurando. Et pro die Dominico, intelligitur quodlibet feſtum ſollemne quod obſeruetur. Quidquid aliud ſuper hac circunſtantia dici poteſt, pertinet potius ad Iudices, quam ad Confeſſores, ideo tranſeo.

De abſolutione Iuramenti.

IVramentum abſoluere, eſt eius obligationem tollere. Vt autem ſciatur, quid in iuramento abſoluitur, oportet notare ad quid per iuramentum homo obligatur. Dictus eſt ſuprà, quòd in iuramento requiruntur tres comites, nempè veritas, pro formali, iudicium, & iuſtitia pro materiali. Veritas iuramenti conſiſtit in illo actu iurandi, ut ſcilicet, iurando, verum dicatur. Materia eſt id, ſuper quo iuratur. *Abſolutio iuramẽti à quo liberet.* Abſolutio, quæ fit in iuramento, non ſe extendit ad formam, ideſt ad veritatem iuramenti, ſcilicet, vt cum aliquo diſpenſetur ad hoc, vt poſſit facere contra formam iuramenti, id eſt, ut non dicat veritatem: hoc enim impoſſibile eſt, eſt namque contra ius diuinum, vt alicui permittatur peccare mortaliter, falſum dicendo. Sed abſolutio extendit ſe ad materiam iuramenti, ideſt ad id, ſuper quo fit iuramentum, hoc modo videlicet, ut id, quod ſub iuramentum cadebat, per abſolutionem non cadat, ideſt vt id, quod erat materia iuramenti, per abſolutionem non fiat amplius eius materia, vt de voto dicebamus.

In iuramentũ aſſertoriũ non cadit diſpenſatio. Hinc ſequitur, quòd in iuramento aſſertorio, non poteſt fieri diſpenſatio, materia enim eius cum ſit præteritum, uel præſens, actus eius efficitur neceſſarius, & immutabilis. vnde cum fieri non poſſit, ut non ſit, uel fuerit, ita per diſpenſationem mutari non poteſt. Itaque in iuramento aſſertorio diſpenſari nõ poteſt, id eſt nõ poteſt concedi, ut iurans dicat non eſſe verum, quod iam fuit, vel eſt uerum. In iuramento promiſſorio adeſt duplex Veritas, ut ſuprà expoſui, ſcilicet Veritas prima, quæ conſiſtit in actu formali iurandi, ſcilicet, dum, *Veritas duplex in iuramento promiſſorio.* iurando promittit, dicat verum, ideſt habeat intentionem obſeruandi, quod promittit, & hic actus iurãdi, cum ſit formalis, eſt etiam indiſpẽſabilis, ut prius dictum eſt. Altera Veritas eſt, ut id, quod iurando promiſit, faciat eſſe verũ, ponẽdo illud in executionem, & in hoc cadit abſolutio, ſcilicet, vt ſicut prius, per

iuramen-

Digitized by Google

iuramenti promiſſionem, illud obſeruare tenebatur, per auctoritatem abſoluētis liberetur ab illa obligatione. Hoc autem fit multis modis, ſcilicet irritatione per domum rei promiſſæ, diſpenſatione, per ſuperiorem, commutatione, in bonum melius, & relaxatione per creditorem, de quibus per ordinem dicemus.

Abſolutio à iuramento fit multis modis.

Quantum ad Irritationem.

QVi, iurando, promiſit aliquid, quod non eſt in ſuo pleno dominio, poteſt ab obligatione illius liberari ab eo, qui dominus eſt rei promiſſæ, & ſup illa plenū dominium habet, irritando, & annullando iuramentū. Qui poteſt irritare? Pater reſpectu filij, vel filiæ, qui ſunt minori ætatę, ſicut in uoto ab eis emiſſo, cap. pueri, 22. quæſt. 5. Niſi, quòd iuramētum ſtatim, vt cognouerit, irritare debet: uotum autem non, ſed poteſt expectare tempus pubertatis, vt diximus in Capitulo de Voto, Maritus, reſpectu uxoris. Dominus, reſpectu ſerui & quiſque ſuperior, reſpectu ſui ſubditi, in his, in quibus ſunt ſubiecti, vt de Voto dicebamus, capit. tua nos, de iureiurando. & D. Thom. 22. q. 89. artic. 8. ad tertium argumentum.

38 *Iuramentum irritare quid ſit, & quis id poſſit.*

Qui iurat alienare ea, quę quãuis aliquo modo ſint in ſua poteſtate, ſubſunt tamen poteſtati ſuperioris, qui principaliter habet diſpenſare de illis, poteſt ab illo Principali, per irritationem, à iuramento liberari, puta Clericus beneficiatus promiſit relaxare beneficium, vel dare, ſeu alienare res eccleſiaſticas, & ſimilia. Papa, qui plenam poteſtatem in his habet, talia iuramenta irritare poteſt, ideſt annullare ſine cauſa, c. peruenit, & cap. intellecto, de iureiurando.

Idem intelligendum eſt de Prælatis inferioribus, qui iurauerunt conferre talia, vel talia beneficia, gradus, dignitates, & officia eccleſiaſtica, uel nón conferre, ac etiam ſi iurauerunt dignitates non ſuſcipere, quando prodeſſe poſſent, poteſt Papa quando expedit, talia iuramenta irritare, ut non obſeruentur. D. T. & Caietanus quo ſuprà.

Quantum ad Diſpenſationem.

QVando Iuramentum continet aliquam turpitudinem, hoc dupliciter accidere poteſt: uel ex parte iurantis, dum ſe, per contractum obligauit, & paſſus eſt magnam læſionem, ex qua, is cauſa, quamuis iurauerit; non contrauenire magnæ, nec paruæ læſioni, vel Notarii ponere ſolent, tamen petere poteſt, ut ſecū diſpenſetur, ab Epiſcopo: quia pręſumitur dolus, l. 1. ff de dolo niſi ſcienter iuraſſet, tunc enim ceſſat dolus. Et ſi poſtea fingeret ignoraſſe læſionem, & abſolutionem peteret, peccaret mortaliter, & non poſſet tuta conſcientia, illud plus petere, ut facere ſolent, noſtra tempeſtate, multi, qui dum uxores ducunt, promittunt facere, ut conſummato matrimonio, uxores renuncient omni alii ſucceſſioni, remanentes contenti de dote ſibi data, poſtmodum uxoribus ſuadent, vt non renuncient, & ſi quandoque renunciauerint, iuramenti abſolutionem petunt, exponētes, ſed eſſe deceptos, cum non fuerint. Vel turpitudo eſſe poteſt ex parte recipientis iuramentum, dum inducit aliquem ad iurandum, coactione, ui, metu, uel ſimili, & tūc poteſt peti iuramēti abſolutio à ſuperiore, ut diſpēſet. Itaque qui iurat facere, aut dare aliquod licitum, quod ſine interitu ſalutis obſeruari poteſt, tamē habet aliquid indebiti reſpectu eius, cui pro-

39 *In iuramento diſpēſare quid ſit, & quis id poſſit.*

Digitized by Google

cui promittitur,vel quia metu,& vi(vt dixi)inductus eſt ad promittendum tyranno,latroni,vel ſimili,tunc eccleſia diſpẽſat,cap.verum,de iureiurando,ipſa namque reſpuit uoluntatem iurantis,an ſcilicet vi,& metu id fecerit,qui dum ſe præſentat Prælato,qui uicem Dei gerit,iuramenti abſolutionem petens,iam ſe offert iuramento ſatisfacere, non enim intendit contrauenire ſine diſpenſatione. Prælatus autem ex rationabili cauſa, ne ſæuitia hominum foueatur, ex officio ſuo,ſubtrahit materiam iuramenti, tamquam mali fautricem,& boni impeditiuam.Vel quia iuramentum exhibetur excommunicato, & tunc eccleſia,auctoritate publica,obligationem aufert,in pęnam, & odium excõmunicati, ut etiam ait Caiet.quo ſuprà. Vel quia exhibetur vſurario pro ſoluendis uſuris,& tunc ipſis ſolutis diſpenſatur,ut repetat,cap.debitores,de iureiurando,& ſi promiſiſſet non repetere,tunc eccleſia declarat vt exigantur,capit. noſtram,eod.tit.

Dubiũ ſcrupuloſum. Sed hic quæritur,an captus apud infideles,ſi pro redẽptione ſua iurauit ſoluere centum,cum uenerit domum teneatur illa mittere? an poſſit diſpenſationem petere? Et uidetur, quòd non teneatur,iniuſtè namque captus erat,& id fecit, ut ſuam redimeret vitam,aut libertatem haberet. Sed melius dicitur, quòd tenetur iuramentum adimplere,nec conueniens eſſet in hoc caſu diſpenſare, ut etiam ait Caietanus,quo ſuprà,tunc enim diſpenſatio crederet in Domini Blaſphemiam, & eccleſiæ contemptum infideles enim dum viderent à Chriſtianis iuramentũ paruipendi,nomen Domini blaſphemarent,de quo nõ eſt timendum, dum diſpenſatio petitur pro iuramento coacto, furi Chriſtiano exhibito.

Diſpenſatio quando non ſit neceſſaria in iuramẽto. Vel etiam turpitudo in iuramento accidere poteſt ex parte materiæ,pro qua iuratur;& tunc dico, quod

Qui iuramento promiſit aliquid,quod apertè iuſtitiæ repugnat,& omni ex parte illicitum eſt, ut ſuprà abundè locuti ſumus,non indiget diſpenſatione; ſed per ſeipſum poteſt imò tenetur illud relaxare,cap.Quanto,de Iureiurãdo.

Qui iurat facere rem licitam, & iuſtam,deinde aliqua circunſtantia effecta eſt illicita: eadem ratione,diſpenſatione non indiget.

Quando promittitur res aliqua, de qua dubitatur, an ſit licita, uel illicita, proficua, uel nociua, ſimpliciter,uel in aliquo caſu: Epiſcopus, cognita cauſa diſpenſare poteſt, & facere, ut non obſeruetur. D.Thom. quo ſuprà,artic,9.ad 3.argum.

Qui iurat facere,uel non facere,dare,vel non dare aliquod de ſe licitum,cuius iuramenti obſeruantia,ex aliqua circunſtantia vergeret in peiorem exitum, puta excluderet opus charitatis, conſilii, uel alterius boni, poteſt ipſum non obſeruare, ſed melius eſt diſpenſationem petere ob iuramenti reuerentiam,& ſcandalum euitandum.

Idem dicendum,quando promittitur res indifferens,donec manet in ſua indifferentia.

Quantum ad commutationem.

40 *Iuramentum commutare quãdo liceat, et quis poſſit.* QVi promiſit rem licitam, & iuſtam, deinde effecta eſt impeditiua maioris boni, hac ratione efficitur materia commutabilis in aliam materiam meliorem, ad arbitrium iurantis, ſi utrunque ſimul obſeruare non ualet, vnde ipſe habet auctoritatem, & obſeruandi,& commutandi, prout ſibi uidebitur,capit.Peruenit,el 2.de iureiurando. Parnomitanus ait, in hoc caſu poteſt peti licentia à Prælato, non neceſſitate, ſed ad euitandum ſcandalum. Quod intellige,

intellige,quando commutatio fit in alia bona,quàm in Religionis ingreſſum.

Sed nota,quòd tunc iſta ſunt uera,quando promiſſio ſoli Deo facta eſt,ſi enim fieret homini,in eius vtilitatem,tunc non poſſet commutari,etiam in rem meliorem,ſine eius conſenſu,quia forſan illud,quod per ſe melius eſt non erit illi melius. *Nota.*

Quo ad Relaxationem.

NOta, quòd quando obligatio fit homini, ſiue verbis,ſiue ſcripto,poteſt fieri uel in eius utilitatem beneficium, & tunc ille, ſi vult,poteſt iurantem ab obligatione liberare relaxando iuramentum,i. uolendo,vt non teneatur ad promiſſum,obligatus enim intelligitur iam ſoluiſſe promiſſum, faciendo ſecundum eius voluntatem,cui iurauit.Vel obligatio fieri poteſt in utilitatem alterius,& tunc ipſe nõ poteſt iurantem abſoluere,ſed principalis,niſi ab illo talem facultatem habeat.Vel poteſt fieri in utilitatem communem,& tunc qui habet poteſtatem adminiſtrandi bona communia,talia iuramenta relaxare poteſt. Vel poteſt fieri ſolum in honorem Dei,& tunc Papa,vel Epiſcopus relaxare poteſt. Verum hæ relaxationes fieri debent cum grano ſalis, ne principali,cuius vicem gerunt,præiudicium fiat. *Iuramenti relaxatio quando accidat & quis relaxare poſſit.*

Nota etiam,quòd hæ relaxationes quando fiunt indirectè, hoc eſt deficiente principali,ceſſat obligatio,exemplũ,iurauit aliquis obſeruare Statuta,Pragmaticas,Cõſtitutiones & ſimilia,alicuius Collegii,Vniuerſitatis,Communitatis,& ſimiliũ:ſi poſtea à ſuperiore eis derogatum fuerit nõ amplius ad ea tenetur;qa non ſunt amplius Statuta. Item iurauit quidam Epiſcopo,aliquod præſtare obſequium, tamquam Epiſcopo: ſi poſtea deponeretur,vel renunciaret, Epiſcopatui,non amplius teneretur, quia non eſt amplius Epiſcopus.Item,aliquis promiſit quędam ſeruitia perſonalia cuidam particulari,eo mortuo,liberatur obligatione.Dixi(ſeruitia perſonalia)quia ſi eſſent realia,obligatio tranſiret ad hæredes;& ſic de ſimilibus. Multa alia de iuramento dici poſſent, quæ cum magis pertineant ad Vicarios, quam ad confeſſarios, cum ſint extra noſtrum ſcopum,illa pertranſeo. *Nota. Relaxatio indirecta.*

De Adiuratione.

DIctum eſt ſuprà,quod dupliciter nomen Dei aſſumi poteſt,de quo loqui intendebamus: vel per modum Iuramenti ad propria uerba confirmanda; uel per modum Adiurationis,inducendo alios ad dicendum, vel faciendũ aliquid.Expedito primo membro,ideſt de Iuramento,quantum ad múnus noſtrum ſpectabat;ſequitur,vt de ſecundo,ideſt de Adiuratione dicamus.

Adiuratio igitur,ſecundum eundem D.Th.2.2.q.90.art.1.eſt inuocatio Diuini nominis,per quam prouocamus, vel ipſum Deum, uel aliquam creaturam, ad aliquid agendum. *Definitio. Adiuratio quid ſit.*

Dixi(Diuini nominis) & per Diuinum nomen intelligo etiam omnem rem ſacram,cui propter Deum reuerentia exhibetur.

Dixi(prouocamus)hæc namque differentia eſt inter Iuramentum, & Adiurationem;per Iuramentum enim nos ipſos obligamus inuiolabiliter ad agendũ quod promittimus;per Adiurationem autem obſecramus adiuratũ,vt aliquid faciat:& ratio huius eſt: homo namque eſt dominus ſuorum actuum, & ideo hanc poteſt ſibi neceſſitatem imponere, obligando ſe: aliorum autem non eſt

Digitized by Google

dominus:& ideo illis neceſſitatem imponere non ualet:ſed obſecrando,& deprecando,reuerentiam Diuini nominis,quod inuocat obtinere intendit,quod petit Ita quidem Apoſtolus ad Romanos 12.illos adiurando, deprecatur, dicens: Obſecro uos,per miſericordiam Dei.

Dixi(Deum,uel creaturas)ambo enim adiurare poſſumus:aliter tamen, & aliter : nam adiurando homines,eorum uoluntatem mutare intendimus, eam inclinando ad noſtrã petitionẽ per reuerentiam rei ſacræ atteſtatæ:ſed adiurando Deum, non intendimus eius uoluntatem immutare,cũ ſit immobilis,dans cuncta moueri: ideſt, cum immobiliter operetur : ſed ut obtineamus per eius æternam uoluntatem,qua ab æterno placauit dare nobis quod petimus ob noſtram execrationem.

Adiurandi modus duplex. Duplex eſt modus execrandi, & adiurandi:unus quidem eſt per modum deprecationis:dum propter reuerentiam alicuius rei ſacræ inducimus,& inclinamus aliquos ad agendum aliquid : & hic modus adiurandi conueniens eſt, ut exerceatur circa ſuperiores,& æquales:alter eſt per modum compulſionis, uel iuſſionis:& hic modus adiurandi poteſt exerceri circa inferiores.

42 *Adiurare quando licitũ ſit,& quomodo.* Ex his ſequitur,quòd licitum erit,uti adiurationibus:modo illę exerceantur debito modo,& conuenienter:debitus autem modus & conueniens explicabitur per omnes gradus entium.

Deus quomodo flectatur ad noſtras petitiones. Primo licitum eſt Deum adiurare,per modum tamen deprecationis,& ſupplicationis, ad obtinendum quod petimus: non quòd per noſtras ſupplicationes,& deprecationes, velimus Deũ flecti, ad noſtras petitiones,quaſi de nouo velit facere nobis,quod antea nolebat:Deus enim ſimpliciter immutabilis eſt: neque flecti poteſt de nolle ad velle,uel de uelle ad aliud uelle;neque aliquid de nouo vult,quod ab æterno nõ decreuerat:ſed ſuppliciter orãdus,& piè deprecandus eſt,ut per noſtras pias deprecationes,excitemus noſmetipſos,ad deuotionẽ nos diſponendo,ut ad id(quod ab æterno,ſua infinita ſapientia præuiderat nos petituros,ſuaq; incredibili bonitate ad noſtram piam petitionẽ cõferre diſpoſuit,efficiamur idonei, non noſtris meritis,ſed ſua liberalitate : qui non modo donat,ſed dat,ut petentes exaudiat:ut,ſcilicet,per talẽ deprecationẽ aſſequamur,ꝙ ab ęterno dare decreuerat.Illicita autẽ ualdè adiuratio eſſet, quando Deum adiurãdo,ab eo peteremus aliqua temporalia,uel q̃d ſimile;ac ſi nobis debitor eſſet,ei neceſſitatem imponendo:tunc enim eſſet vitium ſimile illius Caiphæ, qui auſus fuit Chriſtum adiurare, ſic dicens : Adiuro te per Deum viuum,ut dicas nobis,ſit tu es Chriſtus filius Dei viui.

45 *Adiurare Angelos,& ſanctos.* Secundò licitum eſt Angelos,& Sanctos adiurare,eos deprecando,ut nobis auxilio ſint, aliter tamen, quam Deum : deprecamur enim Deum, tanquam fontem bonitatis,à quo bona cuncta procedunt nobis mortalibus : ſed Angelos, & Sanctos, cum ſint noſtri conciues,& nos affectu charitatis ament, atque bonum nobis deſiderent, tanquam mediatores,ac Deo gratos oramus, ut eorum meritis,& precibus,nos efficiamur magis exaudibiles:non quod ipſi informent Deum de noſtris neceſſitatibus, quaſi neſcium noſtrarũ petitionum; cum eius oculis omnia nuda,& aperta ſint.Vnde quidam Poeta ſic ait: *Sancti mediatores,quõ impetrẽt pro nobis.*

Eſt nihil occultum,quod neſciat alta maieſtas.
Qui uidet è cælo,quidquid in orbe latet.

Sed quod Deus uidens ſuo modo,petitionem noſtram futuram, fieri mediis Sanctorũ precibus,ob eorũ merita diſpoſuit ab ęterno illud bonum,quod petimus,collaturum tempore determinato. Illicitum tunc eſſet quando hæc ab eis ſic adiuratis peteremus, ac ſi de ſe ipſi propria virtute facere poſſent:adſcribendo ipſis,quod Dei eſt,eſſet enim ſpecies idolatriæ.

Sed hic quæritur,an liceat adiurare dæmones?Reſpõdet D.T.loco citato, ar.2.

Digitized by Google

art.2.quod duplex eſt adiuratio,vt dixi:una compulſiua , altera deprecatiua. Quantum ad adiurationem compulſiuam , quandoq; licet,& quandoque non licet dęmonem adiurare. Pro cuius rei dilucidatione, nota , quòd dæmones in curſu huius uitæ,nobis ut aduerſarij,& hoſtes conſtituti ſunt;unde Paulus:Nō eſt nobis colluctatio aduerſus carnem,& ſanguinem, ideſt aduerſus homines, quos uideris,ſed aduerſus Principes,& Poteſtates , & Rectores mundi , tenebrarum harum,ideſt dæmones,qui ſunt principes impiorum . Itaque , cum eis hoſtiliter procedere debemus, nec unquam nobis conceditur cum eis inducias habere,in quibus licitum eſſet cum eis conuerſari.

Dubium. Adiurare dæmones, quādo liceat. Nota.

Item nota,quòd eorum actus ſubduntur Diuinæ tantum diſpoſitioni, ſanctorumque Angelorum,ut ait Aug.lib.4.de Trinitate.Spiritus deſertor regitur per Spiritum iuſtum,nobis autem non ſubduntur,niſi inquantum eos repellere poſſumus,ne nobis noceant, ſecundum poteſtatem à Chriſto nobis datam, Lucæ 10.Ecce dedi uobis poteſtatem calcandi ſupra Serpentes,& Scorpiones, &c. Poſſumus igitur,ſine peccato,dæmones adiurare,per uirtutem Diuini nominis,dupliciter:uel eos expellendo à corporibus obſeſſis , vt fit cum exorciſmis,& orationibus, ſuper arreptitijs uel eos expellēdo à nobis ipſis,dum,ſiue uigilantibus,ſiue dormientibus nobis apparerent, per phantaſmata , ſeu alio modo,uel à rebus,quæ Deo dicantur,ut ſit exorcizando aquam, ſalem, & huiuſmodi,uel à locis,in quibus habitamus,& ſimilia.Secūdò,eos adiurare poſſumus,compellendo,ut faciant , uel dicant aliquid quod expediret pro noſtra ſpirituali utilitate, ut aliqui uiri ſancti, & religioſi facere ſolent,nō tanquam ſpontè ad hoc ſe offerentes,ſed eis præcipiendo,Diuina poteſtate,qua ſciunt, eos poſſe cōpellere Non tamen liceret eos adiurare ad aliquid ab eis addiſcendum,uel ſciendum,aliqua curioſitate,uel ad aliquid per eos obtinendum.Non intelligo hic de adiuratione deprecatiua,quæ arguit ſocialem amicitiā ; quia de hac paulò infrà loquar,ſed de adiuratione compulſiua; qua, dū arreptitius, uel dæmon in corpore aſſumptus,ſpontè occurreret, aliqui curioſitate, uel leuitate quadā,ab eo ſcire uellent aliquid;puta,quid ſit de anima talis , quę fierent in Purgatorio,uel in Inferno, & ſimile quid;aut uellent addiſcere,quæ in creatione mundi facta fuere,de eorū ſtatu,& natura;uel ſimile; aut uellent,ut faceret aliquod ſignum uanum,uel ſimile;non firmando ſe in aliqua ſocietate; ſed per modum tranſeuntis.Quæ curioſitas licet propter actus imperfectionē, eo ꝙ amicitiam Dei,per hęc offendere non intendit, ſit peccatum ueniale ; eſt tamen periculoſa:tum,quia ſcriptum eſt,cum peruerſo peruerteris;tum etiam, quia eos multum affectatè intelligendo, etiam ſi uera dicant,& eorum ſermonibus aſſuefaciendo,de facili nos decipere poſſent.Vnde Io.Chriſoſt.ſuper uerbo Chriſti,Marci 1. Obmuteſce, & exi ab homine,ait:Salutiferum hoc nobis dogma datur,ne credamus dæmonibus, quantumcunq; denuncient ueritatem. Huius ratio eſt: nam cum dæmon ſit mendax , & pater mendacij , & perfidus inimicus noſter, multa falſa ueris miſcet , ut nos decipiat; & ideò eius uerbis nulla fides dari debet.

Nota. Dæmones quō ſubdantur nobis. Dæmones quō poſſimus adiurare.

Quantum autem ad adiurationem,deprecatiuam, uel per modum inductionis,ut dæmon agat aliquid;quia hæc ſupponit quandā ſocietatē,& amicitiam cum eo,dupliciter fieri poteſt.Vel eos inuocādo,reuerentiam eis dando,& pactum,& fędus cum eis ineundo . Vel ſaltem dum homini ſpontè apparent, ut ſe offerunt,rogat eos,ut exerceant aliqua opera non de ſe mala,nec eorum naturalem uirtutē excedentia,nec ēt malo fine:ut accidit hominibus habentibus quandam ſocietatem cū ſpiritibus,quos familiares uocant; eos ligatos tenendo in annulo, uel ampulla,uel re aliqua ſimili;& qñque ſine ligamento cū eis aſſiduè loquendo,aut aliqua ſeruitia ſibi pſtare faciēdo,aut munera recipiēdo.

Adiurantes dæmones deprecatiuè, dupliciter.

Inuocatio expreſſa dæmonis.

Prima adiuratio fit per inuocationem dæmonis expreſſam, vel tacitam. Inuocatio aūt expreſſa eſt, quando apertè, & nominatim uocatur, & imploratur, vel quando fit aliquid quod certò ſcitur ab operante, virtute diaboli eſſe perficiendum: vt faciunt incantatores, qui dæmones uocant cum firma intentione, & verbis, & factis. Hæc autem quandoque fiunt ad prænoſcendum futura: dæmones namque expreſsè inuocati, multoties, & multipliciter futura prænunciare ſolent, vel immutando ſenſus noſtros deforis, quibuſdam apparitionibus extrinſecis, dum videri ſe faciunt, nunc in una forma, nunc in alia, vel formant alias res apparentes ante oculos hominum, uel formant uoces in aures, quibus ſignificant, quæ futura ſunt illis. Dico (illis) nam, quę alibi ſunt præſentia, ipſi ſcientes, pronunciant hic, tanquam futura. Verbi gratia, Petrus hodie in Hiſpania talia facit, uel iter in Italiam facere incipit, ipſi ante tempus pronunciant aduentum Petri in Italiam, aut quæ in Hiſpania facta ſunt, antequam de illis nuncius veniat. Et ſi aliquando propriè futura pronunciant, illa cognoſcunt in ſuis cauſis naturalibus, per ſcientiam naturalem, quam habent, & ideo effectus naturales prædicere poſſunt: quæ autem à voluntate dependent, ſcire non poſſunt antequam fiant. Vel pronunciant futura, immutando phantaſiam ad intra, dormiendo; dum faciunt ſomniare, quę homo ſcire deſiderat. Vel futura prę nunciant per apparitionem mortuorum; dum quibuſdam precantationibus, videntur mortui reſurgere, & futura prædicare, uel ad interrogata reſpondere. Quæ omnia faciunt, vel formando corpus aëreum, dando illi talē formam, vel adducendo verum corpus aliundè, vt de Samuele legitur. Vel futura pronunciant per ueros homines viuos, ſcilicet per arreptitios. Vel faciendo apparere ſimilitudines hominum, aut rerum, quas homo ſcire deſiderat, in aliquibus corporibus inanimatis, ut mulieres ſæpè facere ſolent, quibuſdam unctionibus in palma manus, vel quibuſdam uerbis prolatis in ſpeculo, vel quibuſdam carbonibus accenſis ante aquam in vaſe uitreo, & ſimilibus; in quibus locis apparent ſimilitudines rerum, dæmonis artificio, quas ſcire deſiderant.

Dæmones quō futura prænuncient.

Somnia per dæmones.

Inuocatio expreſſa voce facta.

Quandoq; verò hæc expreſſa inuocatio fit ad operandum aliquid, & hoc multis modis: aliquando enim dæmones inuocati apparent in corporibus aſſumptis permiſſione Diuina, componendo, & colorādo aerem in forma humana, conuerſando, & loquendo cum hominibus vigilantibus, eis uera munera donantes: & quandoque coeunt cum eis, fingendo cum maſculis eſſe fœminas, & cum fœminis eſſe maſculos, quos dæmones, Doctores, & præciſè D. Th. uocant Succubos & Incubos. Aliquando apparent in forma Hirci, fingentes aſportare eos de loco ad locum, præuijs quibuſdam vnctionibus: vnde ipſi homines, uel mulieres dicunt, ſe ire veſpere quintæ feriæ ad ludos Dianæ: alij dicunt ad arborem nucis Beneuenti.

Dæmones quō coeant cum fœminis.

Succubus, & incubus.

Ludi Dianæ nunc Beneuenti.

Sed hic eſt magna quæſtio, non prætereunda, ſ. an iſti accedant realiter, an ſola imaginatione? Caiet. 2. 2. q. 9. art. 3. contendit, hos accedere ſola imaginatione: ſic enim expertus eſt, non ſolum à quibuſdam fide dignis, ſed ab ijs præciſè, qui in facto fuerunt, & hæc cum dęmonibus operati fuerunt: quos conuicit ex multis ſignis, quibus viſum eſt, eos non mutare locum. Et confirmatur hęc opinio per Concilium Aquenſe, vt hī 26. q. 5. c. Epiſcopali. Alii contrariū dn̄t. Crediderim ego, hęc poſſe fieri utroq; modo, ut ēt Caietanus fatetur, Deo tamen permittente. Sed ꝙ hoc in facto in multis locis acciderit, ſatis abundè probat Frater Nicolaus Iaquerius Ordinis Prędicatorum, vir undique probus, in quodam ſuo libello intitulato: Flagellum Hęreticorum: eſt enim magna differentia inter ſectam mulierum, quæ, vt fertur, imaginabantur ire ad ludos Dianæ: quæ nullum perpetrabant maleficium reale: ſed ſolum ſua imaginatione

Homines, an realiter à dæmonibus aſportentur.

Ludi Dianæ.

Digitized by Google

ratione uidebantur implere ſua deſideria venerea:& inter ſectam,quæ dicitur faſcinariorum ; & in quodam Galliæ loco vocabatur ſecta ſorciariorum , de quibus multi fuerunt ſententiati,ut idem auctor refert: Iſti ad Synagogam dæmoniorũ accedebant realiter:& cum inibant pactum,& fœdus cum dæmone, dæmon ſignabat eos in quadam parte corporis ſecreta,quodam ſigno ad modũ fabæ:quod faciebat,ne fidem ſibi frangerent:à quo dæmone addiſcebant multa maleficia, uel per aliquas res à dæmone ſibi datas , vel operando ad nutum eorum,ut ipſi deſiderabant,ſcilicet,mutando corpora hominum,à ſanitate, in morbum medicis incurabilem: uel concitando animos illorum in amorem,vel odium , vel turbando mentes ſuorum inimicorum , ſeu eorum , quos turbare deſiderabant, quibuſdam carminibus, operante hoc principaliter dæmone , & maleficio inſtrumentaliter: propter pactum initum inter eos, ut preſtò ſint ad maleficorum petitiones , vt etiam habemus ex D.Tho. in 4.Sententiarum , diſtin.34.art.3.Hæc, & ſimilia ibi contractabant, ac addiſcebant: quę ſecta maniſeſtata fuit à quibuſdam , qui curioſitate quadam dictis maleficis ſortiarijs aſſociati fuerant in dicta ſynagoga ; qui vbi propter admirationem Cruce ſe ſignauerunt , & nomen Ieſus inuocauerunt more ſuo ſtatim Synagoga diſperſa fuit : & ipſi inuenti fuere valde longè à ſuis habitationibus : hæc,& multa alia refert dictus auctor in confirmatione, quòd realiter accedunt : nam dæmon cum hominibus operatur, prout ſibi videtur, & Deus permittit . Nec mirum, ſi Caietanus neget factum, & non poſſibilitatem; quia temporibus eius,uel in locis, ubi ipſe fuerat , non fuit huiuſmodi expertus : Et ad textum allegatum reſpondet auctor citatus ; Concilio illi non deberi tantam fidem ; eo quod fuerit Concilium Prouinciale , quod poterat in hoc errare , ſi negat poſſibilitatem.

Faſcinarij. Sorciarij. Synagoga. Dæmonum.

Dictum eſt ſuprà , quòd inuocatio dęmonis expreſſa, fit non ſolum verbis, dum vocatur per nomen, ſed etiam factis , quando ſcilicet fit aliquid à maleſico,vel incantatore, quod ipſe ſcit non operari niſi uirtute diaboli,qui illic aſſiſtit, ut notat Caiet. 2.2.q.95.artic.2. & Nauarrus poſt eum confirmat, cap.11. num.22.nam quanto tempore maleficus operatur maleficia,etſi non uocet dæmonem per nomen, vocat tamen ſola intentione; in illa animi operatione intendit,ut dæmon aſſiſtat, cuius uirtute credit illud ſe poſſe perficere : qui modus eſt etiam dæmonem inuocandi expreſsè; ſupponit enim ſocietatem,& amicitiam cum eo ; quæ requiritur ad expreſſam inuocationem . Exemplum dum maleficus, ſeu malefica pretendit aliquem in corpore offendere,operatur quãdam facturam , vt vocant , de cera, cum quibuſdam clauibus , & capillis ; uel aliud ſimile faciunt ; quam facturam mittit in locum per quem eſt ille tranſiturus ; vel aſpergunt quendam puluerem ſuper illum à dæmone acceptum , ad hunc effectum , hoc operante diabolo , ut dictum eſt , ſine vllis verbis à maleficis dictis,ex pacto inter eos inito ; vel fundũt plumbum in aqua,hac intentione , quòd virtute dęmonis,efficitur conflatile, ſecundum formam quam deſiderât , uel mulier malefica facit ligaturas , quibus impedit actum generationis,& vim alicui viro, ne poſſit actum venereum conſummare cum tali,uel tali muliere, idque quibuſdam herbis,lapidibus,clauibus, vel ſimilibus reb virtute dęmonis, qui pręſto eſt in illo actu, ex intentione maleficę mulieris , abſque prolatione verborum inuocantium dęmonem , uel hoc facit per aliq̃ aliã virtutem occultam, vel ſimili modo: non quòd iſta talia quæ operatur maleficus,uel malefica: habeant in ſe talem uirtutem ad effectum maleficij quod facere prætendunt ; fiunt uirtute dæmonum , inquantum hæc,& ſimilia eis exhibentur,in ſignum Diuini honoris;cuius cupidi ſunt,ait Auguſt.lib.21.de Ciuitate Dei. Sed quare dæmones libentius aſſiſtunt circa ligaturas in actu generationis,

Inuocatio dæmonis expreſſè facta tâm. Factura malefica mulieris. Ligatura in actu Venereo. Dubium.

rationis, quàm circa alios effectus? Reſpondet D. Th. in 4. Sent. diſt. 34. propter peccatum originale, quod in illo actu contrahitur.

Inuocatio dæmonis peccatũ grauiſſimum.

Hic modus adiurandi, cum expreſſa dęmonis inuocatione, inter modos ſuprà expreſſos, peſſimus eſt, & peccatum admodum damnabile, propter eius grauitatem: huius ratio eſt; nam cum ſint hoſtes, & inimici Dei, cęleſtis patriæ, & noſtri, qui ſocietatem & amicitiam cum talibus facit, pactum & fœdus cum eis ineundo, videtur à Deo apoſtatare: & multo grauius peccaret, ſi reuerentiam, adorationem, aut ſacrificium eis exhiberet.

Nota; Pactum cum dæmone quid ſit.

Nota, ſecundum Caiet. loco ſuprà citato, ar. 4. ad mentem D. Tho. quòd per pactum intelligitur hic, non ſolum conuentio quędam facta cum dęmone; puta faciam hoc pro te, vel promitto tibi hoc, ut tu facias hoc vel illud pro me: ſed etiam omnis actus amicitiæ, & ſocietatis cum eo, ad modum prędictum; ut diſtinguatur ab aliis actibus, in quibus ſupponitur inuocatio tantum tacita, ut dicemus.

Dubium.

Sed hic dubitatur, an hęc expreſſa inuocatio dęmonum ſupradicta, fieri poſſit ſine dæmonum cultu. Et eſt ratio dubij; nam ex eo, quòd hic modus inuocandi eſt ſpecies ſuperſtitionis, ſequitur, vt ad cultum dæmonum ſpectet. Ex altera parte videtur fieri poſſe, vt aliquis inuocet dæmonem, tamquam amicum, & ſocium, abſque intentione, ut ei reuerentiam, obligationē, & alias ceremonias, quæ ad eius cultum pertinent, exhibeat.

Reſponſio.

Reſpondetur, quòd hęc dęmonis inuocatio dupliciter exerceri poteſt: ſcilicet formaliter, & materialiter: ut exemplo uideri poteſt in detractione.

Detractio formalis.

Aliquis poteſt lædere famam alterius dupliciter: uel dicendo aliqua mala contra eum, cũ animo detrahendi: & hæc detradictio dicitur formalis, & propria propter intentionem detrahendi, cum uerbis de ſe detractorijs: uel dicendo aliqua mala, & uerba detractoria, per modum ratiocinij, per quæ ille uenit

Detractio materialis.

infamatus præter intētionem, & hæc uocatur detractio materialis, propter uerba de ſe detractoria, abſque tamen intentione detrahendi. Sic in propoſito, inuocatio dęmonum primum fieri poteſt cum animo, & intentione faciendi omnia, ad quæ inuocatio ordinatur, ſcilicet exhibere reuerentiam, oblationem, &

Inuocatio dæmonis formalis.

ſimilia; & tunc eſt inuocatio dæmonum formalis, prout ſpectat propriè ad cultum Dæmonum, & ad peccatum ſuperſtitionis, ſic enim à dicto dæmone, qui talia inſtituit, ordinata ſunt, ut Dei honorem ſibi vſurparet, & hominem ad ſui ſubiectionem attraheret.

Inuocatio dæmonis materialis.

Secundò inuocatio dæmonum fieri poteſt, non ea intentione, ut ſe ſubijciat ei, ſed ſolum, ut ſciat aliquid, uel, ut auxilium habeat ab eo, eo mō, quo auxilium requiri poſſet ab homine abſque aliqua reuerentia, & ſubiectione; & tũc dicetur inuocatio materialiter; quia tractat ea, quæ per ſe ad cultum dæmonum ordinantur, non tamen cum tali intentione. Et prima ſpectat ad ſpeciem

Inuocatio dæmonis Papæ reſeruata.

idolatriæ, ſapitque hæreſim manifeſtè; & ideo eſt Papę reſeruata, indiget enim non parua pœnitentia. Secunda autem non ſapit hęreſim, quia non intendit

Inuocatio dæmonis Epiſcopis reſeruata.

dæmonem honorare, cultum ei exhibendo, ſed tantum, ut ſciat, uel operetur aliquid per eum: nec propterea dicendum, quòd non ſit graue peccatum, quod Epiſcopis reſeruari ſolet, quia ſocietatem cum hoſte Dei, & noſtro, init, contra fidelitatem quam Deo debemus. Vnde Aug. loco citato dicit, hanc amicitiam infidelem eſſe.

50

Inuocatio dæmonum tacita quid ſit.

Inuocatio dęmonum tacita eſt, dum prætenditur fieri aliquid, per cauſas, quę nec ex uirtute ſua naturali, nec ex Eccleſiæ diſpoſitione poſſunt illud efficere, uel qñ hæ cauſæ adiunguntur alijs, quę poſſunt hmōi effectus ſine illis producere, ſed adiunguntur, ac ſi eſſent neceſſariæ, uel quando obſeruantur aliqua, attribuēdo ea ex certis cauſis, quę nō ſunt eorũ cauſæ, ſed caſu eueniunt,

& ſi

Digitized by Google

& ſi quandoque uidentur efficere aliquid; hoc potius fit, occulta dæmonis uirtute, ibi ſe ingerentis, præter hominis intentionem, ait D. Th. 2.2.q.95. artic.3. Hæc autem multipliciter fiunt, uel ad prænoſcendum aliquod futurum, per diſpoſitiones rerum, quæ talem cauſalitatem non habent, & hic modus pertinet ad Auguria, de quibus dantur aliqua exempla: Puta, Aliqui obſeruant cantus auium, ad annunciandum aliquos malos euentus, de quibus Virgilius inter Gẽtiles, ſic ait:

Sæpè ſiniſtra caua prædixit ab ilice Cornix.

Cuius ſuperſtitionis Gentilium, aliquæ reliquiæ apud mulieres remanſerũt: quæ dum ſentiunt Bubonem canere, mortem alicuius, aut alium malum euentum annunciare credunt. Alij ex motu oculorum aliquid ſignificare volũt. Alij manus lineamenta obſeruant, ad prænoſcendas infirmitates, uel alia futura. Alij vtuntur caſis naturalibus, ad cognoſcenda ſupernaturalia, ideſt quę ſciri non poſſunt, niſi ſupranaturaliter, puta vaticinantur cogitationes, & effectus voluntarios hominum futuros, qui à ſola uoluntate dependent. Vel hęc fiunt ad cognoſcendum, & inquirendum aliqua occulta, uerbi gratia: Aliqui obſeruant panem ſcriptum quibuſdam literis, dare ad edendum iis, quos ſuſpectos habent de aliquo furto, ut per eſum illius panis, reueletur auctor furti. Aliqui obſeruant quædam uerba ſacræ ſcripturæ, ad exercendos vanos effectus, puta dicet uerſum Pſ cũ annulo ex filo pendenti intra calicem, ſeu aliud uas, ad ſciẽdum, quot horæ ſunt diei, uel ad uoluendũ cribrũ, ut ꝑ illud diuinetur, quis fecerit talẽ rẽ, vel, ut in tortura non confiteatur veritatem Iudici, & alia ſimilia, quæ oĩa fiunt, nõ uirtute illorũ uerborum, cũ non ſint ordinata à Spirituſancto aut ab Eccleſia ad tales effectus, ſed uirtute diaboli, ſe illic ingerentis, ut honorem ſacrarum rerum, & ſacrę ſcripturæ ſibi arroget. Signum manifeſtum huius noſtri ueri aſſerti erit, ſi talia uerba cum proteſtatione, ideſt ſecundum intentionem Eccleſiæ dicetis, nunquam tales effectus producere uidebitis, quos, ſine tali proteſtatione producunt. Vel hęc fiunt ad producendos aliquos effectus particulares, puta, ſanitatem, aut immutationem corporum, aut ſimile, per aliquas obſeruationes, puta, uti aliquibus uerbis ſacris contra quaſdam infirmitates, cum hac conditione, ſ. vt ſint ſcripta in tali tempore, uel ſimili. Vel miſcere verba cum aliquibus nominibus ignotis, uel falſa ſignificantibus, uel cum aliquibus characteribus, & ſimilia facere; ac ſi virtus operandi ſtet in modo ſcribendi, aut ligandi, aut miſcendi talia verba ſacra cum aliis, & non in ſe: quæ omnia ſunt ſuperſtitioſa, & ad reuerentiam Dei non pertinentia.

Panis ſcriptꝰ cõdẽmnatur. Vſus annuli ad ſciendas horas diei. Abuſus verborũ ſacrorũ.

Alij obſeruant aliam ſuperſtitionem, ſcilicet, colligunt herbas pro aliquibus infirmitatibus, quadam die, uel nocte determinata, puta in feſto S. Ioannis Baptiſtæ, uel ſimili.

Vel applicant eas pro remediis infirmorum, cum quibuſdam uerbis inanibus aut incantationibus, quæ licet naturaliter ſint medicinales, non tamen illis uti debemus cũ talibus & ſimilibus ſuperſtitionibus, ac ſi eorũ proprietas, & virtus ligata eſſet dictis circunſtantiis, ſed potius uti deberemus cũ Symbolo Apoſtolico, & oratione Dominica, ut tantũ earũ creator, & Deus omnium adoretur, & honoretur, ait D. Th. quo ſuprà, q. 97. ar. 4. Alij obſeruant quaſdam alias ſuperſtitiones ad fugiẽda infortunia, quę accidere poſſent, puta, ſi iunctim ambulantibus amicis, canis medius interueniret, ſi domum exeundo, offenderetur in lapide, ſi primò mane talis per domum ſuam tranſiret, & ſimilia, dicunt ſignificare malũ euentũ, unde deſiſtunt ab incępto itinere; quæ omnia ſunt condemnata, tamquam reliquię Gentilium, & vt ad Dæmones pertinentia, ait Aug. lib. 2. de doctrina Chriſtiana. Et quamuis aliqui fateãtur ſe multa horũ, & ſimiliũ expertos fuiſſe, hoc in principio accidit quodã caſu; ſed poſtea cũ ho-

Collectio herbarum ſuperſtitioſa. Superſtitiones uaria.

mines his, & ſimilibus obſeruantiis animum implicare inceperint, multa ſecundum huiuſmodi obſeruationes eueniunt, virtutes dęmonum, ad hæc tacitè inuocatorũ, qm̃ in his fidem habent. Vnde Auguſt. ait loco citato: Ne miremini, ſi in omnibus, quę ſuprà narrauimus, & miracula quædam videntur, ſcilicet hominibus ſic affectatè credentibus, & talia obſeruantibus, & poſtea mala, quę credunt, & timent, eueniunt, & effectus, quos deſiderant præſcire, aut manifeſtari, ſecundum eorum vota ſortiuntur; nam ſicut uera fides Chriſtiana, multa operatur, ita & falſa, & mala credulitas: diabolus enim ſæpè, ut eos decipiat, & ad maiora mala, per tales curioſitates, & obſeruationes, credendo inducat, operatur, quod ipſi ſua imaginatione, Deo permittente, ad eorum maiorem confuſionem, cadant in laqueum, quem ſibi parauerunt, hæc ille.

51 *Dubium. Scripta in collo, uel annulo ferrea portare an ſit peccatum.*

Hic quæritur, an ferre aliqua diuina uerba ſuper perſonam, puta ſuſpenſa in collo, vel ſcripta in annulo, uel ſimile quid, ſit peccatum ſuperſtitionis? Rñdet D. Th. quo ſuprà art. 4. q non, ſi in hoc caſu quinque obſeruentur. Primò, ut in illa ſcriptura contineatur aliquid pertinens ad inuocationem dęmonum. Secũdò, ut non ſint uerba nullũ ſignificantia, neq; nomina ignota, aut cũ talib. mixta, ne ſub illis aliquid illicitum contineatur. Tertiò, ne contineant aliquid falſitatis. Quartò, ne cum verbis ſacris ſint ſcripti aliqui characteres, præter crucẽ tantum. Quintò, ut dum ſcribuntur, aut ligantur, non obſeruentur aliqua ad ſuperſtitionem ſpectantia, puta, ut oporteat eſſe ſcripta in tali materia, uerbi gratia plumbo, vel auro, uel ſimili, aut in tali hora, uel die, ſeu nocte, aut à tali, uel tali perſona, & ſimilia, ac ſi ſpes habeatur in modo ſcribendi, uel ligandi, quæ derogant virtuti Diuinæ, quę nulli alligata eſt, ſicut facere ſolent, qui crucem argenteam pueris appendunt, volunt, ut ſit conflata in nocte Natalis Domini, vel qui dicunt orationem Dominicalem ſuper infirmo, dicunt illam in auricula, uel cum manu ſuper caput, & ſimili modo, ac ſi aliter non poſſent operari virtutem Diuinam.

52 *Adiuratio ſine inuocatione dæmonum duplex.*

Secũda adiuratio, quæ fit ſine inuocatione, pacto, uel reuerentia, ſed colloquiis tantum, dum dęmon ſponte occurrit, auditur, & non uidetur, dum loquitur, vel apparet in corpore aſſumpto, uel arreptitio, uel denique in admiſſione ſeruitiorum, & huiuſmodi, ut accidit his, qui ſpiritus familiares tenent, dupliciter fieri poteſt, uel exercendo cum eis actus communes, ſermones, colloquia, & ſimilia, tamquam hoſtibus, uel tamquam amicis. Si homo adiurando à dæmone inquirit aliquid faciendum, aut loquendum, tamquam ab hoſte maligno, & hoſtiliter ſemper cum eo procedendo, quod ſit, expellendo, & cõpellendo, nullum peccatum erit, ſic enim cum eis ſe habuerunt Sancti Patres, de quibus legitur, eos habuiſſe commercia cum diabolo. Et ſi ab eis quandoque quæritur aliquid ſciendum, non licet, niſi ad bonum finem, & vtilitatem aliquorum, & non curioſitate quadam, propter periculum, ut dictum eſt. Si autem homo amicabiliter conuerſabitur cum eo, quantumcunque habeat animum non conſentiendi eius malitiæ, ſemper eſt peccatum, nam habere actum ſocialem cum dæmone, eſt mortale ex ſuo genere, eſt enim publicus hoſtis Dei, & noſter, & ideo cum eo amicabiliter conuerſari nõ poſſumus, ſine Dei rebellione. Et quamuis cum homine Regis inimico, & noſtro quandoque conuerſari non poſſumus, & ſocietatem inire ſine rebellione, quod accidit, uel tempore induciarum, uel tempore etiam belli, in his, quæ non pertinent ad hoſtilitatem, tamen cum tali Beſtia, propter peruerſam uoluntatem, in malum confirmatam, quam habet cõtra Deum, & nos, non poſſunt induciæ conſtitui, uel dari aliquis actus medius, qui non ſit hoſtilis, uel amicabilis, & ideo omnis eius conuerſatio, aut erit hoſtilis, aut amicitiæ, & qui amicitiam facit cum hoſte confirmato, rebellionem committit, & conſequenter, peccat mortaliter. Poſſet eſſe ueniale propter imperfectionem

Digitized by Google

perfectionem actus, dum quis ex leuitate animi, uel curioſitate quadam, non credens hoc facto ſe diuinam amicitiam offendere, & rebellionem committere, quod accideret, dum dæmoni ſibi occurrenti, uel in aliquo loco moranti, uel in corpore aſſumpto apparenti, uel in corpore obſeſſo, per modum tranſeuntis, loqueretur, uel inquireret aliqua curioſa, uel ut faceret aliqua, quæ non ſunt de ſe mala, uel ſimile, quid agendo, quia huiuſmodi actibus non ſeruatur perfecta ratio ſocietatis, ideo non eſſet mortale.

53 Dubium. An liceat adiurare creaturas irrationales.

Quæritur ulterius, an liceat adiurare creaturas irrationales? Reſpondetur p D. Th. 2. 2. q. 90. art. 3. Si adiuratio feratur ad irrationalem creaturam ſolam in ſe conſideratam, erit uanitas manifeſta: nam cum operentur inſtinctu naturali, non capiunt, ſi obſecrentur, aut ſi aliquid eis pręcipiatur: Vnde hoc modo nomen Dei in uanum aſſumatur, ex quadam leuitate, erit peccatum ueniale. Si autem adiuratio feratur ad creaturas irrationales, prout ab alio mouentur, tunc dupliciter adiuratio fieri poteſt, ſicut à duobus moueri valent, quibus earum operatio tunc principaliter attribuitur. Primo operatio irrationalis creaturæ attribuitur Deo eius creatori, à quo omnia diſponuntur, & mouentur, & tunc adiurare creaturas irrationales, referendo Deo illam adiurationem, cuius imperio illa mouentur, licitum erit, deprecatiue tamen, ut de adiuratione deprecatiua dictum eſt. Sic Sancti quandoque fecerunt, Deum deprecando, ut per illas, aliquid noui faceret, & oſtenderet, quod pertinet ad miracula. Secundo irrationalis creatura moueri poteſt à diabolo, Deo permittente, ad malum alicui inferendum, aut obſequium præſtandum, & hoc modo, ſi aliqua creatura adiuratur, cum relatione ad Diabolum, dupliciter fieri pôt, aut compellendo Diabolum, ut per eam nulli noceat; expellendo eum, ut ab ea diſcedat, & poteſtatem in eam amplius non habeat: tunc licitum erit, ut de adiuratione Dæmonum compulſiua, & expulſiua dictum eſt. Sic utitur eccleſia, exorcizando creaturas irrationales. Aut adiuratio dictarum creaturarum erit, deprecando Dæmonem, vt per illas aliquod obſequium, vel auxilium homini pręſtetur, & tunc erit illicita, ſicut de adiuratione deprecatiua Dæmonum dictum eſt. Et ſi creatura irrationalis adiuretur ſecundum ſe ſolam, ei aliquod diuinum attribuendo: ac ſi per ſeipſam auxilium pręſtare poſſet, erit ſpecies idolatriæ; ſic facere ſolent aliquæ maledictæ mulieres, dum adiurant ſtellas, earum auxilium implorando, nulla relatione facta nec ad Deum, nec ad Dæmonem; ac ſi in illis ſtellis aliquod numen eſſet, vt poſſent aliquod beneficium mortalibus præſtare, more Gentilium: quod peccatum grauiſſimum eſt, niſi ignorantia, uel ſimplicitas mulierum in parte eaſdem excuſaret.

Digitized by Google

SVMMARIVM MATERIERVM,

Quæ continentur in hoc capitulo de Simonia.

1 *DEclaratur quantum malum ſit cupiditas, & quòd maior pars eorum qui damnantur, propter auaritiam damnentur.*
2 *Simoniam eſſe pernitioſum vitium, hic declaratur.*
3 *Duplex conſideratio fit de Simonia.*
4 *Simonia cur potius à Simone dicatur, quam ab alijs, qui ſpiritualia vendiderunt.*
5 *Ponitur hic, quot modus ſumatur ſpirituale.*
6 *Spirituale ſupranaturale eſt duplex.*
7 *Simonia quotuplex ſit hic definitur.*
8 *Quando committatur Simonia mentalis tantum.*
9 *Simonia Conuentionalis quando dicatur.*
10 *Simonia realis quando committatur.*
11 *Triplex munus pro Simonia dari poteſt.*
12 *Simonia poteſt committi quadrupliciter.*
13 *Definitur quid ſit Simonia propria, iure diuino prohibita, & eius partes declarantur.*
14 *Dans ſpirituale cum intentione ſolum habendi aliquid, ſi poſtea recipit, non tenetur illud reſtituere.*
15 *Turpe munus facit eſſe collationem Simoniacam, ſed non conſanguinitas.*
16 *Simonia quando committatur pro miniſtrandis Sacramentis, & quid pro illis ſine peccato exigi poſſit.*
17 *Simonia quando committatur pro miniſtrandis actibus ſpiritualibus.*
18 *Examinatur an liceat à principio paciſci de mercede pro miniſtrandis ſpiritualibus, & pro quibus.*
19 *Pro celebranda Miſſa, quid exigi poßit.*
20 *Pro Sacramento Matrimonij quid exigi debeat.*
21 *Pro ſepultura quid exigi permittatur.*
22 *Pro actibus ſpiritualibus, quid exigi poſſit.*
23 *Pro miniſtrandis aliquibus actibus ſpiritualibus, quando poſsit à principio paciſci de eleemoſyna.*

Pro

Digitized by Google

24 *Pro Concione quid ſine peccato exigi poßit.*
25 *Pro Chriſmate, & oleo ſanƈto dando, & conficiendo, quando liceret quid accipere.*
26 *Vaſa ſacra, & paramenta eccleſiæ, quando vendi poſſint.*
27 *Pro recipiendo aliquem in Monaſterio, quando committatur Simonia.*
28 *Pro conferendis ordinibus nihil exigi poteſt ſine uitio Simonię.*
29 *Simonia in ordine quantum ſit condemnata.*
30 *Pro conferendis beneficijs, & dignitatibus quando committatur Simonia.*
31 *Ponuntur multi caſus, quibus explicatur Simonia Conuentionalis, & quomodo efficiatur poſtea Realis.*
32 *Pro redemptione vexationis quando poßit dari aliquid ſine vitio Simonię: vbi declaratur, quę ſit vera vexatio.*
33 *Ponitur aliud genus Simoniæ, quæ ideo Simonia dicitur, quia probibita eſt: quę definitur, & per omnes ſuas partes declaratur.*
34 *Examinatur, quando penſiones redimi poſſint.*
35 *Ponuntur pœnæ Simoniacorum diuerſæ, ſecundum diuerſa genera Simoniarum.*

De

Digitized by Google

Tractatus

De Simonia breuis narratio.

1 *Cupiditas radix omniũ malorum.* NOn ſine magna conſideratione, ait Apoſtolus in Epiſt. 1. ad Timũ. Radix omnium malorum eſt cupiditas, mentis oculis cum aſpiceret, quaſi totum genus humanum, tã affectatè ſequi pecunias, & diuitias, iuxta illud Eccleſ 10. (pecuniæ obediunt omnia) ut vix contineri poſſit, quodlibet genus peccati committere, & Deum offendere, nihil de cæleſti theſauro curando, ut in terra theſaurizet. Vnde eius affectio ita creuit in mundo, ut homines, manus etiam in cælum ponere non ſint veriti, ideſt in res ſpirituales, eas mercando, cum tanta Dei irreuerentia, quæ mercatio Simonia uocatur. Merito itaque alibi dicere ſoleo: quòd maior pars Chriſtianorum, qui damnantur, propter peccatum auaritiæ damnantur. *Maior pars hominum ob auaritiam damnatur.* Cum igitur in hoc opere multa de reſtitutione dixerimus, conueniens quidem erat, ut & de Simonia diceremus: quæ non modo propter reſtitutionem pernitioſa eſt: verum etiam pernitioſiſſima, propter delicti grauitatẽ, & pœnæ annexæ punitionem: tum, quia venditur, quod inuendibile eſt; tum etiam, quia venditur ab eo, qui talium dominus non eſt, ſed diſpenſator; ut 1. ad Cor. 5. ait Paulus.

2 *Simonia uitiũ pernitioſum.* Quod vitium quantum ſit apud Deum deteſtabile, veteri, & nouo teſtamento comprobatur: nam Gieſi, qui gratiam ſanitatis Naaman vendere voluit, lepra ab Heliſeo percuſſus eſt, 4. Reg. 5. Balaam quoque qui, ut populo malediceret, pecuniam accepit, ut legitur Num. 22. ab Apoſtolo Petro damnatur in Epiſtola canonica, c. 2. Iudas, qui dominum omnium redemptorem vendidit, laqueo ſe ſuſpendit, & crepuit medius, Matt. c. 27. Simon magus, qui gratiam Spirituſſancti emere uoluit, audiuit à Petro ſuam ſententiam, ſcilicet, tua pecunia tecum ſit in perditionem: præterquam quòd etiam pœnis Canonicis ab eccleſia inflictis uetitum eſt. Quæ omnia non aduertentes miſeri clerici, & prælati eccleſiaſtici, quadam inexcuſabili ignorantia ducti, auaritia, & ambitione excæcati, in talem pernitioſam foueam cadunt. Igitur vt tanto ſceleri ſuccurratur, & noſtra promiſſio ſuper hoc adimpleatur, aliquid de Simonia dicemus, & ſi non quantum ipſa materia requirit, ſaltẽ quantum ad Confeſſarios, & pœnitentes vtile erit, & neceſſarium: multos enim hoc uiſco inuiſcatos eſſe uideo, qui nec errorem cognoſcunt, nec ſe retrahere ſciunt.

3 *De Simonia duplex conſideratio.* De hac materia duplex erit cõſideratio Prima de Simonia in genere: ubi definitionem dabimus, & ſuas partes examinabimus. Secunda erit in particulari, in qua caſus practicabiles referemus Sed antequam ad definitionem veniamus, ſunt aliqua prælibanda.

4 *1. Prælibandum. Cur Simonia à Simone dicatur.* Primum prælibandum eſt, cur Simonia à Simone potius dicatur, quam Gieſia à Gieſi, vel Balamiſta à Balaam, qui etiam ſpiritualia vendiderunt, ut ſuprà dictum eſt.

Dicunt aliqui, ad euitandum malum ſonum, ſed melius, & ad rem magis pertinens dicitur, quòd Gieſi, & Balaam pertinent ad hiſtoriam ueteris teſtamenti, cuius ſacramenta, cum gratiam non conferrent, ut noſtra, non erant tanto gradu ſpiritualia. Item Gieſi, uendidit tantum gratiam ſanitatis gratis datam, & Balaam maledictionem in hoſtes, quam Moabitę petebant: ſed Simon emere, & uendere uolebat Spirituſſancti gratiam, per quem omnia diuina bona tribuuntur. Sic enim habet hiſtoria Actuum cap. 8. cum uidiſſet Simon, quia per impoſitionem manus Apoſtolorum, daretur Spirituſſanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: date & mihi hanc poteſtatem, ut cuicũque impoſuero manus, accipiat

cipiat Spiritum ſanctum;cogitauerat namque illum uendere, cuicunq; manus imponere uellet,& lucrari ex pecunia data. Iudas quoque etſi uendiderit auctorem ſpiritualis gratiæ,tamen quia non tanquam donum Dei, & ementibus vtile vendidit,ſed ut morte perimendum, non decet hoc nomen ab illo trahi. 5

2. Prælibandum.

Spirituale multipliciter ſumitur.

Secundum eſt,quòd ſpirituale multipliciter ſumitur;pro quo notandum eſt, quòd ſpiritus propriè halitus animalium dicitur, quo ſpirando, & reſpirando uiuunt,inde deriuatum eſt ad ſignificandum uenti flatum:ſed quia ſpiritus,halitus,& ventus,inuiſibilia,& quaſi incorporea ſunt,hinc translatum eſt uocabulum ad ſignificandum quęcunq; inuiſibilia ſunt,& incorporea.

Spirituale unde dictum ſit.

Subſtantia incorporeæ.

Hinc primo hoc nomine (ſpirituale) vocantur ſubſtantiæ incorporeæ, ut Deus Opt.Maximus,Angeli,animæ humanę,& ſimilia.

Accidentia inuiſibilia.

Secundò,accidentia inuiſibilia,quorũ quędam ſunt naturalia,ut intellectus humanus,ſcientię humanę,& virtutes morales,quæ ſpiritualiter,& inuiſibiliter animæ inhęrent;quędam alia ſunt ſpiritualia,ſupernaturalia,ut gratiæ gratis datę,gratię gratum facientes, virtutes Theologicę,& dona Spiritus ſancti.

Sacramenta ſpiritualia cauſaliter.

Tertiò,uocantur ſpiritualia Sacramenta,quę dicuntur ſpiritualia cauſaliter, & inſtrumentaliter,eo quòd gratiam conferunt.

Actus miniſtrorum.

Quartò uocantur ſpiritualia quidam actus,per miniſterum hominum exhibiti,qui uel procedunt à ſpirituali gratia,ut ſunt illi, quibus Sacramẽta parantur,conficiuntur,& conſecrantur,ut eſt Miſſa,ac etiam ut ſunt Cõſecratio,& benedictio Altaris,uel Eccleſię,uaſorum,& ornamentorũ eiuſdem, & ſimilia; Aut ad eandem gratiam,aut aliam adipiſcendã diſponunt,ut prędicatio,correctio fraterna;conſilia ſpiritualia,Chryſma,& oleum ſanctũ,aqua baptiſmalis, uel luſtralis,exorciſmus,& catechiſmus,cantus in miſſis,ſiue ſolennitatũ,ſiue mortuorum proceſſiones,exequię,& pompę funerales , recitatio pſalmorum, & ſimilia, que omnia inſtituta ſunt ab Eccleſia, vnde ſpiritualitatem habent.

Diſpoſitiua ad gratiam.

Quintò , uocantur ſpiritualia quędam alia, quę ſpiritualibus annexa ſunt, quę uel ſunt annexa ſpiritualibus,eo quòd à ſpiritualibus dependent , ut ſunt dignitates,canonicatus,prębendę,& alia beneficia,quę non dantur,niſi perſonis ſpiritualibus Deo ſeruientibus:vel dicuntur annexa ſpiritualibus,inquantum ad ſpiritualia ordinantur,ut ſunt,Ius patronatus, quod ordinatur ad pręſentandum,& eligendum Clericos ad beneficia Eccleſiaſtica: vaſa ſacra,& ius ſepulturę. Differunt illa annexa ſecundo modo dicta , à primis , illa namque pręſupponunt ſpiritualia,à quibus dependent , illa uerò tempore antecedunt ſpiritualia,ad quę ordinantur.

Spiritualibus annexa

Tertium pręlibandum eſt , ꝙ ſpiritualium ſupranaturalium , quędam ſunt pura ſpiritualia.i.ab omni materia ſemota, ut ſunt gratia, & omnia dona Spiritus ſancti,alia ſunt mixta ex ſpirituali,& corporali, quorum quędam habent magis de ſpiritualitate,& minus de materialitate,ut ſunt Sacramenta, & actus conficiendi ea,conſecratio altaris ,& Eccleſię,benedictiones Sacramẽtalium, & uaſorum,quę ſpiritualibus deſeruiunt,& ſimilia, quæ conſtant ex actu ſpirituali,nempe benedictione,& conſecratione,ac etiam actu corporali, nempe labore. Quędam alia habent magis de materialitate, quam ſpiritualitate,ut ſunt ſacramentalia,uaſa,& ornamenta, & ſimilia , quę conficiuntur ex materia,& benedictione. 6

3. Prælibandum.

Spūale ſupranaturale duplex.

Quartum eſt,ꝙ Simonia eſt duplex,una prohibita,quia Simonia eſt,& hæc eſt prohibita de iure Diuino,ſuper qua non cadit diſpenſatio.Altera eſt Simonia,quia prohibita,& hæc eſt de iure poſitiuo, ſuper qua Papa diſpenſat,qui enim legem facit,illam deſtruere ualet. 7

4. Prælibandum.

Simonia duplex.

Quintum eſt , quòd vtraq; Simonia eſt triplex , ſcilicet Mentalis,Conuentionalis,& Realis. 8

5. Prælibandum.

Simonia

Simonia Mentalis. Simonia Mentalis eſt,dum quis habet voluntatem committendi Simoniam? quod tunc accidit,quando tradit,confert, aut operatur aliquod ſpirituale cum intentione abſoluta,vel ſaltē principali habendi aliquod munus,abſq; expreſſione ſuæ uoluntatis.Dico (principali)quia ſi intentio ſecundario fertur ad munus,non eſt Simonia. Dico etiam(principali)nō intelligendo ita ſimpliciter,i. quando ſine illo principaliter intentio nō ſtaret actio, hoc namq; non ſufficit, ſed dico,quando ita directè intendit dare ſpirituale pro aliquo munere , quod ſi ſciret non fore remuneraturum minimè daret , ac etiam quando recipiens ſpirituale, principaliter intendit dare munus tanquam pretium rei ſpiritualis, quod quomodo intelligi debeat,in materia,de vſura,in 2.parte,latius proſecuti ſumus. Et quamuis aliqui teneant hanc Simoniam mentalem non eſſe Simoniam,hoc intelligendum eſt,inquantum non punitur ab Eccleſia,ut Simonia realis,ut habetur c.Mandato, de Simonia; tamen in conſcientia eſt peccatum mortale Simoniæ.

8 *Simonia Conuentionalis.* Simonia Conuentionalis eſt , dum fit pactum , & conuentio dandi aliquid pro re ſpirituali;ſiue hoc fiat uerbo, ſiue ſcripto,ſed poſtea executioni minimè mandatur, & eſt duplex , vna , quando ex neutra parte promiſſa exequuntur , ſcilicet Prælatus beneficium promiſſum non confert,nec alter munus promiſſum pro beneficio ſoluit. Altera eſt , dum ex vna tantum parte promiſſio adimpletur, puta confertur beneficium ſpe habendi rem promiſſam: quæ poſtea non ſoluitur;vel econtra,fit prius ſolutio, ſpe habendi beneficium, ſed beneficium poſtea non ſoluitur. Verumtamen ſi pactum diſſoluitur antequam collatio fiat, dicenda eſt Simonia quaſi Mentalis , itaque peccatum quamuis graue ſit,non tamen iuris pœnas incurrit, qui tale attentauit;ſi autem collatio fiat , pacto exiſtente in ſuo robore , quamuis poſtea non adimpleatur à parte, ait D.Tho.22.q.109.ar.5. collatio non tenet , unde reſignare beneficium tenebitur;quia in hoc caſu uera emptio, & uenditio interuenit:ſicut enim qui credito uendit,uerè uendit,quamuis poſtea pretium non ſoluatur:ita par ratio eſt dare ſpirituale pro pretio exhibito,uel exhibendo;collatio namque non dependet à futura ſolutione , quæ contingens eſt,an fiat, ſed à ſuppoſito pacto;unde talis Simonia quaſi Realis dicenda eſt, imperfecta tamen. Sed omnia iſta ſunt uera,quoad grauitatem peccati: quo uerò ad pœnas Canonicas incurrendas,oppoſitum eſt tenendum; prout hodie ſtylus Romanæ Curiæ obſeruat, & quamuis Rotæ Prætorium tales Simoniacos,rigore iuris, beneficio priuare ſolet.& ordines taliter ſuſceptos ſuſpendere , tamen ſi talis Simonia non efficitur Realis,per utriuſq; partis adimpletionem, ut dicemus,non declarat eos eſſe ipſo iure priuatos,& excōmunicatos;nam Extrauagans ſecūda de Simonia, quæ has pęnas impoſuit,non eas impoſuit contra omnes Simoniacos,ſed contra Simoniacos in ordine,& beneficio , effectu ex utraque parte ſubſecuto, in quibus Realis Simonia efficitur;Itaque talis Extrauagās, per ſtylum Curię ſic interpretata probat,quòd nullitas collationis,ordinis,& beneficij,& excōmunicatio per illam inducta,ſint in pendenti,& non ligent, donec ab utraque Simonia adimpleatur,quamuis una pars lōgè ante alteram impleuerit. Et quamuis dici poſſet per ius antiquum,quòd collatio tituli, & excommunicatio purè lata,nō poſſint eſſe in pendenti;quia aut ligant à principio , aut nunquam; tamen per ius nouum,adiuncto ſtylo Curię, correctum eſt.

Hic Nauar.c.23. nu.103. dubitat, an Clericus poſt ſuſceptum ordinem,uel beneficium celebrans,antequam promiſſum ſoluat,ſit irregularis? Reſpondet, quòd non: cum enim adhuc excommunicatus non cenſeatur , conſequens eſt, quòd nec irregularis efficitur, & maximè in conſcientia,quidquid de præſumptione,dici poſſit.

Simonia

Digitized by Google

Simonia Realis eſt, dum cõuenitur expreſsè, vel tacitè, uel per viam indire- 10 *Simonia Realis.*
ctam, & obliquam, dari aliquid ex vtraque parte pro ſpirituali re, quæ promiſſa poſtea ab ambabus partibus adimpletur, etiam quo ad partem promiſſorum. Dico (quo ad partem promiſſorum) nam ſi Epiſcopus promiſit dare Titio plures ordines pro pecunia ſuſcepta, dando unum tantum, iam commiſit Simoniã realem; & econtra: ſi Titius promiſit Epiſcopo dare cẽtum, pro beneficio ſibi collato, dando quinquaginta, tantum eſt, ac ſi totum dediſſet. Dixi (tacitè) nam etſi ſuam intentionem verbis non expreſſerint; tamen ſi aliquibus ſignis animum adinuicem manifeſtauerint, & poſtea ambo adimpleuerunt; ſufficit ad faciendam Simoniam Realem. Dixi etiam (per uiam indirectam, & obliquam) per quas Dęmon dirigit homines, ne aduertant, ſe per iſtã cõuentionem ad perditionẽ tẽdere. Exempli gratia. Marcellus facit *ſcommeſſam*, vt aiunt, cum Epiſcopo, ut ſi primò beneficio uacaturo, Epiſcopus illud cõfert filio ſuo, ſoluet ei centũ; ſin autẽ, dictus Epiſcopus ſoluat Marcello ducentũ: Epiſcopus autem ne ſoluat, ſed lucretur, confert beneficiũ illi. Aliud exemplum, Epiſcopus qui exigere debebat à quodam Abbate mortuo centũ: nec poterat: deſiderabat vt ſucceſſor in beneficio pro eo ſolueret, hoc ſciens Marcellus, obtulit, ſe illa cẽtum pro mortuo ſoluere, nulla de beneficio mentione facta, ſi ambo affectum compleuerunt, Simoniam Realem commiſerunt, ex tacita conuentione.

11 Sextum prælibandum eſt, quòd munus, quod pro re ſpirituali datur, triplex eſſe poteſt, ſcilicet, à manu, à lingua, & ab obſequio, ut de uſura dicebamus, in ſecũda parte, quidquid enim exhibitum pro re mutuata, in rebus tẽporalibus, uſuram conſtituit, ſi exhibeatur pro re ſpirituali collata, vel conferenda, Simoniam conſtitueret. *6. Prælibandum.* *Manus ſimonia triplex dici poteſt.*

Munus à manu dicitur omne illud, ſiue ſit mobile, ſiue ſtabile, quod pecunia ęſtimari poteſt. *Munus à manu.*

Munus à lingua dicitur omnis locutio, quæ mercedem meretur, vt procuratio, aduocatio, ſolicitatio, fauoris captatio, & ſimilia. *Munus à lingua.*

Munus ab obſequio dicitur omne ſeruitium ſiue perſonale, ſiue reale, quod ſalarium meretur, Omnia iſta ſi directè, uel principaliter, vt dictum eſt, pro ſpirituali exhibeantur, Simoniam cõſtituent, ex ea parte, qua pretio æſtimari poſſunt. Et ideo dixi (directè) nam ſi hęc, & ſimilia obſequia, ſeruitia, & munera ad captandam amicitiam, beneuolentiam, & ſeruitutem principaliter præſtarentur, ſi poſtea eorum intuitu daretur aliqua præbẽda, ſeu beneficium, ut mos eſt, non per hoc eſſet Simonia. *Munus ab obſequio.*

12 Septimum eſt, quod Simonia quadrupliciter cõmitti poteſt. Primò, ex parte conferentis tantum ſpirituale, dum ſcilcet aliquid exigit à propinquo, ſeu amico recipientis ſpirituale, eo ignorante. Secundò, ex parte recipientis tantum, dum recipiens dat propinquo, ſeu familiari Epiſcopi, procuranti dari ſibi illud ſpirituale Epiſcopo hoc ignorante. Tertiò ex parte utriuſque, quando dans ſpirituale conuenit cum recipiente, vt pro beneficio aliquid ſibi detur. Quartò ex parte neutrorum, quod accidit, dum propinquus recipientis beneficium dat conſiliario, ſeu familiari Epiſcopi, ut tale beneficium illi conferat, ipſis neſcientibus. *7. Prælibandum.* *Simonia quadrupliciter committi põt.*

His prælibatis. Simonia ſic definitur ſecundum omnes. Simonia eſt ſtudioſa uoluntas emendi, vel vendendi aliquod ſpirituale, uel ſpirituali annexum.

13 Dictũ eſt (voluntas) duplici ratione: primò ut oſtenderetur hoc vitium eſſe in uoluntate, ut in ſubiecto; nam cũ Simonia ſit uitium Iuſtitiæ contrariũ, quę conſiſtit in actu uoluntatis, conſequens eſt, ut & uitium oppoſitum in voluntate ſit. Secundò, vt oſtenderetur, quòd hoc uitium etiam ſola uoluntate *Simonia definitur.*

perfici

perfici poteſt, ſignificando ꝙ Simonia Mentalis, quæ conſiſtit in ſola uoluntate habendi aliquid pro ſpirituali, eſt peccatũ mortale, ſicut cetera peccata cordis, prout etiam Vſura Mentalis: quæ ex æquo currunt in hoc.

Additum eſt (ſtudioſa) ad ſignificandum, ꝙ à uolente committere Simoniam hoc fiat ſcienter, ideſt conſultò, nam ignorantia facti excuſaret à peccato, fiat etiam deliberatè: nam indeliberatio tollit culpam mortalem.

14 *Dubium.* Sed hic quæritur, an dans aliquod ſpirituale cũ hac ſola intentione, habẽdi aliquid, & ſine pacto: ſi poſtea recipit illud, teneatur ad reſtitutionem? Dicitur, quòd non, ut habetur cap. mandato, de Simonia. Verum aliqui reſtringunt hũc textum ad Simoniam de iure poſitiuo, ſed communiter Doctores extendũt illũ ad Simoniam, quæ prohibita eſt de iure Diuino, conſtat enim textum illum loqui de illis, qui temporalia acceperunt pro ingreſſu Religionis, quod iure diuino prohibitum eſt.

Reſolutio cuiuſdam dubij. Hinc colligitur, non eſſe veram Simoniam in conſcientia; neque teneri ad reſignandum beneficium ſibi collatum, qui promiſit aliquid Epiſcopo pro beneficio ſibi conferendo, cum animo non adimplendi promiſſum, ſed eum decipiendi, ut ſibi indigenti, hac uia prouideret, & epiſcopi cupidati obuiaret. ait Caietanus in Quodlibe. quæſtio. 10. & Sotus, lib. 9. de iuſtitia & iure, quæſtio. 8. artic. 1.

Quamuis ſi Eccleſiæ conſtaret de tali conuẽtione, ipſum beneficio ſpoliaret, iuris pręſumptione, cum de occultis non iudicet. Sed Nauar. cap. 23. num. 106. dicit eſſe ueram Simoniã Conuentionalem: quamuis non teneatur beneficium renuntiare, non ea ratione, qua ipſi dicunt, ſed quia nõ eſt effecta Realis, ut ſuprà declaratum eſt. Sed quidquid ſit de Simonia, in hoc concordãt omnes, quod peccat quidem mortaliter, beneficium tamen reſignare non tenetur.

Dictum eſt (emendi, & uendendi,) nam eandem pœnam incurrunt tam ementes, quam uendentes, & per emptionem, & uenditionem intelligo omnẽ contractum non gratuitum; hoc eſt, quidquid collator accipit tam pro ſe, quã pro alio quod poſſit pecunia æſtimari pro collatione rei ſpiritualis, uenditio dici poteſt, ut ſunt non ſolũ nummi, uaſa argentea, mula, uel equus, veſtes, comeſtibilia, ſi ſunt alicuius momenti, ceſſio alicuius actionis, & ſimilia, ſed etiã omnia ſeruitia perſonalia, & realia, tam ex lingua, quam quouis alio modo facta, ut ſuprà declaratum eſt; quæ dantur, non per modum liberalitatis, doni, reuerentiæ, honeſtatis, vel ad captandam beneuolentiam; & huiuſmodi; ſed per modum debiti, & ſatisfactionis, pro re ſibi collata, uel conferenda; omnia namque illa habent rationem precii: ſiue talis corrupta intentio fuerit ex parte dantis, aut recipientis tantum, ſiue utriuſque. Dixi (temporale) nam aliquod ſpirituale munus accipere licet, ut faciunt epiſcopi in ordinationibus, quærentes ab ordinatis tot miſſas, uel ſeptem pſalmos, vel officia mortuorum, pro anima ſua, aut tot orationes ad gratiam impetrandam. Et notanter dico (pro anima ſua, & ad gratiam impetrandam) ut fugiamus quandam Simoniam per viam indirectam. Exemplum.

Quidam Epiſcopus exigebat ab hæredibus mortuorum ſuæ Diœceſis, eleemoſynas pro Miſſis, ab illis in teſtamento relictis: offerens ſe earum celebrationem fieri procuraturũ. Deinde cũ ordinationes faciebat, iniungebat ordinatis, ut quiſque tot miſſas dicat ſecundũ ſuã intentionem, quã dirigebat ꝓ ſatisfactione mortuorũ quarum nũmos exegerat; itaq; hac uia indirecta, & diabolica, mercedem ab ordinatis, ꝓ ordinibus quos cõferebat, capiebat; tali namque modo nõ quęrebat ſpiritualia ꝓ ordinibus, ſed pretiũ ex miſſis, quas eis imponebat, & quærebat. Dixi (tam pro ſe, quam pro alio) Epiſcopus námque, etſi pro ſe nihil acciperet, ſi tamen ea conditione aliquod ſpirituale Titio confert,

ut actio-

Digitized by Google

vt actionem quam is habet ſuper bonis nepotis ſui, cedat, vel aliquid aliud illi donet, uel ſaltem aliqua obſequia, vel ſeruitia, & ſimilia, illi ſe pręſtare promittat, Simoniam committeret.

Nec refert, an munus datum ſit turpe, uel honeſtum: exempli gratia, ſi quæ puella conſentiret Epiſcopi libidini, hoc pacto ut eius fratri beneficium conferret, ſimonia eſſet, & recipiens beneficium, illud reſignare tenetur, dum hoc ſciuerit. Dico (hoc pacto) nam ſi puella ei conſentiret ad contrahendam amicitiam, licet turpiter, deinde ad eius preces, ex amore contracto Epiſcopus fratri eius beneficium conferret, non eſſet ſimonia; nam illa turpitudo tunc eſſet cauſa compulſiua, & non pretium beneficij, ut in primo caſu. 15

Munus turpe ſimoniam conſtituit.

Sed hic dubitatur, an conſanguinitas reddat collationem ſimoniacam? puta Epiſcopus conferet ſuo nepoti indigno tale beneficiũ, motus tantũ carnis paſſione? Aliqui, vt Altiſiodorenſis, uoluerunt, quod ſic: Veruntamen non eſt niſi culpata collatio, ait D. Thom. Niſi collatio fieret tertiæ perſonę, hac conditione, ut illa poſtea ſuo nepoti beneficium renuntiaret, vel aliquod munus illi daret.

Conſanguinitas non inducit ſimoniam.

Dictum eſt (aliquod ſpirituale) pro quo nota cum ſpirituale multipliciter dicatur, vt ſuprà: hic non accipitur pro ſpirituali naturali, ſcilicet ſcientia, doctrina, & virtutibus moralibus: ſi enim hæc eſſentialiter accipere, & intelligere velis, ideſt pro habitibus ſciẽtificis, inuendibiles ſunt, aliàs ſoli diuities docti eſſent, qui eas emere poſſent, contra ſententiam Prouer. capit. 17. Quid prodeſt ſtulto habere diuitias, cum ſapientiam habere non poſſet; Si autem accipiantur cauſaliter, ideſt pro actu docendi, & doctrinandi, tunc ſine uitio ſimoniæ vendi poſſunt.

Doctrina, & ſcientia, uẽdi poteſt.

Nec valet ſententia dicentium; ſi habent vnde viuant, & docendo ſcientias ſalarium petunt, quòd ſimoniam committant: in hoc enim caſu, non uenditur ſpirituale, ſed labor, & ſtudium, locaturque opera docenti: quæ gratis nemo donare tenetur, etiam ſi Theologiam doceret: nam etſi fides ſcripturæ ſacræ donum Dei gratis datum dicatur: cum tamen nobis non ſit infuſum, ſicut Apoſtolis, ſed in ſcholis ſudore àcquiſitum, licebit homini illam communicando, ſuas locare operas; niſi pro tali lectione aliqua præbenda ſibi aſſignata fuiſſet, vt officium gratis impenderet. Sed quid dicendum ſi pecuniam acciperet pro conſilio dando, ſiue ſtudij labore? Gloſ. ſuper cap. Non licet, 11. quæſtio. 3. ait, non licere. Sed melius dicamus, ſi eſt cõſilium ad uocationis, nihil ſpiritualitatis vitiatur, accipiendo aliquid, & ſi non laborat conſilium dando, laborauit ſtudio illud addiſcendo; nec etiam ratione ueritatis dilucidandæ vitium interuenit, eo quod veritas uendi non debeat; nam pro ea, vt ex ſuis principijs eruatur, diſſeratur, dilucidetur, prælegatur, uel ſimile, quæ omnia ſine labore fieri non poſſunt, non eſt dubium, quin pretium recipi poſſit: niſi pro huiuſmodi, publicum ſalarium acciperet. Si autem conſilium eſt ſpirituale, ad ſalutem animæ pertinens; puta pro obſequio fraternæ correctionis, & conſolationis, ſeu conſilij ſpiritualis charitatis, tunc aliquid accipere, ſimonia eſſet. Exemplum, vidua quædam ex amiſſione uiri, vel filij, nimis affligitur, & ex quaſi deſperatione multa indebita facit; eius frater rogat ſacerdotem, ut illam arguat de inconſtantia, conſoletur de afflictione, & uerbis piis mærorem leuet: talia enim officia cum ſpiritualia ſint, & ad opera ſpiritualia miſericordiæ pertinentia, ac ad ſalutem animæ ordinata, gratis impendi debent.

Pro cõſilio ſpirituali aliquid accipi non debet.

Nec etiam ſpirituale accipitur hic, pro ſpirituali ſupernaturali, ſcilicet, pro accidentibus ſpiritualibus, ut ſunt gratia, & uirtutes infuſæ; ſunt enim munera, quæ non poſſunt dari, niſi à ſolo Deo, ſua liberalitate; vnde vanum

Digitized by Google

eſſet excogitare, illa uendi poſſe. Sed accipitur hic pro ſpirituali cauſali, & inſtrumentali, ut ſunt Sacramenta Eccleſiæ, gratiã inſtrumẽtaliter, & alia bona ſpiritualia conferentia: ac etiam pro actibus ſpiritualibus, & eis annexis, de quibus ſuprà abunde locuti ſumus. Et ideo additum eſt (vel ſpirituali annexum) vt per hęc uerba intelligeremus omnia inſtituta ab Eccleſia uirtute ſibi diuinitus data: ut ſunt tam beneficia, quam alia ſpiritualia, de quibus ſuprà: hęc ſunt, quę in quæſtionem vertuntur.

Sed prætermiſſa prima conſideratione in vniuerſali, deueniamus ad particulares caſus, qui in hac materia accidere poſſunt: eos ſingillatim notando & declarando, prout ex ſacris Canonibus, & Doctoribus approbatis collegimus, doctrina enim in particulari, circa moralia, maiorem utilitatem affert, & maximè his, qui applicare regulas vniuerſales non valent, ac tot libros vertere, uel non poſſunt, uel neſciunt, quibus ſatisfacere ſolum, noſter ſcopus ſemper fuit.

16 *Dubium. Pro ſacramẽtis quid exigi poſſit.*

Quæritur primo an pro Sacramentis miniſtrandis, & cõferendis, aliquid exigi poſſit ſine uitio ſimonię? Reſpondet D. Tho. quo ſuprà. In Sacramentis duo eſſe conſideranda, nempe gratiam Sacramentalem, & alia dona Spiritus ſancti, quæ nobis per illam à Deo donantur, alterum eſt ſeruitium, & miniſterium miniſtrantium ea.

Quantum ad primum dicunt omnes Doctores, pro gratia Sacramentali, & aliis donis Spiritus ſancti, quæ dãtur per ea, pecuniam, vel aliud, quod pecunia ęſtimari poteſt, accipere, eſt vitium ſimoniæ, quantumcunque donum minimũ ſit: aſſimilatur enim Simoni Mago, qui gratiam Spiritus ſancti vendere propoſuerat, nam cum Sacramenta ſint maximè ſpiritualia, & ſpiritualis gratiæ cauſa, eorum valor æſtimari non ualet: vnde repugnat eis, vt vendi poſſint: ſunt etiã dona Dei, quæ ab ipſo, tanquam à fonte gratiarum gratis dantur, alias gratia non eſſet gratia, ergo gratis conferri debent. Iuxta illud gratis accepiſtis, gratis date.

Vnde maximam iniuriam Deo faceret, qui pro talibus donis pretium exigeret. Hinc etiam extat auctoritas Papæ Leonis, in confirmationem à Gratiano adducta, cap. gratia, 1. q. 1. & c. non ſatis, de ſimonia.

Pro miniſterio Sacramentorum poteſt exigi aliquid quod ſpontè datur.

Quantum poſtea ad ſeruitium, & miniſterium miniſtrantium ea, dico multa. Primò, ſi eſt Parochus, hæc ſeruitia populo gratis pręſtare tenetur, habet enim portionẽ decimarum, uel prouentus earũ loco, pro neceſſariis uitæ, ab auctoritate Eccleſiæ, & Epiſcoporum Conſtitutionibus taxatam: poteſt tamen accipere à parochianis eleemoſynas, & oblationes ſpontè datas, & ex laudabili conſuetudine introductas, non tamen ſi illi ſoluere nollent, Sacramenta denegare poteſt, quia ex officio tenetur illa miniſtrare, pro decimis, & ſumptibus, quos exigit, ut dixi. Et ſi ſumptus ſunt tenues, roget populum, & non cogat.

Dubium.

Hic dubitatur, ſi Parochus nolit ſacramẽta miniſtrare, niſi pecunia ante ſoluatur, q̃d agendũ? Dicunt aliqui, quod nõ debent parochiani ſoluere, ne dẽt occaſionẽ grauiter peccãdi. Sed Panormit. in c. Dilectus, el 2. de ſimonia, dicit:

Si quod petit Sacramentum eſt neceſſarium, poteſt illud miniſtrãdo, dare aliquid. Sed quid de baptiſmo dicendum eſt? Reſpondet, ſi eſt adultus baptizandus, potius eſt abſtinendum, nam cum habeat illum in uoto, ſi moreretur, credendum eſt, illum baptizari baptiſmo flaminis, ac ſi non haberet copiam Sacerdotis: ſi autem eſt infans, poterit dare aliquid, ac ſi uexationem redimeret.

Sed Sotus melius hic ait, quia cum in hoc caſu vexatio locum non habeat, non poteſt permitti tale ſcelus, ſed potius baptizetur à laico, ac ſi deeſſet copia Sacerdotum.

Quæ omnia

Digitized by Google

Quæ omnia dicuntur pro illis, qui ſunt in villa, ubi non eſt alius Sacerdos niſi Parochus.

Si autem miniſtrans Sacramenta eſt ſimplex Sacerdos, qui ex officio miniſtrare non tenetur, licitè, & ſine peccato, à populo petere poteſt eleemoſynas, ſtipendia, & mercedem pro laboribus, ſeruitiis præſtitis, & locatis operis, ad ſuæ uitæ ſuſtentationem, & victus neceſſitatem.

Vnde Aug. ſuper epiſtolam Pauli ad Titum 5. ait: Accipiant ſuſtentationem neceſſitatis à populo, mercedem diſpenſationis à Domino. Poteſtatem hæc accipere, etiam ſi non indigeat uictu neceſſario, ait Nauar. c. 23. nu. 106. Poteſt etiam, ait Sotus loco citato, Sacramenta denegare, his qui uolunt aliquid dare, etiam à principio, uel iudicat, quòd nihil dabunt poſt ſeruitium præſtitum, ſine vitio ſimoniæ, niſi pecunia eſſet cauſa abſoluta negandi Sacramenta, ac ſi pro illis pretium exigere uellet: Poteſt quoque confeſſiones audire potius in uno loco, ubi plures eleemoſynæ currunt, quàm in alio, uel potius iſtorum, à quibus ſperat aliquid habere, quam aliorum, cum non ſit parochus, quamuis perfectionis eſſet, ſe indifferenter habere in his, nō tamen, pro abſolutione grauium peccatorum, uel caſuum reſeruatorum aliquid petere poteſt, ac ſi abſolutionem, & facultatem uendere vellet. Poteſt quoque exigere aliquid, quaſi pro pęna, & ſatisfactione peccatorum. Sed hic eſt valde aduertendum, ut ait D. Th. 4. Sent. dicens: Caueant Confeſſores, ne tales exactiones faciant, potius cupiditate quadam, quàm peccatorum correctione, ut ego quandoque vidi, ſcilicet aliquos Confeſſores imponere pœnas pecuniarias, uel tot miſſas dicendas, ex induſtria, quas ipſi exigebant, & multoties pœnitentes ſcandalizabant, ut mihi referebant. *Nota Confeſſorum auaritiam.*

Vnde conſultè, & conſideratè Illuſtriſsimus, & Reuerendiſsimus Archiepiſcopus Neapolitanus in ſua Diœceſi omnibus confeſſariis prohibet, ne petat, uel exigant aliquid à pœnitentibus, ſub nomine ſatiſfaction s, uel pro miſsis celebrandis in pœnitentia iniunctis, nec pro reſtitutionibus faciendis: ne auaritiæ tentatio illa ſibi retinere faciant.

17 *Dubium. Pro ſpiritualibus actibus miniſtrandis quid accipi poſsit.*

Quęritur ſecundò, an pro ſpiritualibus actibus ab Eccleſia inſtitutis, ut ſuprà adnotauimus, licitum ſit accipere aliquid ſine uitio ſimoniæ? Reſpondent aliqui, pro huiuſmodi actibus, & laboribus poſſe pretium recipi, quantum eſt ex natura eorum, niſi quòd videntur exterius mali effigiem habere, & ſcandalum generare, in iſtis enim labores uidentur eſſe diſtincti à ſpiritualitate, ut eſt cantare in miſſa, mortuum aſſociare cum pompa funerali, ubi nō eſt de neceſſitate ſepulturæ, pſalmos recitare, ſolennes proceſſiones aſſociare, prædicare, & id genus.

Reſponſio.

Ad hoc dico, cum ſpirituales actus, de quibus eſt ſermo, ſint multi, & diuerſi, ut ſuprà adnotauimus, de eis non eſt par ratio, & ex conſequenti unica reſponſione huic quæſito ſatisfieri non poteſt, ideo hic multa ſunt tangenda.

Notandum triplici ratione pro ſpirituali, temporale exigi poſſe.

Primò eſt adnotandum, quòd triplici ratione, aliquod temporale exigi poſſet pro talibus actibus ſpiritualibus, uel ratione pretii, uel ſuſtentationis miniſtrorum, qui populo ſeruiunt, uel tandem intuitu laborum, ac pro mercede operarum.

Quantum ad primum, omnia iura clamant, quòd ratione pretij nihil exigi poſſit pro quocunque actu, ſeu re ſpirituali, c. Non ſatis, & c. cum in Eccleſiæ, de ſimonia. Nec excuſandus eſſet, ſi pecunia multo ante tempore ſoluta eſſet, aut adminiſtrationis nomine, ſub prætextu, uel colore alterius rei, ſeu occaſione exigeretur, cap. in tantum, eod. tit.

Quantum ad ſecundum. Non eſt uitium ſimonię accipere, uel dare aliquid, pro ſuſtentatione uitæ miniſtrorū, in his actibus ſeruientiū, quod, uel dari ſo-

let ex Eccleſiæ ordinatione, aut permiſſione, uel ex approbata conſuetudine vel ex donantium deuotione, iuxta illud Apoſtoli 1. ad Corinth. 9. Neſcitis, quod qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt comedunt, non enim hæc ſumuntur tanquam pretium actuum ſpiritualium, vt in primo membro, ſed tanquam ſtipendia pro neceſſitate miniſtrantium, pia conſuetudine introducta, vt dari ſolet illi, qui tale, vel tale ſpirituale opus fecerit.

Idem dicendum de mercede laborum, & operarum exhibitorum pro illis, & ſimilibus actibus.

18 Dictum eſt, non poſſe aliquid exigi tanquam merx, & pretium, pro actu miniſtrandi Sacramenta, & alia ſpiritualia, ſed tantum eleemoſynaliter, & ex conſuetudine pia, pro vitæ ſuſtentatione.

Dubium. *Licet ne à principio paciſci pro mercede miniſtrorum.*

Quæritur modo, an liceat à principio paciſci, & taxare ut detur tantum determinatum pro uictu miniſtrorum, & vt quandoque dentur, antequam talia miniſtrentur? Et quantum ad celebrationem miſſæ, videtur quòd poſſit fieri, ſolent enim Sacerdotes pauperes dicere his, qui tenues eleemoſynas offerunt, date nobis quantum ſufficere poſſit pro victu vnius diei, quia de hoc miniſterio viuimus, qui enim altari deſeruit, de altari viuere debet, videtur etiam quòd Epiſcopi mercedem taxare poſſint circa hæc, vt de facto in multis locis ipſi faciunt, propter auaritiam populi, ipſi ordinant, & præcipiunt, ut pro miſſa non detur minus tanto, ſecundum qualitatem loci, & perſonarum conditionem.

Videmus quoque ubique morem eſſe, pro miſsis annualibus conſtitui determinata ſalaria.

Præterea lege permittitur, poſſe exigi pro ſepultura tantum determinatum, ergò & de ſimilibus erit par ratio.

19 *Reſponſio.* *Pro miſſa.*

Reſpondeo, cum de ſacramentis, & omnibus alijs actibus ſpiritualibus, non ſit par ratio, non poteſt una omnibus reſponſione ſatisfieri: ideo dico. Et primò quantum ad Miſſam, ait Nauar. c. 23. nu. 106 non eſt licitum, pro miſſa pretium taxare, vnde reprehendit quoſdam Epiſcopos in ſuis Diœceſibus hęc pręcipientes, eſſet enim ex diametro eleemoſynæ naturæ aduerſari, quæ ex ſua natura libera eſſe debet. Diuus quoque Thom. 2. 2. q. 100. art. 3. ad 2. argum. ait Illicita eſſet ordinatio, ſi in Eccleſia ſtatueretur, ut non fierent huiuſmodi, niſi ſoluatur certa pecuniæ quantitas.

Sed moderatius cum Soto lib. 9. de Iuſt. & iu. q. 6. art. 1. dico. Si caſum nudè conſideremus, ex una parte, & auaritiā, quæ in hiſce tēporibus apud ſæculares regnat ex altera, non uidebitur eſſe adeo illicitum, quòd Sacerdos non uelit celebrare, niſi pro ſufficientia uictus, ſi de hoc exercitio uiuit, explicando ſuam neceſſitatem ei, qui diuinum ſibi fieri petit, tamen cōtendere ſuper taxa facienda, non eſſet ſine ſcandalo, & iuris violatione: Poſſunt tamen, imò deberent Epiſcopi in ſuis Diœceſibus populum inſtantius monere, ut eleemoſynas augeant, pro temporum ratione, & eorum facultatibus, ac ſtatuere, ut pro ſuſtentatione miniſtrorum non detur minus tanto determinato, ſecundum qualitatē locorum, & perſonarum, ut ordinatum fuit in Concilio Prouinciali, ſub bona memoria Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſsimi Marij Carrafæ, Archiepiſcopi Neapolitani, & poſtea ſub felici ſtatu Illuſtriſsimi, ac Reuerēdiſsimi Annibalis de Capua Archiepiſcopi eiuſdem Regiæ Ciuitatis, à Sede Apoſtolica confirmati, non tamen liceret, eos pęnis, & cenſuris ad hoc aſtringere, ut minus dicta taxa non acciperent, aut darent, tunc n. ſequerentur ſcandala, & inconuenientia ſuprà adducta: & hoc modo intelligo auctoritatem D. Th. & Nauar. nec negamus quin poſsit paciſci de pretio, & mercede laborum, pro obligatione annuali, puta obligādo ſe ad dicendas tot miſſas in hebdomada, uel in talibus, &

Digitized by Google

ralibus diebus, vel aſſiſtat continuè, vel ſaltem diebus feſtiuis in Eccleſia pro horis dicendis, aut confeſſionibus audiendis.

Quantum ad Sacramentum Matrimonij, aliqui indiſtinctè tenent: pro Sacramento Matrimonij licitè poſſe pecuniam exigi, eo quod non confert gratiam, ut cetera Sacramenta, ſed hoc non eſt bene dictum, nam ſepulturæ officium neque confert gratiam, & tamen pro ſepultura exigere pecuniam, ut dicetur nunc, eſt ſimonia. 20 *Pro ſacramēto matrimonij*

Vnde dicendum eſt cum Diuo Thoma, quo ſuprà, artic. 2. ad 6. argum quòd Matrimonium eſt, & officium naturæ, & Sacramentum, inquantum eſt officium naturæ, poteſt pro eo pecunia ſolui: ſed inquantum eſt Sacramentum, pretium peti non poteſt, puta pro benedictione nuptiali, cap. Non ſatis, de ſimonia; ſed tantum quæ ſpontè offeruntur, uel ex laudabili, & approbata conſuetudine exigi ſolent, accipi poſſunt.

Sed hic quæritur, quæ ſit laudabilis conſuetudo, & approbata? Eſt illa, quę iuri naturali, vel Pontificio non pręiudicat: vel quæ initium habuit ex mera liberalitate, , & deuotione populi, uel ex permiſſione Eccleſię pro ſuſtentatione, & alimentatione miniſtrorum introducta, ait D. Tho. quo ſuprà, art. 3. ad 4 arg. illa autem, quæ introducta eſt ex exactione, eſt uitioſa, & potius abuſus, & corruptela dicenda eſt, quam conſuetudo; puta, aliqui inceperunt extorquere à populo quaſdam exactiones indebitas, quæ continuatę, uenerunt in conſuetudinem, unde poſteriores inuenientes talem conſuetudinem, illam laudabant, & ſecundum eam exigebant: hoc fieri non poteſt ſine uitio Simoniæ eo quod uitioſum habuit principium. In hoc propoſito ponitur caſus in facto. In quadam Ciuitate uacauit parochia, quæ Prælato illius Ciuitatis, ex emolumentis centum aureos annuatim reddebat: dum autem fieret concurſus, ut præſentaretur, acceſſit unus, qui pro redditibus illius parochię promiſit dare centum quinquaginta aureos, ſingulis annis, ex dictis emolumentis: qua de re, illi collata fuit. Accidit, quòd parochus ille non exigebat tantum ex ſpirituali bus; quę populo miniſtrabat, quę ſufficere poſſent, & ſuo uictui, & debito Epi, ideoq; incepit exigere à populo, & extorquere pro Sacramentis, ſepultura, & alijs ſpiritualibus miniſtrandis, plus, quam conſuetudo antiqua erat exigendi, tum in dicta parochia, tum etiam alijs parochijs eiuſdem Ciuitatis, ut ſupplere poſſet debito Epiſcopi, populo de hoc murmurante. Sed quidquid ſit de hac collatione, & practica, dico in propoſito, quòd ſi eius ſucceſſor uellet eandem quantitatem ſuperfluam exigere, allegando conſuetudinem inueteratā in illa parochia, eſſet error, quia talis conſuetudo habuit malum principium, & ideo uitioſa eſt. De hoc eſt textus in c. ſuā, de ſimonia, ubi Papa præcepit, ut ſuperfluum exactum reſtituatur, & exigentes corripiantur.

Laudabilis cōſuetudo qua ſit.

Caſus in facto

Quantum ad officium ſepulturæ, dico, ꝙ pro exequijs funeralibus, illud, qđ ex ordinatione Eccleſiæ, & legali obligatione dari ſolet; peti poteſt, etiam antequam ſeruitium ſoluatur, ait Nauar. c. 23. nu. 106. ad fugiendas contentiones, ubi probabiliter timerētur, & ꝙ poſteà ſumptus nō ſoluerent nō tñ licitū eſt ita rigoroſè procedere, ut ſcandalum, & malam edificationē populo concitent, ſolet enim accidere, ut parentes, & propinqui eius, qui mortuus eſt, non habeant præ manibus pecuniam ut ſtatim ſatisfacere poſſint: unde in tali caſu ſufficit pignus, aut cautionem accipere, quia ſepultura eſt neceſſaria, & differri non poteſt. 21 *Pro ſepultura.*

Quantum ad aliquos actus ſpirituales, ubi nihil lege taxatum eſt, ſed ex conſuetudine approbata aliquid pro ſpiritualib. exigit, nō licet ſubtrahere, & negare dictā ſpiritualia antequā ſatisfaciāt, cap. Ad audientiam, de ſimonia; ſed ſed prius illa miniſtrare debent, ait D. Th. quod ſuprà ar. 3. deinde ꝑ laudabiles 22 *Pro actib. ſpiritualibus.*

Digitized by Google

conſuetudines pro miniſtrorum victu exigi quædam poſſunt à potentibus ſoluere, qui ſi nolint, auctoritate ſuperiorum cogi poterunt cap. eod.

Quod non eſſet permiſſum Parocho, pro admiuiſtrandis Sacramentis. Et ratio differentiæ eſt: Parochus namque, qui Sacramenta miniſtrare tenetur, habet redditus, & decimas ordinarias ad hæc inſtituta, pro ſui alimentatione: & ideo quidquid eleemoſynaliter, & ſpontè ſibi datur, accipere poteſt, & non cogere: ſed pro actibus ſpiritualibus non ſunt redditus ſpecialiter ordinati; ſed ſolum dantur à populo quædam oblationes temporaneæ, quę aliter diſtributiones quotidianæ uocantur.

23 *Quando pro ministrandis actibus ſpiritualibus aliquid pót paciſci à principio.*

Quantum ad aliam partem dubij, ſcilicet an poſſit paciſci de labore, & opera præſtanda in his actibus, quamuis à principio non exigantur?

Dico, quòd in huiuſmodi duplex labor conſiderari poteſt: unus qui antecedit actum, puta vocatur ad dicendum Miſſam in Cappellam, quę diſtat à loco, aut in Miſſa magna diu expectare debet, ubi multum temporis conſumat, aut vocatur ad audiendum Confeſſionem, aut aliud Sacramentum pręſtandum de longinquo; cum ad hęc ex officio non teneatur, & in his ſimilibus, tunc pro itineris labore, & alio faſtidio currente, poteſt de pretio paciſci.

Alter labor eſt conſequens actum ſpiritualem, vel Sacramentum, & eſt ille, qui fit, dum Sacramentum, aut aliud ſpirituale miniſtratur: puta labor, quem accipit ſacerdos, dum baptizat, dum ſacrum facit, dum audit confeſſiones, dum benedicit; & his ſimilia facit, & tunc non poteſt pro ſimili labore paciſci, vel aliquid intuitu mercedis exigere; eſſet enim tunc pretium accipere pro gratia Sacramenti, vel re ſpirituali, nam baptizatio, & baptiſmus, pro eodem reputantur, ita celebratio, & miſſa, actus benedicendi, & benedictio ipſa, & ſimilia: verum tamen accipi poſſunt ſub intuitu eleemoſynæ, & quæri ſub prætextu piæ conſuetudinis, prout dari ſolent iis, qui tale, uel tale opus ſpirituale fecerint, & non tamquam pretium, vel cauſam principalem, ut dictum eſt.

Quantum verò ad quædam alia ſeruitia non neceſſaria, ad quæ nemo tenetur, puta pro pompa funerali, quę non eſt de neceſſitate ſepulturæ, ut eſt muſica, ut ſunt quædam cantilenæ, excubię, quę fiunt domi mortui; quamuis poſtea pſalterium, & alia pia recitare habeant, poteſt à principio taxa fieri, eo quod talia exhibenda, quamuis pia, ſunt acceſſoria, & non principaliter intenta.

Idem dicendum de longioribus proceſſionibus faciendis, quo ad laborem antecedentem, ut dixi.

Non tamen liceret legem facere, ait D. Thom. quo ſuprà, & Diuus Anton. vt qui crucem argenteam in funere vult, ſoluat tantum, & qui vult pulſari campanam magnam, tantum, & qui vult, ut dicantur tot officia mortuorum, vel ut oretur pro eo, aut reſponſorium cantetur, ſoluat tantum, & his ſimilia, eſſet enim abſurditas magna, & ſcandalum, ex eo, quia ſpeciem exactionis habet, ait Nauar. cap. 23. num. 106. Lex bona tunc eſſet, quando diceretur, qui offert tantum plus, talem, & talem pompam habeat, uel tale, & tale ſuffragium ei adiungatur, ultra ea, quæ neceſſaria ſunt, & fieri ſolent pro ſepultura, differt namque prima lex à ſecunda, in prima enim præclūditur uia pręſtandi ſuffragia, in ſecunda verò aperitur, ac excitatur populus ad talia quærenda, propter gratitudinis retributionem.

Iniqua lex etiam eſſet, ait D. Thom. quo ſuprà, ſi pro diſpenſationibus à Prælatis taxa poneretur: puta, qui uult diſpenſari ſuper hoc, ſoluat tantum, & ſuper illud, tantum, ſunt enim compoſitiones, & legis venditiones.

24 Quantum ad prædicationem: non liceret ſine mortali de pretio paciſci, ſaperet

peret enim ſimoniam, eſt namque prædicatio Dei verbum, ſpiritualis, res, & diuina delegatio, dicente Apoſtolo ad Romanos 10. Quomodo prædicabunt, niſi mittantur; Neque poſt ſuſceptum laborem poteſt renuere, quod ſibi datur dicendo tantum plus uolo, nec practicas facere licet pro pinguiori mercede ſibi danda, omnia enim iſta, pretium pro Dei verbo velle accipere, oſtendunt; ſed contentus ſit de moderatis, & honeſtis eleemoſynis pro victu neceſſariis, pro ſuſtentatione ſtudij, & librorum ſumptibus; uel ſimile. *Pro prædicatione.*

Vnde nil mirum, ſi effectus, qui ex talibus extorſionibus ſequitur, in prouerbium ſit ductus, ſcilicet.

Denaro di prediche, e ſtola, ſubito vola.

Item pro pſalmodiis, officiis mortuorum, ſeptem pſalmis, & aliis orationibus dicendis, paciſci non poteſt, ſub prętextu laboris, eorum enim labor non diſtinguitur ab oratione, vt de Miſſa, & aliis dicebamus, poteſt tamen accipi honeſta ſuſtentatio.

Prælati non poſſunt pretium exigere pro correctione, vel viſitatione ſubditorum, niſi quod à lege permiſſum eſt pro alimentis. *Contra Prælatos.*

Et multo peius eſſet legem facere, ut qui nolit uiſitari tantum ſoluat, eſſet enim licentiam tacitam concedere, ut impunè delinquat.

Parochus, qui non vult dare facultatem ſuis parochianis, ſiue rationabili cauſa, ut alibi confiteantur, communicent, uel benedictionem nuptiarum accipiāt niſi ſoluant tantum, ſi licentiam vendere intendit, ſimoniam committit, si aūt id quęrit, ut ſibi ſuccurratur, & uiuat, non peccat, puta quærit partem oblationum, quę ex conſuetudine dari ſolent, nisi ſummam maiorem ſolito exigere vellet, tunc peccaret. *Contra Parochos.*

Item non licet Epiſcopo exigere aliquid ex pacto, pro conſecranda Eccleſia, niſi quę ſponte à patronis offeruntur, c. Placuit, 1. q. 12. Pro oblationibus autem futuris, quæ Eccleſiæ offeruntur, & Epiſcopo debentur, poteſt cum Epiſcopo paciſci, ut tantum ſibi detur ab exactore, cap. Eccleſia, 1. q. 4. *Pro conſecrāda Eccleſia.*

Item neque pro conſecrandis Epiſcopis, aut benedicendis Abbatibus, aliquid exigere conceditur, cap. Sicut, el 3. de ſimonia. *Pro conſecrādis Epiſcopis.*

Item non poteſt exigi tuta conſcientia, aliquid, tanquam pretium pro abſolutione excommunicationis, cap Ad aures, de ſimonia.

Item dare eleemoſynam pauperi, uel Religioſo, ut pro ſe oret, non eſt ſimonia, ſecundum morem communem, nisi illum obligare vellet ad tantum determinatum, ac ſi pro pretio illam daret. *Pro eleemoſynis.*

Et ſi inſtetur auctoritate Danielis, cap. 4. Peccata tua eleemoſynis redime, illud non intelligitur de redemptione formali, ſed Metaphorica, id eſt, Deum prouocando eleemoſynis, ut debitum, quod per peccata contraxiſti, tibi remittat, parcendo, & miſerendo.

Item pro concedenda cappella alicui, uel ſepultura, nihil exigi debet, tamquam ęſtimatio pretij talis loci pij; nec conſuetudo in contrarium, in aliquibus locis, quantumcunque antiqua, valet, cap. Non ſatis, de ſimonia, niſi aliqd eleemoſynaliter Eccleſiæ, ubi eſt cappella, uel ſepultura detur. Ac etiam pro expenſis factis, in fabrica, uel ornamentis, conferatur, quia tunc venditur quod eſt materiale in tali loco, & non ſpirituale. *Pro concedenda cappella.*

Idem iudicium faciendum eſt in omnibus actibus, & rebus ſpiritualibus miſtis, ideſt ubi eſt aliquid ſpiritualitatis, & aliquid plus de materialitate, ut in 3. prælibando dicebamus, puta in Chriſmate, & oleo infirmorum duo ſunt conſideranda. 25 *Pro Chryſmate.*

Primo, quod eſt ſpirituale in eo, ſcilicet benedictio Epiſcopi, & ſecundum hunc reſpectum, nihil pro Chryſmate, & oleo infirmorum exigi debet, tam

Digitized by Google

pro benedictione,quam pro dando illud aliis Eccleſiis,c.Ea quę, de ſimonia.

Vbi Papa reprehendit quoſdam Epiſcopos, qui extorquebant à clericis con uicinis Chriſmate indigentibus, tot nummos,ſub prætextu cuiuſdam malæ cõ ſuetudinis,vt ſuprà de conſuetudine diximus,ex auaritia introductæ, quam ex torſionem,& exactionem ius Epiſcopale, uel cathedraticum, & ſimile, vocabant, qui non obſtante longa, & antiqua conſuetudine, eos non excuſante, nam diuturnitas temporis in huiuſmodi non minuit peccatum, ſed potius auget,cap.non ſatis,de ſimonia.

Secundò in chriſmate conſideratur,quod eſt materiale in eo,id eſt oleum;& tunc ſi una Eccleſia non haberet oleum conſecratum, poſſet ab alia illud emere;non ratione benedictionis,inquantum eſt conſecratum, ſed ratione materiæ inquantum eſt oleum,quod planè accidere poteſt in locis,vbi carius valet,propter eius carentiam:poſſet.n.uſu venire,vt Epiſcopus in talibus locis dicat cõ uicinis Chriſmate indigentibus,ſoluat unuſquiſque valorem olei empti, ꝓ conficiendo ſacramento,pro rata ſua:immò in caſu neceſſitatis, hoc modo mercari poſſet,& tranſportari de loco in locum,ait Sotus:uerum indignitas quædam in caſu uideretur,ſi non aſportaretur cum maxima ueneratione, & tunc talis negotiatio ſi fieret abſque iniuria Sacramenti,eſſet licita, conſideraretur enim per accidens reſpectu Sacramenti.Quæ negotiatio, credo, ꝙ fiat in Britannia, vbi deeſt oleum.Idem dicendum eſt de Agnus Dei,non.n.licitè põt uendi cera benedicta,ſed tantũ materia,& labor rei,quo illigati ſunt,ſiue in argento,ſiue in ligno colorato,& cęlato.

26 Idem quoq; de aqua baptiſmali,& luſtrali dici poteſt,ubi eius inopia eſſet.

Pro vaſis, & paramentis Eccleſiæ. Quantum ad uaſa,& paramenta benedicta idem conſideratur,puta quis poteſt uendere calicem conſecratum,pro valore argenti,& eius operę.

Tunc autem eſſet uitium ſimoniæ,quãdo aliqua Eccleſia indigens calice, & non habens quis eum conſecraret,cuperet eum emere conſecratum ab alia Eccleſia,cuius Clerici,vltra pretium argenti,uellent tanto plus,pro conſecratione,& ſic de ſimilibus iudicandum eſt.

Pro recipiendo aliquem in Monaſterio. Quæritur tertiò,quid dicendum,ſi daretur pecunia,uel aliquid aliud,vt aliquis reciperetur in monaſterio? Reſpondet D.Th.2.2.q.100.art.3.ad 4.argum. Si quod offertur, vel petitur pro ingreſſu Religionis, erit quaſi pretium, tunc non licebit,ſi autem exigitur pro uictu ingredientis,eo quod monaſterium eſt tenui cenſus,& opes non ſufficiunt ad alimentãdos tot Monachos,tũc licebit: dicendo,frater nos non poſſumus tibi prouidere de uitę neceſſariis,ſi uis intrare,porta tecum unde uiuere poſſis.Hinc colligitur pro monialibus, ut quando recipiantur in monaſteriis pinguibus,quod portent aliquid, & dent pro deuotione,& eleemoſynaliter:& ſi contingat dari dotem,eo quòd monaſterium nõ habet ſufficientes reditus pro uictu monialium,pater puellæ uolentis intrare, ſoluat dotem pro eius alimentis,& moniales dicti monaſterij petant per uiam cuiuſdam proteſtationis,ſiue intimationis,dicentes,uolenti intrare, portet ſecum unde poſſit uiuere:non tamen liceret dicere,volumus ut ſoluat tantũ, & non minus,ſed quantum pro alimentis ſit neceſſarium,ſecundum loci, & temporis conditionem cogitari poteſt. *Pro monialibus.*

Dubium. Hic dubitatur,ſi egeſtas monaſterij facit,ut licitum ſit exigere aliquid pro ingreſſu Religionis,ergo monaſterij opulentia non faciet talem exactionem eſſe ſimoniacam,ſed tantum peccatum auaritię;Probatur,quod de ſe illicitum eſt, nulla conditione licitũ fieri põt,dũmodò non mutet ſpeciem, ſic eſt ſimonia, ergo,nam ex obiecto habet,ꝙ ſit talis.Modo ſic arguo, ſi exactio pecuniæ pro profeſſione facienda eſt illicita,hoc erit ex ſe,quia profeſſio ipſa eſt Chriſti inſtitutio,res ſancta,& ſpiritualis, ergo uendi non poteſt, quacunque conditione con-

Digitized by Google

ne concurrente:unde ſequitur,ut qui Chriſti conſilium ſequi vult, oportet,ut gratis admittatur,ſed conſtat,ꝙ ratione tenuitatis monaſterij, iure licitum eſt poſſe aliquid exigi, abſque eo quod uitietur conſilium Chriſti, ergo eiuſdem opulentia non eſt cauſa præciſa committendi ſimoniam.

Ad hoc reſpondetur illud intelligi præſumptiuè dum enim monaſteriũ non indiget,quærendo dotem,uel aliud,præſumitur, ꝙ pretium profeſſionis petatur,quod fieri non licet. *Reſponſio.*

Itaque ſi monaſterium eſt pingue; & tamen monialem recipere nolunt ad profeſſionem,niſi dotem ſecum ferat,vel ſi etiam indiget,volunt plus quam regulariter victus requirit,eo quod dos applicatur monaſterio cum aliis prouentibus,non erit ſimonia, ſed auaritia,& peccatum ſuperfluitatis, ut commodius viuant, niſi exigeretur pro fabricæ applicatione, tunc enim ſine vllo peccato exigeretur.

Si autem monachi,uel moniales pecuniam exigerent aliis de cauſis,puta qa illam expendunt in rebus extrauagantibus,uel inter ſe diuidunt,uel propriè ratione profeſſionis,& non expenſarum, cum in tali monaſterio victus dari non ſoleat à communitate,ſed vltra dotem,quam exigunt,ingrediens tenetur aliũ de ſe alimentare,itaque dos exigitur, vt admittatur in numero aliorum, & ad quædam iura ſpiritualia,puta habere uocem in Capitulo,officia, & dignitates in Monaſterio,tunc non eſt dubium,quòd ſimonia committitur, & hoc Doctores,& iura clamant.

Nec minor error eſſet, ait Sotus quo ſuprà, ſi nollent recipere puellam in monialem, eo quod non eſt tantæ nobilitatis, & bono ſanguine orta, ut ipſæ ſunt: & tandem magna pecuniarum quantitate ſuffocatę, contentę ſint. *Monialium error.*

In omnibus iſtis conſtat,quòd pecunia non exigitur pro uictu, uel fabrica monaſterij,ſed tantum,vt annumeretur eorum congregationi,& acceptetur in monaſterio,pro quo illicitum eſt pecuniam accipere.

Idem dicendum eſt de ijs,qui,vel quę ſtatuta faciunt,uel prætextu cuiuſdã conſuetudinis cogunt monachos,uel moniales,qui,uel quę in eorũ,uel earum monaſteriis recipiuntur,ut ſoluant tot cuilibet monachorũ, uel monialium,dictorum monaſteriorum,aut quædam prandia,& iocalia tribuant,ſiue res alias, contra quæ extat Extrauagans Vrbani V. ut eſt uidere in Extrauagantibus cõmun.de Simonia, quæ ſic incipit: Sanè, ne in uinea Domini; ubi ſignanter habentur hęc uerba:

Sanè multorum fide dignorum relatione didicimus, quod in nonnullis Eccleſiis,Monaſteriis,Prioritatibus,& aliis locis religioſis,tam uirorum,quã mulierum,Ordinum,Regionum,& partium diuerſarum,deteſtabilis,& à Canonibus reprobata ſeruatur abuſio,ꝙ cum perſonæ aliquę recipiuntur ab eis ad obſeruantiam Regularem,ipſæ,temeritate præſumptuoſa,pa tus,ſeu prandia Capitulis,& Conuentibus ipſarum Eccleſiarum,Monaſteriorum,Prioratuum,& locorum,aut pecunias,aut iocalia,ſeu res alias ipſis Eccleſiis,Monaſteriis,Prioratibus,& locis,ſeu præſidentibus eis,ex ſtatuto,ſeu conſuetudine,quæ corruptela eſt potius dicenda,tribuere compelluntur,ex quibus decori Eccleſiaſticę, & immaculatę Religionis detrahitur. Quamplures etiam tam execratione huiuſmodi criminis,quàm expenſarum onere à ſacrę Religionis propoſito retrahuntur,ipſęque Eccleſię,Monaſteria, & loca famulantium Deo,conſuetis numeris remanent deſtituta, & in multorum mentibus fidelium ſcandalum generatur, &c.

Verum hęc Extrauagans,ut refert Archidiaconus, ſecundum quoſdam fide dignos,moderata eſt à Martino V.ut non extendatur ad dotes,quę monialibus dantur pro ingreſſu Religionis,ſeu Monaſterij.

Quęritur

28 *Pro conferendis ordinibus*

Quæritur quarto, an pro conferendis Ordinibus poſſit aliquid exigi, vel dari? Secundum ordinem, quem tenemus, quæſitum hoc in primo quæſito de Sacramentis expediri debuerat; ſed quia contra Simoniacos in ordine, ſunt multi canones confecti, & pęnæ quamplures inflictæ, ideò ſuper hoc propoſui facere ſingulare quæſitum. Huius ratio eſt, nam Sacramentorum, quędam ſunt neceſſitatis, quędam alia dignitatis: & quia neceſſitas non habet legem, ſed ipſa ſibi facit legem, ſacramenta igitur, quę ſunt de neceſſitate ſalutis, cum iterari nō poſſint, eorum effectus proprius auferri nec poteſt, nec debet.

Sacramentum autem Ordinis, cum ſit dignitatis, niſi dignè adminiſtratum fuerit, ita, vt digni dignè à dignis promoueantur, dignitas eſſe definit, non vt minuatur veritas Sacramenti, ſed vt ceſſet officium miniſtrandi, uel loco, vel tempore, vel promotione; ideo quo ad effectum propium primum negatur ei executio, quod eſt ſpeciale in Sacramento Ordinis: loquor de effectu proprio, nam gratia, quę Sacramento malè miniſtrato, non recipitur, ex malitia Sacramentum recipientis, vel miniſtrantis, quę præſumitur, omnibus Sacramentis communis eſt.

Et ideo Epiſcopus, qui pecuniam, uel quodcunque pecunia æſtimabile acceperit, pro Ordinibus conferendis, tam minoribus, quam maioribus, ſimoniam committit, tam ipſe, quam recipiens Ordines, ac etiam qui mediatores in hoc fuerint, c. Si quis Epiſcopus, cum duobus ſequētibus, 1.q.1. Vnde B. Gregorius lib. 7. Epiſt. 100. ait. Indignè, & inaniter vocatur Sacerdos, qui ſtudet pretio Sacerdotium mercari, dum non officium, ſed nomen attendit.

29 *Simonia in ordine condemnata.*

Hęc ſimonia eſt tantæ abominationis in Eccleſia, ut ipſa cenſeat eos hæreticos, capit. Quiſquis, 1. quæſtio. 1. & damnet ſub eiuſdem pœnis, etiam quomodocunque in ea participantes; & ideo dixi (ac etiam mendiatores) vnde qui nominat ordinandum apud Epiſcopum, vt ordinetur, vel præſentat, per remunerationem ſibi datam, ſimoniam committit, capit. Si quis, & cap. Ex tuæ, de ſimonia, vbi punitur qui ſubornauit Archidiaconum, vt eum Epiſcopo prę ſentaret, vt ordinaretur.

Dixi (ſubornauit) nam ſi quis ſponte, ſine pacto, ſed amicabiliter, ex beneuolentia, aliquid tam Epiſcopo, quam Archidiacono qui eum prę ſentat, donaret intuitu gratitudinis moralis, non cōmitteret ſimoniam, c. Et ſi, de ſimonia.

Nec huiuſmodi peti debent, ſed accipi à ſponte offerentibus, c. ſicut, 1.q.1.

Item Clericus, qui ex lege ſuę patriæ, poſtquā ordinatus eſſet, gauderet parte fructuum, & prouentuum Eccleſię, ſi promittit Capitulo, vel Clero dictæ Eccleſiæ ſeruire gratis per tres, aut duos annos, vt eum ad ordinandum admittant, ſeu licentiam dent; ſimoniam committit.

Idem dicendum ſi poſtquam eſt ordinatus Epiſcopus, vel Archipresbyter teneretur ei aſſignare portionem fructuum maſſæ cōmunis, vel partis groſſæ, ut aiunt, vel diſtributionum quotidianarum, & ſimilium, ipſe dicat Epiſcopo, vel Archipresbytero, ſi me ordinaueris, aut ordinare feceris, promitto tibi per tot annos nihil petere, quia cum huiuſmodi fructus & partes prouentuum, quæ ſibi contingerent, ſint aliquid temporale, ſi abſolutè conſiderentur, clericus ille ſoluit aliquod temporale, eos remittendo, pro ſpirituali, ſecundum Panor. in c. Per tuas, de Simonia.

Notarij quando committāt ſimoniam.

Item Notarius, qui Ordinationi deſeruit, ſcribendo Ordinandos, & litteras Ordinandorum facit, ſi habet ſalarium de publico, nihil accipere poteſt pro litteris teſtimonialibus faciendis, ſine vitio ſimoniæ.

Si autem ſalarium non habet, poteſt pro ſuis laboribus accipere decimam partem aurei, & non amplius, ubi tamen viget laudabilis conſuetudo accipiendi aliquid, vbi verò talis conſuetudo non viget, nihil accipere poteſt.

Nec

Nec licet Epiſcopo ex tali notarij cõmodo,& lucro aliquid ſibi directè, uel indirectè accipere,ut habetur in Concilio Tridentino, Seſſ.21.c.1.de Reformatione non obſtante qualicunq; conſuetudine immemorabili,uel ſtatuto in contrarium,quæ potius abuſus, & corruptelę dicendæ ſunt.

Vnde malè faciebat quidam Epiſcopus,qui conuenerat cum ſuo notario,ut pro litteris teſtimonialibus ab unoquoq; exigeret Iulium unum cum dimidio, quorum Iulium pro ſe accipiebat, & dimidum Notario pro ſuo labore relinquebat,nam ſic uidetur pro Ordinibus aliquid indirectè accipere.

Item,Clericus ordinandus,timens quòd Epiſcopus eum ad ordinem non admittet,ſi dat aliquid Notario ſcribenti,& uocanti ordinandos,ut eum inter alios ſcribat,& uocet,dum ad Ordines ſuſcipiendos accedunt,hoc Epiſcopo neſciente,ſimoniam committit.

Item,omnes promiſſiones illicitæ, quæ fiũt pro Clerico ordinando, uel pro pręſentãdo eum ad ordines,qui certum titulum non habent,ut poſſit ordinari, tanquam ſimoniaci condemnantur.

Exempli gratia,Titius uult ordinari,& non habet titulum beneficij,nec patrimonij,rogat Abbatem,ut eum ad ordines pręſentet, ad titulum ſuæ Eccleſiæ,promittens,quod numquam in ea aliquid petet.

Vel rogat amicum ut donationem alicuius bonis ſtabilis ſibi faciat, ut ſuper eo ordinari poſſit,promittens,quòd numquam illud petet,c.Si quis ordinauerit de Simonia.

Et qui ſuper certis,& ueris titulis,ſcilicet beneficij,uel patrimonij ordinati ſunt,non poſſunt illis priuari ſine licentia Epiſcopi ſub eiſdem pœnis,ut habetur in Concilio Trid.Seſſ 21.cap.2.de Reformatione.

Item,ſi quis ordinaretur ab Epiſcopo Simoniaco,quãuis gratis, & ſine ulla ſubornatione,ſi hoc ſciebat,ſcilicet illum eſſe ſimonacum,incidit in pęnam ſuſpenſionis ordinis,cap.Si quis.1.q.1.

Si autem hoc neſciuerit,eo ꝙ occultus erat, & ab eccleſia tolerabatur, non poteſt,ſecundum aliquos,executionem ordinis habere,ſed facilè cum eo diſpẽſatur, ut colligitur ex illo uerbo(miſericorditer) cap.allegati. Si uerò id fecerit coactè,non indiget diſpenſatione,ait Glo.ibi.nam de uoluntate coacti magis conſtat,quàm de ignorante,quòd non conſenſerit.

Item,ſi quis pecuniam ſoluit,ut eligatur ad officium Oeconomi,uel Caſtaldi,ſeu adminiſtratoris cuiuſcunque rei Eccleſiaſticæ,ſimoniam committit,cap. Si quis Epiſcopus,1.q 1.

Item ſi quis ſoluerit aliquid,ut eligatur in Vicarium,uel ad aliam ſimilẽ ad miniſtrationem ſpiritualem,ſimoniam committit,cap.ad noſtram,& c.conſulere, de ſimonia.

Item,ſi quis ſoluit aliquid,ut eligatur in Priorem,Guardianum,Miniſtrum, Prouincialem,uel ad ſimilem aliam Pręlaturam,ſimoniam committit,cap.incidunt tam dantes,quam recipientes,cap.Quos.1.q.1.

Item,ſi Fratres Sãcti Franciſci de obſeruantia,in omnibus electionibus ſuperiorum,Miniſtrorum, Prouincialium,Cuſtodum,Diffinitorum,uel huiuſmodi, tam pro ſe,quam pro aliis, ſubornationes fecerint, etiam per ſex menſes ante electionem, incidunt in pœnam ſimoniæ,non ſolum ſubornati,ſed etiam illi, pro quibus fit ſubornatio, & ſubornantem non detulerint, ac etiam qui pro hac re quamuis fauorem extra Religionem procurauerint. Pius Quintus in quadam Extrauaganti,quæ incipit: Paſtoralis. Cuius abſolutionem Papæ reſeruauit.

30

Quæritur quintò,an ſpiritualibus annexa,nempè beneficia,dignitates, uel Eccleſię uendi poſſint,aut pro ipſis conferendis aliquid accipi ualeat? Reſpondeo,con- *Pro conferendis beneficiis*

Digitized by Google

eiꝰ & dignitatibus quando committatur ſimonia.

deo, quod contra hanc mercaturam deteſtabilem, & Eccleſię ſcandaloſam, multi Canones clamant.

Et primò, qui pecunia Eccleſiam obtinet, ſimoniam committit, c. Presbyter, 1. q. 3. per totam, vbi prohibetur, ne beneficia, uel præbendæ vendantur, uel emantur. Ac etiam in Extrauagantibus comm. de Simonia. Extrauagans, quæ incipit; Cum deteſtabile ſcelus, &c. Et denique extant multæ aliæ ſuper hoc, quas adducere ſuperfluum eſt. Solum hic aliqui caſus tractandi ſunt, qui in apparentia ſimoniaci eſſe non creduntur. Deinde pœnas, quas omnes ſimoniaci incurrunt, pro quacunque ſpecie ſimoniæ, adnotabimus.

Simonia committitur pro munere à lingua, vel ab obſequio.

Non ſolum ſimoniam committit, qui pro beneficio pecuniam ſoluit, ſed etiam qui dat quodcunque pecunia æſtimabile, ſcilicet munus à lingua, uel ab obſequio, ut in ſexto notando, in principio huius ſermonis declaratum eſt. Vnde, dare aliquod obſequium ſeruitutis, vel fidelitatis pro beneficio ſimonia eſt, vt habetur in cap. Diligenti, de ſimonia, ubi abſoluitur à ſeruitute, qui homagium ſuo Prȩlato ſingulis annis facere ſe obligauit, pro beneficio ſibi collatio.

Item munus à lingua, pro beneficio dari non debet, c. cum eſſent, de ſimonia, ubi recitatur caſus, & reprehenditur quidam clericus, qui promiſit procuratori ſuo dare beneficium, ut cauſam ſuam defenderet apud Papam.

Item qui beneficium confert alicui, hoc pacto, vel ſaltem principali intentione (prout de intentione principali declarauimus) ut ille teneatur eum laudare apud talem, vel talem, loco, & tempore, vel teneatur hoc, uel illud ſeruitium præſtare, vel tale negotium perficere, ſimoniam committit, cap. ſunt nonnulli, 1. q. 1. Secus ſi hæc fierent ſine pacto, vel ſine tali intentione; ſed tantum intentione minus principali, & ſecundaria, ſcilicet, ut per hæc amicitia acquiratur, ſi fiant ante collationem, vel ad gratitudinem oſtendendam, ſi fiant poſt collationem; quamuis hę laudes eſſent falſæ, & obſequia turpia; ut de puellæ meretricis exemplo ante diximus; & ait Caiet. ad mentem D. Tho. 2. 2. q. 100. art. 5. & poſt eum Nauar. cap. 23. nu. 101.

Nota quot ꝑſona incurrant pœnam ſimonia.

Nota, quod non ſolum principales in facto, hac labe maculantur, ſed etiam oēs qui quomodolibet participantes erunt, etiamſi principales in facto, vel alter eorum hoc neſciat: quod fieri poteſt quadruplici modo, ut in ſeptimo notando explicuimus, & habetur 1. quæſt. 1. cap. Statuimus, & Extrauaganti ſecunda, ſuprà allegata. Verum ſi hæc fiunt à familiari, ſeu propinquo Epiſcopi, uel à propinquo ſeu amico beneficiati, collatore neſciente, vel beneficiato ignorante; nec ratum habente, non peccauerunt; teneretur tamen beneficium renunciare, dum hęc ſcirentur; niſi dantes pecuniam, talia feciſſent in fraudem beneficiati, ut hac via ei nocerent; tunc. n. talis fraus illi non obſtat, c. Nobis, de ſimonia. Et ſi dum pecunia ſoluebatur, ipſe ſciens contradixit, & quantum potuit, ſe oppoſuit, ad nihil tenetur; ſed qui hæc fecerunt, pœnas Canonicas incurrerunt, cap. Sicut, el 2. de ſimonia. Itaque ſimonia commiſſa à parentib. inueſtiti de beneficio, vel à familiaribus Epiſcopi collatoris, nō aſcribitur eis, ſi factum neſcierunt, 1. q. 3. per totam ait Gratianus: debet tamen beneficium reſignare, & poſtea miſericorditer recipi, 1. q. 5. cap. Quicunque, & cap. Præſentium: & ſi quodammodo talia ſciuerint, aut poſt ratum habuerint, incidunt in pœnas.

Subornare cōtradicētes electioni, eſt Simoniacum.

Item ſubornare contradicentes electioni, vel confirmationi alicuius beneficii, ſimonia eſt, cap. Matthæus, de ſimonia, vbi ponitur talis caſus.

Quidam clericus electus fuerat in regimen cuiuſdam Eccleſiæ à maiori parte Capituli paucis contradicentibus: amicus electi de eius voluntate, quādam pecuniam tradidit, diſcordiam ſeminanti: quo facto, contradictio quieuit. Po-

ſtac

Digitized by Google

ſtea de hoc Papa ſecretè admonitus fuit,vt conſuleret: qui reſpondit,ut Eccleſiæ adminiſtrationem dimitteret.

Dare aliquid canonicis pro inueſtitura præbendæ ſimonia eſt.

Item conſuetudo de dando aliquid Canonicis,dum aliquis inueſtitur de noua præbenda,ſeu Canonicatu,ſimoniam inducit:& nouiter inueſtitus renuens illā obſeruare,non debet moleſtari,c.Iacobus canonicus,de ſimonia. Et Concil.Trid.Seſſ.24.c.14.de Reformatione,hoc magis reſtrinxit:ubi dānantur tanquam ſimoniacę omnes ſolutiones,promiſsiones,compenſationes illicitę,ſeu deductiones ex fructib. beneficij,& ſimoniacę,q̄ fiūt à Canonicis, ſeu clericis in quibuſdam Eccleſijs,tā Cathedralibus,quā Collegiatis, & Parochialibus, ex earum conſtitutionibus factis,uel prauis conſuetudinibus introductis, pro electione,præſentatione,nominatione,inſtitutione,cōfirmatione, collatione, vel alia prouiſione,ſiue admiſsione ad poſſeſsionem alicuius beneficij,Canonicatus,præbendæ,uel partis prouentuū,ab illis, vel altero ipſorum facienda, ſub etiam pęnis Canonicis,& Summorum Pontificum,ſuper his emanatis: nō obſtantibus quibuſcunq; conſuetudinibus antiquis,& immemorabilibus, ſeu ſtatutis,& conſuetudinibus,etiam auctoritate Apoſtolica confirmatis:niſi hęc quæ exiguntur,& exigi prætenduntur,in pios vſus conuerterentur.

Idem cōfirmauit Pius V. in quadā Extrauaganti, quę incipit:Durū nimis.

Dotare eccleſiam,vt in illa efficiatur Canonicus ſimonia eſt.

Item qui victus ambitionis cæcitate, Eccleſiam de bonis ſuis dotare vellet, cum pacto,& conditione,ut ibi crearetur Canonicus,& dos illa,ei pro prębenda in eius uita aſsignaretur,ſimoniam committeret: niſi hoc fecerit ſponte, & liberè,ſua bona donando;& poſtea humiliter rogando, ſibi præbendam procuraret,ut in Canonicum acceptaretur, & illa bona in uita ſua tenere permitteretur: quia tunc licitum eſſet,c.Tua nos,de ſimonia.

Subornare interceſſorē pro beneficio ſimonia eſt.

Item ſimoniam committunt,non ſolum mediatores,ut dictum eſt ſuprà,ſed interceſſores,& procuratores, puta Titius dat, uel promittit aliquid Epiſcopi amico,ut pro eo procuret,uel intercedat,ut beneficium ſibi conferatur:nam paria ſunt,ait Innocentius in c.Tuam,de ætate,& qualitate,& in c.Tanta, de ſimonia,dare collatori,& dare tertio,ut collatorem ad conferendum moueat:niſi illud pro laboribus daretur,quos tertius in adeundo,& redeundo ſuſciperet, uel in recompenſationem alicuius intereſſe, quod interim interceſſor pateretur talibus negotiis uacando.

Quod cognoſci poteſt,ſi quod datur,notabiliter excedit meritum laborum, & damnum eius intereſſe, ſed melius ex intentione,in qua cōſcientia relucet. Nec eſſet Simonia ſi ad acquirendam amicitiam,& captandam beneuolentiam cum mediatore,& interceſſore principaliter daretur, ut inde poſtea moueretur ad loquendum pro eo, & rogandum collatorem, dum occaſio occurreret: ſine tamen aliquo pacto, conuentione, aut ſimili interueniente, aut ſaltem principali intentione, ut ille pro ſe beneficium impetraret. Nauarrus, capit. 23.num.106.

Offerre pecuniam pro nominatione.

In eandem labem incideret,qui pecuniam offerret alicui tali,ea lege, & pacto,ut eum tantummodo nominaret apud Papam,uel Regem:dum parati ſunt prouidere Eccleſiis Epiſcopalibus,de Rectoribus.

Cedere actionem pro beneficio ſimonia eſt.

Item Epiſcopus,qui tenetur Titio pro aliqua actione reali, si illi beneficiū conferret, eo animo,& intētione principali,ut Titius talem actionem ei remitteret,ſimoniam mentalem committeret, per c. Mandato, de ſimonia, ſecus si hoc intentione minus principali,& ſecundaria faceret:putans, quòd ex gratitudine illam ei cederet;quia tunc in effectu eſſet donatio.

Et ſi hoc facerent ex conuentione tacita, ei ſignificando ſuam intentionē, & animū,aliquo ſigno;eſſet ſimonia conuentionalis,& effectu ſecuto ex utraque parte efficeretur realis,obligans utrumq; ad reſtitutionem,& ad alias pę-

nas Canonicas incurrendas, vt ſuprà adnotauimus. Si autem Epiſcopus ad hoc moueretur, ex contemplatione, quòd Titius antidora remitteret, ad quę ex aliquo officio ei tenetur, nullum vitium ſimoniæ erit; cum enim debitum antidorale ſit tantum naturale, & non ciuile, uel legale, rationem pretij habere non videtur.

Simonia Conuentionalis quando fiat. Item ſi duo conueniunt, ut unus alteri beneficium renuntiet, & alter ei centum aureos ex inſtrumento promittat; licet fingant ex alia cauſa, cum pacto, vt obligationis inſtrumentum conſignet in forma probante; quamuis poſtea illa centum promiſſa ſoluere nolit, ſi inſtrumentum conſignauit, ſimoniam realem commiſit; quia iam compleuit ex parte promiſſa, quod ſufficit, ut dictum eſt ſuprà. Si autem promiſiſſet ſimpliciter centum, medio inſtrumento: quamuis illud ei conſignaret, ſi poſtea non ſoluit promiſſum: erit tantum ſimonia conuentionalis, vt dictum eſt.

Item ſimoniam conuentionalem committit Titius, qui reſidens Romæ & habens nuntios à Patria ſua, vel à locis conuicinis, de beneficijs uacantibus, conuenit cum aliquo Papæ familiari, ſeu Curiali, ut ille impetret beneficium in perſonam ſui, & poſtea illud reſignet Titio prædicto cum aliqua penſione, cui Titius conſentit: & ſic expediunt litteras, nulla mentione facta Papæ, de cõuentione penſionis ponendæ, eſt enim conuentio ſimoniaca; & ſi ab utraque parte executa fuerit, efficitur realis.

Idem dicendum de illo, qui habito nuntio, quòd in partibus uacant duo beneficia, conuenit cum monitore, ut ambo impetrentur in perſonam ſui, cum pacto, vt vtilitas, & expenſæ diuidantur æqualiter inter eos: deinde, qui ambo impetrauit, renunciat alterum illorum in fauorem monitoris, qui contribuit ad expenſas, nulla mentione facta Papæ de huiuſmodi conuentione.

Idem dicendum de ijs, quorum unus manens in partibus, & alter in Curia Romana, conueniunt inter ſe, ut ille admoneat de beneficijs uacantibus, ut ipſe impetret à Papa, hac lege, & cõditione inter eos ſtabilita; ut poſtea ex ęquo diuidant inter ſe vtilitates, & expenſas: accommodantes ſe, & facientes renuntiationes, permutationes, uel ponentes penſiones, uel ſimile, prout melius ſibi uidebitur. Secus eſſet, ſi omnes huiuſmodi impetrationes fierent ſine pacto, & obligatione ciuili, ſed liberè, ut ſeruiret amico, poſtea impetrans pro ſe, liberè reſignaret beneficium monitori, qui pro ſua liberalitate, & gratitudine conſentit alicui honeſtæ penſioni, facta de hoc tamen mentione Papę.

Idem dicendum de duobus concurrentibus ad vnum beneficium: & ne alter alteri moleſtus ſit, conueniunt inter ſe, vt unus pacificè impetret in perſonam ſui, cum hoc pacto, ut portionem fructuum beneficii alteri dare teneatur, qui promittit ſtare ad expenſas pro rata: diuidentes inter ſe expenſas, & vtilitatem: & omnia iſta ſi ab utraque parte executa fuerint, ſimoniam realem commiſerunt, ut dictum eſt.

Idem dicendum de illo, qui habito nuntio ab amico, exiſtente in partibus, de beneficio uacante: conuenit cum familiari Papæ, vt illud impetret pro ſe: & poſtea renuntiet amico ſuo monitori, cum certa penſione à Papa imponenda, deinde confert beneficium monitori cum penſione prædicta, cui ille conſentit, nulla mentione de tali pacto facta Papæ, qui talem malitiam purgare poteſt, ſi ſciuerit.

Secus ſi omnia hæc liberè negociaretur, & ſine pacto, & conuentione deinde ex libera uoluntate hæc fierent, quia hoc modo nulla illicita conuentio interueniret. Nauar. c. 23. nu. 107.

23 *Redimere* Itẽ qui pecuniã ſoluit alicui, qui eũ indebitè ſuper beneficio adepto exagitat, ut nõ uexetur, ſimoniã non cõmittit, c. Dilectus, el 1. de ſimonia. Vbi cõceditur,

ditur,

Digitized by Google

ditur uexationem poſſe redimi. Sed difficultas eſt, vt ſciatur, quando uerè dicatur vexatio redimi; & quæ ſit uera vexatio, quę in caſu conceditur. Primò ſi per calumniam, & iniuriam mihi fuerit ablata præbenda, aut per impoſitionẽ falſi criminis, poteſt tunc dari pecunia pro eius redemptione, impedienti, & vexanti. Secundo, dũ quis eſt adeptus beneficium, & poſitus in poſſeſſionem, & iniuſtè ab altero moleſtatur, poteſt illum pecunia quietare, ait Panormitanus ſuper c. Dilectus, de ſimonia. Pro beneficio autem acquiſito, quando iuſtè moleſtatur; quia moleſtans ius prætendit in illo, aliquid dare non licet. idem Panorm. ſuper c. Nemo, eodem tit. quia tunc non redimitur vexatio facti.

vexationẽ, nõ eſt ſimonia.

Redẽptio uexationis quid ſit.

Tertiò qui habet ius in beneficium, & eius poſſeſſionem adhuc non habet, eo quod ab alio iniuſtè detinetur, non poteſt licitè dare pecuniam, ut poſſeſſio iniuſtè detenta, ſibi reddatur, ait Innocẽt. in c. ad aures, eod. tit. Niſi ut notat Panorm. poſſeſſio à ſuperiore detineatur, à quo de facili haberi non poteſt: tunc ad euitandum magnum præiudicium, talem vexationem redimere valet, ſicut qui iniuſtè excommunicatus eſt, & ad ſuperiorem de facili acceſſus haberi non poteſt, & pro dilatione abſolutionis magnum detrimentum animæ, & præiudicium imminet: Iudex nolens eum abſoluere, iam eum vexare dicitur, & ex conſequenti, vt à tali vexatione redimatur, poteſt dictum iudicem pecunia uincere, vt excõmunicationem reuocet, ait Gloſ. in c. ad aures, eod. tit. (quãuis abſolutè loquendo, pro abſolutione excommunicationis, nihil dari liceat, vt innuit dicta Decretalis) quia tunc non datur pro abſolutione, ſed pro redimenda vexatione, ſic in propoſito. Sed contrarium dicit Syluest. Verbo, Simonia, §. 3. nam aliud eſt poſſeſſionem tueri, & defendere, pro qua dare permittitur, volenti eum expellere iniuſtè, vt non moleſtetur, & vexetur, & aliud eſt dare pro conſequenda, quod nõ permittitur. Nec eſt par ratio de abſolutione iniuſtè retenta, nam ibi nihil per pecuniam acquiritur, ſed abijcitur ligamẽ iniuſtum, quod eſt redimere, ſed in caſu datur pro conſequendo aliquod bonum, quod redemptio vocari non poteſt, quæ ratio mihi magis placet.

Opinio Panormitani.

Opinio Syluestri melior, & verior.

Opinio auctoritatis, ſecurior.

Dubium.

Ego autem dicerem, ſi poſſeſſio beneficij, per alium occupatur, quamuis iniuſtè, non licet illum expellere mediante pecunia, rõne etiam dicta: ſi autem à nullo occupatur, & à dicto Titio ſolum ius in beneficium acquiſitum eſt, ſi poſſeſſio impeditur à ſuperiore, vel Capitulo, quacunque ratione non poteſt eum ſubornare, vt poſſeſſionem habeat, ſi verò impeditur à tyranno, uel ſimili puta, detinet eum in carcere, vt eam non poſſit obtinere, & ad collatorem accedere, vt interim alteri de illa prouideatur, tunc eſſet vera vexationis redemptio, eum ſubornando; niſi hoc faceret ex induſtria, fingendo, ut ſubornaretur.

Nec licet ſubornare eum, qui poteſt obeſſe, & prodeſſe beneficio, puta patronum iuris patronatus, qui poteſt electum confirmare, vel in confirmatione impedire, quia tunc eſſet ab eo beneficium emere.

Hic dubitatur, an poſsit dari in fauorem digni, aliquid Epiſcopo, qui paratus erat Eccleſiam conferre indigno? Et uidetur, quòd ſic, hoc enim modo diceretur, eccleſię vexationem redimere, quæ per indigni electionem iacturam pateretur.

Reſpondet Sotus, tanta poſſet eſſe Eccleſię deuaſtatio, & populi damnificatio, ex indigni electione ſequens, quòd licitum eſſet; ſi autem hęc non timerentur, aut æquale periculum ex utroque timeretur, non liceret. Sed quomodocunque ſit, tale non habet ſpeciem uexationis, & ideo collator videat de mala electione.

Item qui renũciaret aliquod beneficium, præbendam, vel dignitatem, etiam in manibus Summi Pontificis, in fauorem alicuius, cum quo de certa penſione

ſibi

Digitized by Google

ſibi ſoluenda conuenit, nulla intentione de hac re facta Papæ: vel ſi fiat mentio Papæ, tamen conuenit cum illo ſecreto, ut penſionem extinguere teneatur, infra duos, vel tres annos, ſimoniam committit, quia huiuſmodi pretij rationem habent.

Ius præſentā di, uel eligen-dı, vendi non poteſt.

Item qui dat aliquod temporale, permutando cum aliquo iure ſpirituali: puta Petrus habet ius præſentandi, eligendi, uel nominandi in aliquo beneficio, vult illud ius cedere Marcello pro aliquo temporali, quidquid ſit illud, dummodò pecunia æſtimari poſſit, ſimoniam committit, c. Exhibita, de Rerum permutationem.

Item qui renunciat alteri, aliquod beneficium; de quo fructus ſibi referuat, uel aliquam penſionem in vita, vel ſaltem, vt aliquid ſibi donetur, quamuis renunciatio fiat liberè in manu Epiſcopi, hac ſpe quòd illi cōferet, & ita fit, ſimoniam committit, quia accipit pretium de re ſpirituali, quam gratis renunciare debet, ut accepit. Ex hic caſibus, & exemplis iam dictis, iudicari poteſt in alijs ſimilibus circa primum genus ſimoniæ.

De Simonia quia prohibita.

EXpedito de ſimonia; quæ ideo prohibita eſt; quia propriè ſimonia eſt: reſtat nunc videre de alio genere ſimoniæ; ſcilicet quę dicitur ſimonia, quia prohibita eſt ſub pœnis acribus; ac ſi eſſet ſimonia propria. Et hoc genus ſimonię verſatur circa dignitates, & beneficia Eccleſiaſtica tantum, unde ſic definitur.

Definitio.

Simonia quia prohibita, eſt uoluntas faciendi permutationes, renuntiationes, collationes, præſentationes, uel recipiendi illas factas, cum quibuſdam conditionibus, modis, & pactis; quę ſecundum ſe eſſent licita, niſi ab Eccleſia prohiberentur.

Vnde ſequitur, quod in hoc genere ſimonię poteſt committi ſimonia, ſine interuentu pecuniæ, uel rei pecunia æſtimabilis, ut videbitis.

Dictum eſt (uoluntas) nō quòd ipſa ſola ſufficiat ſine conuentione expreſſa vel occulta, vnde hoc peccatum non conſummatur in actu uoluntatis tantum, niſi fiant pacta, & conuentiones non enim ſufficit ſola uoluntas ad incidendū in peccatum huius ſimoniæ, vt de prima dictum eſt, nam illa eſt prohibita iure Diuino, & ideo ſolas uoluntas Deum offendendi, facit peccatum; ut accidit in vſura, & alijs peccatis, quę in ſola uoluntate cōſiſtunt, ut dictum eſt. Hæc autē prohibita eſt iure ſolum Pontificio, quæ conſiſtit in facto, vnde ſi uoluntas nō ponitur in effectu, non offenditur ius, & conſequenter non eſt peccatum, ait Gloſſa ſuper cap. Ex parte, el 1. de officio Iudicis delegati.

Nota. Permutationes beneficiorum non poſſunt fieri auctoritate propria.

Dixi (faciendi permutationes) pro quo nota quòd priuatæ perſonæ non poſſunt permutare vnam præbendam, vel dignitatem cū alia auctoritate propria, nec etiam ſuperior inferior Papę, aliquo tamen præcedente pacto, puta Titius vult dare ſuam præbendam Petro, cum hoc pacto expreſſo, vel occulto, ut ipſe det illi ſuam Abbatiam, vel aliud beneficium, vel ſaltem ſuo nepoti ſimoniam committunt, quamuis hoc faciāt auctoritate Epiſcopi, poteſt tamen Epiſcopus, ſua ſponte, ex cauſſa neceſſaria, quando sic expedire cognoſcit, has permutationes facere, transferendo unam perſonam de uno loco in alium, ca. Quęſitum; & cap. cum vniuerſorum, de rerum permut.

Et hoc Innocentius intelligit, tā in diuersis Eccleſiis, quā in eadem. Verum ſi in eadem Eccleſia duæ prębendę non habuerint diuerſa onera, permutari poſſent,

Digitized by Google

poſſent: auctoritate propria: ſi autem onera diuerſa habebunt: ſine ſuperiotioris auctoritate fieri non poſſet: modo quo ſuprà dictum eſt, ait Gloſ. ibi. Et permutantes prædicta auctoritate propria, aut auctoritate ſuperiores, cum pacto, & contentione, tamen dignitates amittunt, cap. cum olim, de rerum permutatione.

Item nec alia beneficia ſimplicia, partes inter ſe permutare ualent; ſed ſi talis permutatio vtrique commoda eſſet, poſſent tractare cum Epiſcopo, de eorum permutatione facienda ſibi commoda, & ex cauſa iuſta: ſine tamen pacto aliquo uel retta inter partes, ſed liberè totum ponendo in arbitrio epiſcopi, ei ſuam intentionem exponendo, dicentes: beneficium Titij eſſet mihi commodum, & meum etiam eſſet commodum ſibi propter tales cauſas; ſi placet, uellemus ambo illa renunciare in manus tuas, remittendo nos in tuo arbitrio, & tũc liceret epiſcopo, illa ex cauſa permutare. Et ſi illos poſtea deciperet, ſcilicet ꝙ beneficia ab eis renunciata alijs daret, collatio non haberet effectum. Clem. vnica, de rerum permutatione.

Verum ſi dicta beneficia non eſſent æqualis ualoris, non liceret renuncianti beneficium maioris ualoris, petere ab eo, cum quo permutat tãtam pecuniam: aut ſibi reſeruaret tot fructus annuales, uel ſaltem tantam penſionem, quanti æſtimari poſſet illud plus, quod ualet beneficium pro recompenſatione, reducendo beneficia ad ęqualitatem; quia hoc minimè permiſſum eſt; ſed tantum permittitur per ita permutatio tituli, loci, & iuriſdictionis, cum ſuis fructibus, prout inueniuntur.

Nec Decretalis cap. ad quæſtiones, de rerum permutatione, huic obſtat: nam ibi permittitur ſuppleri pretium pro compenſatione bonorum, & poſſeſſionum Eccleſiarum Conuentualium, dum ipſæ Eccleſię permutant aliquas Eccleſias ſibi ſubiectas cum iuribus ſuis, & proprietatibus adinuicem.

Veruntamen, tunc omnia iſta pacta, & conuentiones fieri poſſent, quando renuntiationes fierent in manus ſummi Pontificis, qui beneficia, & dignitates permutaret: dummodò pacta ipſa, & conuentiones exponerẽtur apud ipſum; alias permutatio non ualeret ut ſuprà. Huius ratio eſt, cum enim hæc omnia iure ſolum poſitiuo prohibeantur, exponendo illa Summo Pontifici, ſi poſtea ipſe concedit, præſumitur diſpenſare.

Hic nota, quòd quando penſio ponenda eſt, poni debet cum diſcretione, habendo reſpectum ad fructus tantum, & non ad dignitatem, & titulum beneficij; qui enim augeret penſionem plus quam fructus beneficij merent, reſpectu pręeminentiæ, & honoris dignitatis, & beneficij, daret malum odorem, vel poneret tantam penſionem, quanti ſunt fructus, & maximè in beneficijs curatis, eſſet dare materiam, ut malè ſubditos curarent. *Nota penſio quanta eſſe debeat.*

Dixi (renunciationes) propter confidentiam Simoniacam, quæ in huiuſmodi interuenire ſolet.

Pro quo nota: quòd confidentia beneficiorum in genere eſt quędam ſpes de re aliqua: ideſt qua homo confidit, quòd ſibi eueniet, ut ſperet. Et aliquando ſonat in bonam partem; puta Petrus cognoſcens Epiſcopũ diligere Titium, & quòd ei prouideret de aliquo beneficio, ſi poſſet, & ipſe deſiderat, ut Titius habeat ſuum beneficium; renunciat illud liberè in manus Epiſcopi, hac fiducia, & ſpe, quòd poſtea epiſcopus illud conferet Titio, & ita fit. Item Marcellus deſiderat, ut ſuus nepos habeat ſuum beneficium, uel prębendam: eſt enim decrepitus, & non valet amplius illi ſeruire; hac ratione renunciat illam liberè ſine præcedenti conuentione, & pacto aliquo in manus epiſcopi, & poſt renũciationem factam petit aliqua prece ab eo, ut illud ob gratiam conferat ſuo nepoti, uel alio, iſtis, & ſimilibus modis nunquã fuit, nec modo eſt Simonia pro *Nota confidẽtia beneficialis quid ſit. Quando ſit licita.*

Digitized by Google

hibita. Sic enim declaraſſe Rotam, ait Caſſiod in Deciſione 1. de ſimonia.

Confidentia quando illicita ſit. Aliquando confidentia ſonat in malum, & hæc eſt duplex, una eſt, qua quis renunciat ſuum beneficium Epiſcopo, hac ſola intentione, & ſine pacto, ut ſuprà confidens, quòd Epiſcopus cóferet ſuo nepoti, uel amico, qui eſt indignus, & ineptus ad tale beneficium, & hæc confidentia eſt illicita, inquantum peccat mortaliter, eo quòd eſt cauſa tanti mali, de quo tenetur.

Confidentia ſimoniaca. Altera eſt, dum huiuſmodi renuntiationes fiunt cum pacto mo do, & conuẽtione, ut beneficia dentur illis, quos nominabunt: & hęc dicitur confidentia ſimoniaca, eo quòd illam committens, vt ſimoniacus ab Eccleſia punitur: exemplum; quidam ſenex, uel infirmus deſiderans, ut ſua dignitas, uel beneficium hęreditatis more in domo ſua perpetuet, deliberat illam cum Epiſcopo, ut ſuam renunciationem accipiat, ea lege, & conditione, ut poſtea ſuum nepotem inueſtiat: & quandoque hæc conuentio non fit ſine aliqua pecunia, aut uult, ut ponatur in caput Titij ſui amici, cum quo etiam conuenit, uel cui confidit, quòd poſtquam ſuus nepos infans, uel naſciturus venerit ad ętatem legitimam ei dictum beneficium renunciet.

Aliud exemplum, Petrus incidit in pœnam irregularitatis, uel alterius peccati, propter que uenit priuandus ſuo beneficio: uel decreuit committere aliquod homicidium, ſeu peccatũ pro quo ſuo beneficio priuari mereretur, illud

24 renunciat in fauorem Marcelli ſui amici, etiam in Curia Romana, nulla expreſſione facta de aliquo, cum quo Marcello conuenit, ut poſtquam purgatus fuerit à delicto, uel diſpenſatus in irregularitate, illud repetat.

Aliud exemplum: aliquis nobilis aſſecutus eſt beneficiũ quoddam, pro quo tenetur officium recitare, in habitu clericali incedere, in hoc beneficij reſidere, uel cogitur ad ſacros Ordines promoueri, ut Concilium Trid. pręcipit, uel aliud ſimile, quæ malo animo patitur, quia adhuc iuuenis eſt, uel aliis de cauſis, illud renunciat cuidam amico ſuo, ut ſuprà de aliis dictum eſt, hac lege, ut quando illud uolet, ſibi cedat: & quandoque ſibi fructus reſeruat, uel partem eorum.

Item Petrus conuenit cum Marcello, quòd renunciabit ei ſuam prębendam, uel ſuum beneficium, ſi eius fructus in uita ſibi cedet, uel penſionem ſoluet: quo facto, renunciat illam in manus Epiſcopi, hoc neſciẽtis, ut Marcello conferat; & ita fit, uel etiam illam renunciat Sedi Apoſtolicæ in fauorem Marcelli, nulla mentione facta de conuentione.

Hæc, & alia ſimilia renunciata in confidentiam, ſimoniaca ſunt, quæ non ſolum per iura communia, & antiqua prohibentur, ſed etiam nouiter per Extrauagantem Pij IIII. quę incipit: Sanè, licet dudum cum certam ſimoniacę prauitatis ſpeciem. Et per aliam Pij V. ſuper eandem confidentiam, in confirmationem primæ, quæ incipit: Intolerabilis. & infrà, quæ inferius ponit. Dixi quoque (collationes) hæc enim fieri poſſunt in confidentiam multis modis, unde in illis quandoque committitur ſimonia prohibita.

Primò cum Epiſcopus, vacante aliqua dignitate, vel beneficio, non habeat pro tunc propinquum, cui vellet illud conferre, confidit Titio, quòd faciet, quę ipſe velit, ut confert ei beneficium hac lege, & conditione, ut poſtea, cui ipſe volet, illud cedat.

Secundò quidam ſæcularis, habens gratiam Epiſcopi, rogat eum, ut det aliquod beneficium, cui ipſe uoluerit, unde habita promiſſione, conuenit cũ Marcello, ut ipſe beneficium acceptet in perſonam ſui, hac lege, & pacto, ut ſibi cedat, cum ipſe clericatum acceperit, uel renunciet illud, filio, uel nepoti ſuo, cum ad ætatem legitimam uenerit, uel ſaltem, ut tantam penſionem ſibi in uita ſoluat.

Tertiò

Digitized by Google

Tertiò Epiſcopus ſuo nepoti beneficium vacans conferre vellet, ſed non poteſt, eo quòd eſt minoris ætatis, ſecundum ordinem Concilij Trident. confert illud Titio, cui confidit, ea lege, & conditione; vt cum ſuus nepos venerit ad ætatem legitimam, illud ei cedat, & ſi eſt Canonicatus, cum ad ſacros ordines promotus fuerit, promittens, quòd ei de alio beneficio poſtea prouidebit.

Quartò quidam familiaris Epiſcopi potens diſponere de beneficiis vacaturis, dum poſtea uacat aliqua dignitas, uel Canonicatus, & ipſe inuenitur incapax talis dignitatis, vel ita beneficiis onuſtus, ut non poſſit pro ſe illã retinere, procurant, ut tali, vel tali detur, ut poſtmodum ad libitum ſuum de illa diſponat, interim percipiendo fructus illius, vel aliquam penſionem, prout conuenerint.

Omnia hęc, & ſimilia, cum conferantur quadam confidentia conuentionali vt poſtea alij perſonæ cedantur, ut ſimoniaca condemnantur, per dictas Extrauagantes, Dixi (confidentia conuentionali) nam ubi non interuenit conuentio, ſeu pactum, ſed ſola ſpes, & fiducia, quòd alteri cedet, & Epiſcopus liberè confert, ſine fructuum reſeruatione, & ſine penſione, remittendo ſe tantum diſcretioni illius, tunc dicta confidentia non erit ſimoniaca, non enim dictæ Extrauagantes prohibent omnem confidentiam, ſed illam, quæ iure antiquo, tamquam ſimoniaca prohibita erat ſcilicet conuentionalem, & non licitam, vt dictum eſt ſuprà: pęnas Canonicas confirmando, & alias addendo, ut videbitis. *Confidentia quando ſit prohibita.*

Et ꝙ iſtæ citatæ Extrauagantes non loquantur de omni confidentia, & præſertim licita, de qua ſuprà dictum eſt; probatur: nam declarat etiam præteritas confidentias eſſe illicitas, & vt Simoniacas habendas: condemnando eos, qui talia commiſerunt; quod niſi intelligeretur de illis ſolis, quæ antea, lege prohibitæ fuerant, fieri non potuiſſet: nam conſtitutio noua quando promulgatur, prohibet tantum futura, & non ſe extendit ad prętěrita, ſi antea licita erant, cap 2. & cap ſi de conſtitut. Itaque illa confidentia, quæ prius per legem communem prohibita non erat, neque nunc prohibita eſt; illa ſcilicet, quę fit ſine pacto, modo, conuentione, & fructuum reſeruatione, ut dixi. Ex quamuis in Extrauaganti Pij V. ponantur multę conditiones, quibus confidentiæ, vt Simoniacę condemnantur: ſunt tamen præſumptiones iuris: quatenus qui illas exercuerit in renunciationibus, collationibus, & pręſentationibus, ut nunc dicemus, tamquam Simoniacus cenſeatur, ut oſtenderet ſuum rigorem contra huiuſmodi. Itaque ſi nullum pactum, conuentio, & pretium interuenerit, ſecurus eſt in conſcientia: quamuis aliter exterius præſumatur.

Dixi (præſentationes) nam eadem ratio currit de ipſis, ut de collationibus: vnde habens ius eligendi, uel præſentandi ſi vacante aliquo beneficio iuris patronatus, & non exiſtente pro tunc de familia, cui præſentaret illud, uel quem eligeret, uocat Titium, dicens, uolo tibi hoc beneficium præſentare, hoc pacto, vt cum filius meus uenerit ad ętatem legitimam: uel cum fuerit aliquis de familia mea, tu illud ei cedes; Simoniam confidentiæ conuentionalis committeret, & multò magis, ideo illud præſentaret alicui extraneo de familia, ut poſſet aliquid ſibi reſeruare de fructibus. Non tamen eſſet Simonia, ſi non exiſtente aliquo de familia, cui illud præſentaret; eligeret Marcellum amicum, & virum probum, in dicto beneficio liberè, habens tantam ſpem, & fiduciam in eo, qđ ſi in futurum aliquis de familia clericus fieret, illud ei cederet: nam cũ in hoc caſu non interueniat pactum, & conuentio aliqua: non eſt cur fieri non poſſet: cum eccleſia non prohibeat, niſi pacta, & conuentiones, ut dixi, uidere poteritis in prædictis Extrauagantibus.

Digitized by Google

Dixi (vel recipiendas illas factas) nam eadem pœna puniuntur, qui cuſtodiam alieni beneficij accipiunt, cum pacto, vt diximus, ut poſtea alteri cedât. Dixi (cum quibuſdam conditionibus, modis, & pactis) nam ubi iſta non interueniunt, non eſt Simonia in conſcientia, ut explicui.

Dixi (quę ſecundum ſe eſſent licita, niſi ab eccleſia prohiberentur) ut oſtendetur, hanc Simoniam non eſſe de iure diuino, ſed ab eccleſia, iure poſitiuo prohibitam; & meritò: nam per huiuſmodi conuentiones puritas rerum diuinarum immaculata, impiè uiolatur.

Hæc de definitione dicta ſint; reſtat nunc ponere hic Extrauag. Pij V. ſuper confidentia prædicta; nam cum illa Pij IIII. includatur in hac, ſufficiet hanc ſolam adducere.

MOTVS PROPRIVS PII V. Pont. Max.

Super confidentia conuentionali Simoniaca.

PIVS V. &c. Intolerabilis, & infrà. Bene quidem, & prouidenter felic. recor. Pius Papa IIII. prędeceſſor noſter, ad tollendã fiduciariæ mancipationis beneficiorum Eccleſiaſticorum corruptelam, ſtatuit, & decreuit, vt ipſo iure vacarent Eccleſiæ, Monaſteria, cęteraque beneficia eccleſiaſtica in confidentiam à quibuſcunque etiam Sanctę Romanę Eccleſię Cardinalibus cuiuſuis perſonæ contemplatione, uel intuitu recepta, liberam illorum diſpenſationem, ſibi, & Apoſt. S. reſeruando: nec valere ipſorum collationes, ſeu cõceſſiones, nec fructuum, nec penſionum reſeruationem, nec facultates illas transferendi, nec regrediendi ad Eccleſias, Monaſteria, & beneficia ſupradicta, illaque recipientes, fructus, penſiones, & alias res eorundem indebitè perciperent. Prohibens quibuſcunque, etiam ſub cenſuris eccleſiaſticis, ne quid huiuſmodi amplius auderent. Ac etiam decreuit omnes, & quaſcunque prouiſiones, præfectiones, collationes, commendas, & alias diſpoſitiones de eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis, necnon reſeruationes fructuum, penſionum, rerum, & iurium, ac etiam transferendi, regrediendi, accedendi, & ingrediendi, aliaſque facultates, ſiue per ſe, ſiue per futuros Romanos Pontifices, etiam Motu proprio, ac conciſtorialiter, ſiue etiam per ordinarios collatores, etiam ad patronorum præſentationem, cum interuentu confidentię huiuſmodi, ſiue expreſsè, ſiue occultè, ac de iure pręſumpto, & aliàs contra prędicta pro tempore factas, nullius momenti fore, nec cuiquam ſuffragari; ſed Eccleſias, Monaſteria, & beneficia huiuſmodi ipſo iure uacare, ac prędictæ diſpoſitioni reſeruata eſſe, ſicque per quoſcunque etiam per pręſumptiones, & coniecturas legitimas, & alias eorum arbitrio procedendo (cum alioqui confidentias huiuſmodi in lucem erui, & probari non poſſe conſtaret) iudicari, & definiri debere.

Necnon irritum, & inane quiquid ſecus contigerit attentari: quemadmodum confectis ſuper his litteris plenius continetur, & infrà. Multi enim ipſa beneficia iure retinere nequeũtes, alij, ne cogantur ad ſacros Ordines, ad reſidentiam, ad incedendum in habitu clericali, ut ad bellum proficiſcantur, ut inimicos

Digitized by Google

micos occidant. Alii ut alieno nomine lites agant, aut defendant. Alii propter crimina incapaces.

Quidam, vt purgato delicto, uel abſolutione conſecuta, illa repetant, eadem in alios deponunt, & in pleriſque fructus ipſorum, aut eis miniſtrantur, aut quibus ipſi ſtatuunt, ſępè laicis, & inhabilibus. Plerique, uel ſenes, vel infirmi, ut beneficia in domibus ſuis perpetuent, illa renunciarunt, & renunciant in alios, qui vel profanam familiam cedentium, de fructibus eccleſiaſticis alant; vel illa etiamnum infantibus, ac naſcituris aſſeruent, facto interdum circuitu retroceſsionis, cum reſeruatione fructuum, & aliarum rerum, aut acceſſu, præſertim ab illis, qui præſtandorum iurium Camerę Apoſtolicæ ſunt immunes.

Alii aut incapaces, aut aliis beneficiis Eccleſiaſticis onuſti, aut Eccleſiaſtico ſtatui ſeſe mancipare refugientes, aut merè laici, beneficia Eccleſiaſtica aliis cōferenda procurant, ut de illis poſtmodum ad libitum ſuum diſponatur, fructus etiam percipientes illorum.

Ad hæc plerique Ordinarii, & alii collatores, ac etiā patroni laici, curāt deponenda beneficia, ut fructus, ſeu penſiones capiant eorundem, aliisve faciant miniſtrari. Alia item per multa eiuſcemodi admittuntur, quibus immaculata rerum diuinarum puritas, impiè violatur, diſciplinę Eccleſiaſticæ neruus diſrumpitur, & imminens paritur exitium animarum.

Quare nos uolentes periculoſam talium audaciam noui iuris ſubſidio cohibere, præſentium auctoritate ſtatuimus; ut ſi quis, quacunque auctoritate, Eccleſiam, vel Monaſterium, aut aliud beneficium Eccleſiaſticū qualecunque ex reſignatione, vel ceſsione cuiuſcunque perſonę ſimpliciter, aut cum circuitu retroceſsionis cum regreſſu, vel acceſſu, aut etiam ſola dimittentis intentione receperit, vt illa, vel illud, etiam in euentum regreſſus, vel acceſſus, eidē dimittenti, vel alteri poſtea conferatur, aut illius fructus, vel eorum pars alii, vel aliis concedantur, uel penſiones ſoluantur ex eiſdem, hæc confidentia cenſeatur.

Itidem ſi Ordinarius, vel alius collator contulerit antehac, aut conferat in futurum beneficium Eccleſiaſticum, quouis modo uacans, ea conditione tacita, uel expreſſa, ut poſtea in alterum pro arbitrio collatoris, ſeu alterius cuiuſcunque contra iuris communis ordinationem diſponatur, ſiue, vt de eo prouiſus, fructus illius, vel partem ad vtilitatem, vel libitum conferentis, vel cedentis, uel alterius, relinquat, & remittat, ſeu penſionem illi vel illis, quem, uel quos idem collator, vel cedens, vel alius per ſe, vel alium ſcripto, aut uerbo iuſſerit, ſeu ſignificauerit, perſoluat, & pariter ſi à patrono etiam laico, uel alteri præſentatori, ſeu electori contingerit, aut contingat id fieri.

Adhæc, ſi Clericus prędictæ Cameræ, aut Cardinalis, aut alius à ſolutione iurium ipſius Camerę, vel etiam Cancellariæ Apoſtolicæ exemptus, poſt reſignationem, vel ceſsionem alicuius extranei de Eccleſia monaſterio, vel alio beneficio eccleſiaſtico in ſe, Apoſtolica, vel alia auctoritate factam, & admiſſam, illam, uel illud, etiam in confectis litteris Apoſtolicis, & poſſeſsione apprehenſa in eundem reſignantem, vel cedentem, modico ſpacio interiecto, vel duorum, aut trium menſium retroceſſerit, aut retrocedat in futurum, ex illa retroceſsione fructus Eccleſiæ ſeu monaſterii, vel beneficii, vel eorum pars, ſeu penſio, ſeu quid aliud ſuper illis reſeruatū, aut regreſſus, ſeu acceſſus, & ingreſſus ad illa, vel illud, ipſi clerico, vel Cardinali, aut alio exēpto, ſit, fuerit ve cōceſſus. Poſtremo, si quis ab aliquo crimine abſolutus, aut cū quo ſup irregularitate diſpenſatū eſt, denuo receperit quacūq; auctoritate, Eccleſiā Monaſteriū, uel aliud beneficiū Eccleſiaſticū, quod ante, vel poſt cōmiſſum delictū, aut cō

tractam irregularitatem dimiſerit,in quouis horũ caſuum confidentiæ prauitas, ſit contracta:caſuſque huiuſmodi litteris prædictis comprehendantur,ac ſi illis ſpeciatim expreſſi fuiſſent,licet ipſum confidentiæ crimen alterius tantum partis conſcientia ſit admiſſum.

Ad probandum uerò plenè confidentiarum abuſum, inter alias, etiam hæ prçſumptiones, & coniecturæ habeantur legitimç, uidelicet, ſi quis poſt ceſſam ab ſe Eccleſiam, vel Monaſterium,aut beneficiũ, & publicatam reſignationem,ſeu ceſſionẽ, captamque à ſucceſſore poſſeſſionem ſeſe in illa, vel illo,ſeu rebus illius,per ſe,vel alium,ſeu alios,de facto iniecerit,aut fructus perceperit,aut quicunque ſucceſſor illi,uel eius propinquis ipſos,aut partem aliquam remiſerit eorundem: ſi recipiens beneficium conſtituerit dimittentem, vel eius parentes, aut propinquos procuratores ad percipiendum, uel locandum fructus beneficij dimiſſi, & illi, uel illis de fructibus perceptis,aut percipiendis donationem fecerit. Si uel ſola procuratoris depoſitione, vel libris, rationibus menſariorum ex parte dimittentis expedito, quæ perſonam recipientis concernit, proſecuta ſit,ſimulque expenſæ pro ea neceſſariç ab illo factæ fuerint.

Denique ſi quis pro conceſſione alicui facta, quacunque auctoritate de beneficio eccleſiaſtico per ſe,vel aliũ,ſeu alios interceſſerit, uel aliàs in negotio conceſsionis immiſcuerit quoquo modo: deinde aliquod de fructibus talis beneficij de facto,etiam per manus poſſeſſoris,ac etiam ſimplicis donationis titulo perceperit,ſeu de illo poſtmodum ad volũtatem interceſſoris fuerit diſpoſitum quandocunque. Teſtes autem de quaque re ſingulares ſingulas probare valeant præſumptiones,& coniecturas, pluresque huiuſmodi præſumptiones,& coniecturæ plenam probationem faciant in prædictis. Cæterum criminoſi, & ceteri omnes, qui ad perhibendum in caſibus ſimoniæ teſtimonium recipi poſſunt, ad prædicta omnia admittantur.Sed ne quiſquam etiam uana fiducia fretus,non intendendi contra ſe iudicii in crimine perſeueret: utque hoc malum grauioris cenſuræ ſtimulo vſquequaque prohibeatur, omnes, & ſingulos, qui hucuſque eccleſias,monaſteria,beneficia,fructus,penſiones,aliasve res, intercedente hoc confidentiæ vitio receperũt,ac retinent,niſi ſtatim ad ſe reuerſi, & reſipiſcẽtes celeri dimiſsione ſibi proſpexerint,& q̃dquid tale admiſerint in futurum,etiam omnibus,& ſingulis alijs Monaſterijs,dignitatibus,adminiſtrationibus,officijs,& beneficiis obtentis,quæ pariter ſub dicta reſeruatione comprehendi volumus,necnõ fructibus,penſionibus,& aliis rebus eccleſiaſticis,ac etiam Romanç Curiæ,& aliis officiis temporalibus præſentiũ auctoritate priuamus,& ad futura inhabiles decernimus, & in iuris ſubſidium excommunicationis ſentẽtia innodamus,ut nullus,niſi in mortis articulo conſtitutus ab alio, quàm à Romano Pontifice abſolutionis beneficium valeat obtinere, &c. Datũ Romæ apud S.Petrum,anno incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono,Kalen.Iunij, Pontificatus verò noſtri,anno quarto.

Dubium. Dubitatur primo,an qui accipit pecuniam pro expenſis factis in lite, ſuper concurſu beneficii,& prætendentia in eodem,ut cedat ius quod habet in dicto beneficio,alteri ſuo concurrenti,ſimoniam cõmittat? Reſpondet Papa, quod ſic,cap.cum pridem,de pactis.

34 *Dubium. Penſiones quãdo poſſint redimi.* Dubitatur ſecundo,an penſiones ſolitæ conſtitui,& iuſtè conſtitutç,cum auctoritate Summi Pontificis,poſsint pecunia redimi; Caietanus in Opuſculo 17. tenens penſionem eſſe rem merè temporalem, ait:ſi ſunt penſiones perpetuæ, poſſunt vendi,ſi autem ſunt ad tempus conſtitutæ,non licet eas redimi. Maior in 4.Sent.diſt.25 q 5.& Nauar c.23.nu.3.tenente penſiones eſſe ius ſpirituale clericale inſtar beneficii,dicunt, ꝙ nõ poſſunt vendi,& Nau.adiungit,niſi auctoritate

Digitized by Google

ctoritate Papæ, alias qui ſic redimit, non remanet abſolutus. Sed omnes iſti in parte deficiunt: ideo cum Soto melius dicamus. Sotus ergo lib. 9. de Iuſt. & iu. q. 7. ar. 2. reſpondet cum diſtinctione: Aut penſio cõceſſa eſt ſub titulo ſeculari, vt ſunt illę, quę conceduntur militibus, principibus, & ſeruiẽtibus Curię Romanæ, tanquam eorum merita: & iſtę poſſunt redimi, ſicut, & aliis uendi: puta miles habet quingẽtos aureos de penſione perpetua ſuper tali Epiſcopatu, poteſt Epiſcopus illam redimere. Aut penſio eſt adiudicata alicui functioni ſpirituali: puta, Epiſcopus quidã q magnã habet Diœceſim gubernare, & ſumptus Epiſcopatus nõ ſufficiunt, ut poſſit Diœceſim viſitare, & gubernare: adiuncta eſt ſibi aliqua penſio ſuper aliquo pingui beneficio pro adiumento ſumptus Epiſcopatus, ut poſſit commodè uiuere; hæc, cum habeat effigiem prębendæ, quæ ſpiritualibus officiis annectit, nec uendi, nec redimi poteſt. Item ſcholaris, cui cauſa ſtudii, & magiſter Theologiæ, cui cauſa publicæ lectionis, penſio aliqua aſſignatur, donec illis de beneficio prouideatur: illam nec uẽdere poſſunt, nec à ſoluente redimi: habet enim effigiem beneficii, loco cuius aſſignata eſt.

Sed quid dicendum de penſionibus, quę conſtituuntur in permutationibus, & renuntiationibus? Exemplum, Petrus renuntiat Marcello ſuum beneficium, reſeruans ſibi tantam penſionem ſuper eo, vel permutat ſuum beneficium pingue cum alio tenui, reſeruans ſibi tantam penſionem, quanti æſtimari poſſunt fructus ſuperabundantes ſui beneficii.

Ad hoc dico, ſi fiat pactum à principio conſtitutionis penſionis, ſcilicet, ut teneatur penſionem decem ducatorum pro octoginta redimere ante tres, uel quattuor annos, non eſt dubium, quin ſit ſimonia, hac enim uia indirectè pretium pro beneficio exigit: cui conſentit Caietanus quo ſuprà.

Si autem ponitur penſio liberè, deinde cogitat de redemptione, an poſſit fieri? Caietanus, motus ſuo fundamento iam poſito, dicit, quòd ſic: Sotus autem eſt in ancipiti; ergo uerò, ſtante diſtinctione prædicta, dicerem: ſi penſio conſtituta eſt ſuper beneficio renuntiato, aut à Papa aſſignata ſuper aliquo beneficio à ſe collatio, cum tali onere, & ultrà hoc non ſit ei aſſignata pro adiumento alicuius exercitii ſpiritualis, ut ſuprà explicuimus, tunc redimi poteſt à ſoluente, volente, ſed non coacto: adde cum Nauarro, quo ſuprà, interueniente auctoritate Papę; ſi autem penſio erit de beneficio permutato, non licet, ſicut non licet uendere prębendam: illa namque penſio ſe habet ut pars prębendę, & fructuum beneficii: ideo enim poſita fuit, ut valorem fructuum beneficii permutati ęquaret. Hęc autem omnia intelliguntur de penſionibus legitimè conſtitutis, alię uerò, ſicut malè conſtitutæ ſunt, ita peſſimè uenduntur; nec mirum; abyſſus enim abyſſum inuocat.

De pœna Simoniacorum, ſecundum diuerſitatem caſuum.

COmmunis pœna eſt omnibus ſimoniacis, cuiuſcunque generis, uel ſpeciei, de quibus ſuprà locuti ſumus, damnatio perpetua in Infernum, cum Simone Mago; propter peccatum mortale, quod committunt, ſi abſq; pęnitentia deceſſerint, & ultra hoc, in aliquibus caſibus, ſi non reſtituerint, ubi reſtitutio fieri præcipitur: niſi impotentia excuſaret cũ bona uoluntate. Et in aliquibus aliis caſibus, ꝓter hęc, ſunt aliæ pęnæ, & cenſuræ, ut per ordinem dicemus. 35

L 4 Primò

Digitized by Google

Pœna ſimoniaci pro Sacramentis, et actibus ſpiritualibus.

Primò, qui ſimoniam committit pro Sacramētis, & actibus ſpiritualibus miniſtrandis, ſcilicet pretium pro illis exigendo, vt ſuprà audiſtis, peccat tantum mortaliter, nec ad aliud tenetur, c. Gratia, 1. q. 1. & cap. Non ſatis, de ſimonia. Niſi quòd, qui pro iure ſepulturæ, & nuptijs benedicendis, & aliquibus aliis Sacramentis, pro quibus dari ſolet aliquod taxatum à iure, uel laudabili conſuetudine confirmatum, vt diximus, plus ſolito accipit, tenetur illud plus reſtituere, cap. ſuam, de ſimonia.

Pœna ſimoniaci pro ingreſſu Religionis.

Secundò omnes Abbates, Priores, Decani, Præpoſiti, Magiſtri, necnon Abbatiſſæ, & Prioriſſæ, aliique Prælati, cuiuſcunque nomine nuncupentur, recipientes paſtus, prandia, ſeu cœnas, pecunias, iocalia, aut alias res, tanquam ex debito, à perſonis utriuſque ſexus, uolentibus ingredi eorum Religionem, Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, & loca eorum, ſiue antè; ſiue poſt ingreſſum, & habitus receptionem, ultra pœnas à iure inflictas, ſcilicet, ut expellantur à Monaſterio, in arctiorem Religionem, ſine ſpe reſtitutionis, ſiue fuerint Prælati, ſiue ſubditi, utriuſque ſexus, ut habetur cap. Quoniam, de ſimonia, ſunt alijs pœnis acrioribus puniendi, ſcilicet, ſi ſunt ſingulares perſonæ, tam dotantes, quam recipientes, in pœnam excommunicationis, ſi fuerit Capitulum, vel Conuentus, in pœnam ſuſpenſionis, eo ipſo incurrunt, ex quibus non poſſunt abſolui abſque licentia ſedis Apoſtolicæ, niſi in mortis articulo.

Pœna ſimoniaci pro ordinibus.

Et quæ pro tali Religionis ingreſſu pro ſe exegerint, in communem vſum Monaſterijs deueniant. Vrbanus Papa IIII. in Extrauag. commu. de ſimonia. quæ incipit: Sanè, ne in vinea Domini.

Tertiò committens ſimoniam in Ordine, ipſo iure eſt ſuſpenſus, ſcilicet ordinator à collatione Ordinum, mediatores, præſentantes, & nominantes, ab executione per tres annos, cap. ſi quis, & cap. ex tuæ, de ſimonia, ordinatus uero ab executione per ſemper, donec à ſede Apoſtolica cum eo ſit diſpenſatū: nam cum in ordine ſuſcipiatur character indelebilis, ordo ab eo auferri non poteſt: vnde opus eſt, vt eius executio impediatur, ne ſuſceptū exercere, & alios ſuſcipere ualeat.

Quæ pœna etiam innouata eſt per Paulum Papam II in Extrauaganti communi, quæ incipit: Cum deteſtabile ſcelus, & Martinum Papam V. in Concilio Conſtant. cap. Multæ, & in Concilio Lateranenſi, Seſſ. 9. & in Concilio Tridentino, Seſſ. 21. cap. 1. de reformatione. Et per Pium Papam V. in Extrauaganti, quæ incipit: Cum primum, per quam incidunt in excommunicationē Papalem, & efficiuntur inhabiles ad beneficia conſequenda: unde indigent abſolutione ab excommunicatione, & ſuſpensione.

Quartò, committens ſimoniam pro Vicariatu, Prioratu, Guardianatu, uel alia ſimili adminiſtratione ſpirituali, debet ab illa Eccleſia expelli, cap. conſulere, & cap Non ſatis, de ſimonia. Et ſi ſunt Fratres Minores Sancti Franciſci, incidunt in pœnam excommunicationis Papæ reſeruatæ, ut habetur in quadam Extrauaganti Pij V. quæ incipit: Paſtoralis.

Pœna ſimoniaci pro emēdo aliquo officio.

Quintò, committens ſimoniam pro beneficio, & dignitate aliqua, tam dans, quam recipiens, & qui fuerit in his mediator.

In primis incidunt in pœnam excommunicationis, cuius abſolutio Papæ reſeruatur; niſi in mortis articulo.

Pœna ſimoniaci pro beneficijs.

Secundò ipſi beneficiati, ipſo iure, beneficium, & fructus inde perceptos à die collationis reſtituere tenentur.

Tertiò ſunt inhabiles ad alia beneficia acquirenda: itaque omnia beneficia acquiſita poſt Simoniam commiſſam ſunt inualida.

Quartò, ſi quis eos accuſauerit, beneficia pro ſe impetrare poteſt.

Quintò, qui tales reuelauerit, etiam ſi fuerit de complicibus, & participantibus,

Digitized by Google

tibus; reuelando ueniam gratis conſequi meretur.

Sextò, pecunia recepta pro beneficijs, Eccleſiæ læſæ, uel pauperibus reſtituenda eſt: Paulus II. qui ſupra. Concilium Tridentinum Seſſ. 24. cap. 14. & Pius V. cap. Cum primum.

Verum hic nota, ſi commiſerit ſimoniam mentalem tantum, non tenetur beneficium, & pecuniam ex beneficio acceptam reſtituere, ſed pro peccato tantum pœnitere. cap. Mandato, de ſimonia. *Nota ſimonia mentalis ad quid obliget.*

Si commiſit ſimoniam conuentionalem tantum, ad nihil teneri, niſi pro peccato, vt ſuprà diximus, cum de ſimonia conuentionali tractauimus.

Itaque omnia ſupra dicta incurruntur pro Simonia reali, quando ex utraq; parte eſt conſummata, quod intellige, tam de ſimonia in Ordine, quam in beneficio, unde pro nulla alia ſimonia incurritur excommunicatio, quam pro Simonia in Ordine, & beneficio, ſed pro ſimonia in ordine adiuncta eſt pœna ſuſpenſionis.

Nota etiam, quòd prædicta intelliguntur circa beneficia de ſimonia uera, iure diuino prohibita, quia de hac iura allegata loquuntur. *Nota.*

Quantum autem ad ſimoniam prohibitam iure poſitiuo, ſcilicet confidentiam conuentionalem, vltrà prædictas pœnas ſunt additæ aliæ, ſcilicet,

Qui committit ſimoniam conuentionalem ſuper confidentia beneficiali, incidit in has pęnas ſtatim, quòd accipit beneficium in confidentiã, antequam impleat, quòd promittit, quod non eſt ſic in ſimonia conuentionali tantum, iure diuino prohibitum, vt ſuprà diximus.

Item beneficium, cum tali confidentia collatum, uacans, nõ poteſt conferri ab Epiſcopo, ſed eius collatio reſeruatur Papæ, & ſi aliàs factum fuerit, collatio non tenet, ſecus in ſimonia in iure diuino prohibita.

Item fructus etiam quomodocunque ex tali ſimonia exacti, non poſſunt reſtitui, niſi Sedi Apoſtolicæ, & hoc ipſo facto reſtituere tenentur, antequam de ipſis fuerint condemnati, quantumcunque Simonia ſecretè commiſſa fuerit. Et quòd penſiones ſuper his factæ ſunt nullæ, & exactæ ſunt reſtituendæ Sedi Apoſtolicæ. Imò omnes collationes factæ, etiam per Sedem Apoſtolicam, ſine talium expreſſione, ſunt inualidæ, ut eſt videre in prædictis Extrauagantibus, vtriuſque Pij IIII. & V.

Abſolutiones in forma.

IAm ad noſtri laboris finem deuenimus, Dei gratia comitante, ubi pro intentionis noſtræ ſatisfactione, ſufficienter dixiſſe credo: remittendo tamen intellectibus magis ſpeculatiuis, ſubtiliori diſcurſu, caſus magis arduos, & magiſtrales inquirere pro doctioribus, uel pro his, qui in alio foro ſe exercẽt, vnum tamen addere conueniens mihi viſum fuit, ſ. diuerſos abſoluendi modos, tam à prædictis cenſuris, quam à peccatis, quibus uti debent, hic inſerere, prout communiter in Eccleſia ſunt in vſu, pro his, qui nouiter ad hoc exercitium ſe applicuerunt.

Et ideo eſt aduertendum, ꝙ excõicatio maior eſt duplex, vna pertinet ad forum contentioſum, & huius abſolutio committi põt, etiam cuicunq; non Sacerdoti, eſt enim res pertinens potiùs ad iuriſdictionem, quam ad ordinem, & de hac intelligit Gloſſa in cap. Paſtoralis, de officio Ordinarij, vnde ut ait Archidia- *Aduerte. Laici poſſunt abſoluere ab excõicatione.*

chidiacon. cum multis alijs,quicunque habet poteſtatem excommunicandi, habet etiam abſoluendi:quæ etiam laicis à Papa committi poteſt,& hoc intellige quantum ad reſtituendum excommunicatum Sanctis Sacramentis, communioni fidelium, ac habilitandum ad actus legitimos,non tamen ad tollendam culpam criminis, uel contumaciæ per quæ in excommunicationem incidit, nam quo ad hoc,requiritur abſolutio à Sacerdote: poſtquam enim erit abſolutus,puta ab aliquo Clerico in minoribus, vel ſæculari,ex mandato Papæ,debet abſolui à Sacerdote in Sacramento Pœnitentiæ pro culpa:hoc enim ad poteſtatem clauium pertinet,quæ ſolis Sacerdotibus datæ ſunt. diſtin.20.§. primo,& diſt.90.Illud autem.Sed quia de hac nihil ad nos,pertranſeo. Altera pertinet ad forum pœnitentiæ,quæ ſolis Sacerdotibus poteſt committi, ut in cap.Canonica,de ſent.excom.quæ eſt etiam duplex,ſcilicet ſollemnis, & non ſollemnis Abſolutio ſollemnis eſt,quando vtimur quibuſdam ſollemnitatibus ab Eccleſia introductis,quæ ſunt ad bene eſſe, & non eſſentialiter neceſſariæ, & iſtæ ſunt quattuor.

Abſolutio ſollemnis ab excõicatione.
Sollemnitates quæ requiran tur in abſolutione ab excõicatione.

Prima eſt,ut abſoluendus prius iuret,de ſtando mandatis Eccleſiæ,vel abſoluentis,ut habetur in cap.ex tenore,de ſent.excom.

Secunda eſt, ſi excommunicatio incurſa eſt, propter damnum illatum, ut prius ſatisfaciat pro poſſe ſuo, & ſi non poteſt,det fidei cautionem, uel ſaltem iuratoriam:& hæc omnia intellige,quando abſolutio fertur ex mandato Papę, vel Epiſcopi:ſi autem fit in uirtute alicuius Iubilęi plenarij in Sacramento Pœnitentiæ,non ſufficit cautio,uel iuratoria promiſſio,de ſatisfaciendo quando potuerit,niſi realiter ſatisfaciat per Bullas emanatas à Pio V.& Gregorio XIII. vt in capitulo de excom.retulimus.

Tertia eſt, ut promittat de cetero, illud, propter quod in excommunicationem incidit, amplius committere non audere, & alia illicita, ut uidebitur.

Quarta ſollemnitas eſt,ut dicatur pſal. Miſerere, vel alius pœnitentialis,& interim excommunicatum leuiter verberet,non tamen diſcooperiatur, honeſtatis cauſa,& ſi eſt mulier,neque verberetur:deinde coram excommunicatore genuflexa dicat Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon. Pater noſter.
℣.Saluum fac ſeruum tuum Domine. Reſp. Deus meus ſperantem in te.
℣.Eſto ei Domine turris fortitudinis. Reſp. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. Reſp. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te ueniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Oratio.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram,ut hunc famulum tuum,quem excommunicationis catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſoluat. Per Chriſtum Dominum Noſtrum. Amen.

AVctoritate Omnipotentis Dei, & beatorum Apoſtolorum eius Petri, & Pauli; & Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ N. vel Reuerendiſſimi Epiſcopi noſtri,in hac parte mihi commiſſa & tibi conceſſa, abſoluo te à uinculo excommunicationis, in quam incurriſti, propter talem, uel talem cauſam.

(& ſi

Digitized by Google

(& ſi habet plenariam poteſtatem ſubiungit) & abſoluo te ab omni alio uinculo excommunicationis quantum poſſum,& tu indiges(& si eſt Clericus,dicat,& ab omni ſuſpensione, & Interdicto, à quibus poſſum te abſoluere)& reſtituo te Sanctis Sacramentis Ecclesiæ, Communioni,& unitati fidelium; in nomine Patris,& Filij,& Spiritus Sancti.Amen.

ABſolutionem ab excõmunicatione,& casibus reſeruatis in articulo mortis,ſeruandam,uide in cap.de Excommunicatione.

ABſolutio obſeruanda in magnis,& plenariis Iubilæis in foro pęnitentiæ, quando ſciatur certo pœnitẽtem incurriſſe in aliquam pęnam excommunicationis,erit huiuſmodi:& abſoluens primò dicat.

AVctoritate Omnipotentis Dei,& Apoſtolorum eius Petri,& Pauli,& Sãctiſſimi Domini Noſtri Papæ N. virtute Sanctiſsimi Iubilæi mihi cõmiſſa, & tibi conceſſa,in hac parte;abſoluo te à vinculo excommunicationis quã incurriſti ob talem cauſam;iterum eadem auctoritate,abſoluo te ab omni alio uinculo excommunicationis,ſuſpensionis, & interdicti,si in quæ forte incurriſti,& reſtituo te ſanctis Sacramentis Ecclesię Communioni fidelium,in nomine Patris,& Filii,& Spirictus Sancti. Amen.

MIſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus peccatis tuis perducat te in uitam ęternam.Amen.

INdulgentiam,& abſolutionem omnium peccatorum tuorum , tribuat tibi omnipotens,& miſericors Deus.Amen.

DOminus Ieſus Chriſtus abſoluat te,& ego auctoritate eius abſoluo te ab omnibus peccatis tuis , in nomine Patris , & Filii , & Spiritus Sancti. Amen. ſubiungat,

PAſsio Domini noſtri Ieſu Chriſti,& merita Beatæ Mariæ ſemper virginis, & omnium Sanctorum,& quidquid boni feceris,& mali ſuſtinueris,sint tibi in remiſsionem peccatorum tuorum,in augmentum gratiæ,& præmium uitæ æternę.Amen.

ISta vltima oratio,etſi neceſſaria non sit, eſt tamen vtiliſsima, vt dicatur ea intentione,qua hic ponitur.

Primò enim applicãtur merita Chriſti,Beatæ Mariæ,& omnium Sanctorũ, pœnitenti,virtute abſolutionis Sacramentalis,per modum explicationis.

Secundò ultra pęnitentiam ei iniunctam , virtute illorum verborum(quidquid boni feceris,& mali ſuſtinueris)iniungitur eidem,ut omnia bona,quę ultra pœnitentiam iniunctam, propria voluntate faciet in gratia , & mala , quæ patienter amore Dei ſuſtinebit,erunt tantæ ſatisfactionis,pro ſuis peccatis, ac si propriè à Confeſſore iungerentur:ſcitis enim , quod vnum pater noſter iunctum in pœnitentia, habeat maiorem vim ſatisfactionis pro peccatis,quam si diceretur ſpontè,& propria uoluntate.

Et tanto magis iſta oratio erit proficua , quanto minus pœnitentia taxabitur,reſpectu eius,quam peccata confeſſa merentur,dicatur ergo hac utili intentione.

Si pœnitẽs vult abſolui uirtute alicuius priuilegii particularis,vel diplomatis,puta,

tis,puta,eſt ſocius Cõfraternitatis Roſarii,vel de Nomine Dei,vel ſimilis,aut habet Bullam Cruciatæ,vel ſimile: quid tunc in abſolutione uice illorũ verborum,(virtute Sanctiſsimi Iubilæi)dicat, uirtute tui priuilegii,vel diplomatis,mihi commiſſa,& tibi conceſſa,&c.

Si pœnitens abſoluendus, non eſt certus ſe incurriſſe in aliquam cenſuram, ſed vult abſolui ad cautelam tempore iſtarum gratiarum ab huiuſmodi cenſuris,Sacerdos ſic dicere debet:

Si teneris aliquibus vinculis excommunicationis,ſuſpẽſionis, vel interdicti, à quibus poſſum te abſoluere,auctoritate mihi in hac parte commiſſa, & tibi conceſſa,ego abſoluo te,& reſtituo te Sanctis Sacramentis Eccleſiæ,Cõmunioni, & vnitati fidelium, in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

DEinde ſequantur reliqua, ſcilicet, Miſereatur, Indulgentiam, & cetera.

ABſolutio ordinaria,& communiter obſeruanda in Sacramento Pœnitentię erit hæc.

SI teneris aliquo vinculo excommunicationis, à quo poſſum te abſoluere, ego abſoluo te, & reſtituo te Sanctis Sacramentis Eccleſię, Communioni, & vnitati fidelium,in nomine Patris,& Filii,& Spiritus Sancti.Amen.

Miſereatur tui, &c. Indulgentiam, &c. Dominus noſter Ieſus Chriſtus abſoluat te,& ego auctoritate ipſius,qua fungor,abſoluo te ab omnibus peccatis tuis,in nomine Patris,& Filii, & Spiritus ſancti.Amen.Paſsio Domini noſtri,&c.

Breuis abſolutio.

ABſolutio obſeruanda in caſu repentinę mortis,ubi aliud tempus non conceditur,uel in reconcilatione,erit hęc.

Si teneris aliquo vinculo excommunicationis, à qua poſſum te abſoluere, abſoluo te,in nomine Patris,& Filii,& Spiritus ſancti.Amen.

Item abſoluo te ab omnibus peccatis tuis,in nomine Patris,& Filii,& Spiritus ſancti.Amen.

ABſolutio germana, & accommoda in omnibus caſibus,pro his, qui neſciunt tot cæremoniis dicere,ſit iſta.

DOminus Ieſus Chriſtus abſoluat te, & ego auctoritate ipſius abſoluo te ab omni uinculo excommunicationis,& ſuſpenſionis,& interdicti, quãtum poſſum,& tu indiges.

Iterum abſoluo te ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris,& Filii, & Spiritus ſancti.Amen.

Nota pro Indulgentijs

Indulgentiæ duobus modis lucrãtur.

NOta primo,quòd Indulgentiæ duobus modis lucrantur in articulo mortis, aut dicendo tantum aliqua,prout Papa pręcipit in aliquibus coronis,aut granis,puta qui dixerit ter in hebdomada hanc coronam,aut habuerit ſuper ſe vnum de iſtis granis, dicidendo ter Ieſus,lucrabitur tot indulgentias, &c.& hoc modo ſufficit deuotè ſic dicere,ut Papa iubet.

Aut lucrantur uirtute alicuius diplomatis Bullæ,aut Cõfeſsionalium,prout habent communiter qui ſunt ſcripti in ſocietate alicuius confraternitatis, habentis talia priuilegia,vt virtute ſuarum Bullarum,poſsit abſolui ab omnibus

caſibus,

Digitized by Google